



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Henrici Zoesi I. C. In Lib. Tertium Decretalivm Gregorii IX. P. M.
Commentarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)



HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. TERTIUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.
De Vita & Honestate Clericorum.

SUMMARIUM.

1. Ratio ordinis.
2. Clericos decet vita probitas & honestas.
3. Et precipue Episcopus.
4. Honestas illa alia externa, alia interna.
5. Externa consistit Primò in vita & morum modestia.
6. Clericis fugienda luxuria & ebrietas.
7. Item avaritia.
8. II. Consistit honestas in vestitu & habitu.
9. Comam nutrire cur & quatenus prohiberi Clerici?
10. Tonsuram omnes ferre tenentur.
11. III. In officiorum & negotiorum exercitio.
12. Clericus aleis ludere prohibetur.
13. Clerici olim in communi vivebant, & Canonicorum origo.

quorum ea debet esse vitæ probitas & honestas, quæ non modo pufillos non offundat, sed quod omnino est necessarium, omnes etiam ædificet, atque animarum salutem promoveat. Quo modo Conc. Trid. Sess. 22. de Reform. nihil est, inquit, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue iustitiam quam eorum vita, & exemplum, qui in foris Domini vocati, se divino ministerio dedicaverunt. Cum enim à rebus sæculi in alioquin sublato locum conspiciantur, in eos, tamquam in speculum reliqui oculos coarctant, et illique sumunt quod imitentur. * Debetur etiam vitæ innocentia, præcipue in Episcopis, quos in primis optandum est, quæ sua partes agnoscat, ac se non ad propria commoda, ad divitias, luxum, sed ad labores & sollicitudines pro Dei gloria vocatos efficaciter intelligant. Nec enim dubitandum est, inquit idem Trid. Sess. 25. c. 1. de Reform. reliquos fideles ad religionem, innocentiamque magis inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed quæ sunt Dei, animarum salutem ac cælestem patriam cogitantes.

EXposita Judiciorum forma, proximum est materias & causas, quæ in iis tractari solent, videre: quæ aut Civiles sunt, concernentes personas Ecclesiasticas, & specialiter earum res, de quibus hoc libro tertio; tum laicas, cujus ordinis est matrimonium, quod laici quidem incunt, ejus tamen cognitio est penes Ecclesiam, de quo libro IV. aut Criminales, de quibus libro V.

Honestas ista alia est interna, consistens in animi sinceritate, & in desiderio vivendi secundum præceptum juris, & virorum: alia externa, quæ in factis ipsis ac vitæ actionibus

2. De personis Clericorum primò agitur ;

secundum virtutum præscripta consilium, desideratque, ut Clerici sint alieni ab omnibus iis, per quæ mens extra se sparsa confunditur, acies cordis obtunditur, lux divini amoris exstinguitur, reverentia sacerdotalis amittitur, & quod periculosum est, rectè vivendi linea, quæ aliis ad exemplum proponenda fuerat, minimè renetur, non sine gravi scandalo. Facit enim Sacerdos delinquens populum delinquere, & ruinam populi Sacerdos nequam.

5 Consistit hæc externa honestas præcipuè in tribus, Primò, in vitæ motumque modestia, quæ dignam severitatis & sacerdotis ingenii censuram decet. Quo modo Clericis continentia, benignitatis, humanitatis bonum est amplectendum; * luxurizæ vitium ita averfandum, ut ne quidem sinistra suspicione maculetur. Dedecet enim Clericos, maxime voto continentia adstrictos, ad actus impudicos se laxare, eos præcipuè, propter quos venit ira Dei in filios diffidentia c. *Vt Clericorum 13. h. 1.* Unde fornicis non cohabitant, qua de re *tit. seqq.* Decet eadem continentia Moriales, quibus clausura mandatur à *Trid. Sess. 23. c. 5. Deregul.* & à Pontificibus postea subsecutus, ut dicitur infra *De statu Monach.* atque eorum Monasteria frequentate prohibentur & Clerici & laici, nisi causa exigat, alias illi ab officio removendi, hi excommunicandi, c. *8. h. 1.* Fugienda & Clericis ebrietas, quæ mentis aciem hebetat, ejus inducit exilium, libidinis est incentivum, c. *Acrapula 14. h. 1.* Unde jubetur aboleri usus ad æquales haustus provocandi, fecundiores calices exhauriendi, d. *c. 14.* ubi commoniti, nisi desituerint, ab officio suspendi jubentur. Evitandi iis sales, faceriaz, dicacitates, & omnes verborum inanum pestes, quæ scurras potius quam Sacerdotes ostendunt.

7 Inter alia, quæ Clericalem dignitatem & auctoritatem infamant & deprimunt vitia, non minimum est avaritia, ideoque maxime Clericis fugienda, non tantum si sibi quaerant, verum etiam si Ecclesiaz: neque enim probandi ministri, qui ut magis fideles videantur, & in aram Ecclesiaz quid inferant, cuncta distorquent, extorquent, contradunt, corrodunt; sacrificium per hoc Deo se facere putantes, minus ei gratum, quia est de rapina, Unde maxime cavobunt, ne, ut habetur,

Exech. 6. 34. lac gregis sui comedentes, & ejus lanis se cooperientes, absque ulla æternorum spe, mercedibus mercenarii pascantur, contra Apostolum de præfenti potius laboris fructum recipientes, quàm in futuro, *Can. Sacerdos 9. l. qu. 3.* ne caprent morientium hæreditates; quæ de causa olim ab Arcadio prohibitum quid relinquere Sacerdotibus, ut patet ex D. Hieron. *ad Nepotian.*, qui non tam de lege conquiritur, quàm dolet, quod eandem nimia aviditate Clerici meruissent. Ad hanc magis evitandam Ecclesia testamenti factionem ademit Clericis, ut dicitur infra *de testam.* Mercium exercitium prohibuit, ut mox dicitur, & præcipuè usurarium, & quidem sub excommunicatione c. *2. h. 1.* Judices gratis judicare voluit, non acceptis litium decimis, nec earum quotà, c. *cum ab omni 10. h. 1.* Exceptis expensis victualium; nemo enim gratis cogitur militare.

8 Secundo, in vestitu & habitu: quo honesto & decenti pro statu suo uti jubentur Clerici sæculares, qui nec nimia brevitate, nec longitudine notetur. Unde pannis rubeis aut viridibus, manicis aut focularibus consutitis, calcariis deauratis, & aliis id genus, quæ superfluitatem sapiunt, uti prohibentur, c. *Clerici pen. h. 1.* Religiosi habitu utuntur suæ Regulæ, quàm professi sunt, correspondente. Si moniti ab Episcopo honestum & convenientem ordini & statui habitum deferre contempnant, suspendendi sunt beneficiati à beneficii fructibus per sex menses: in sacris ordinibus positi, citra sacerdotium, inhabiles per idem tempus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum: dignitatem, personatum, aut curam animarum habentes, per annum à fructuum perceptione suspenduntur, nisi excuset causa rationabilis, *Clem. 2. h. 1.*

9 Ornatum quoque omnem Clericos vitare vult Ecclesia: * quo modo barbani & comam eos nutrire prohibet. Quod accipiendum de coma, quæ imitatur comam mulierum; nam ad aures usque coma licitè & decenter fertur. Comam relaxantibus anathema positum à Gregorio IX. c. *4. h. 1.* ut exterioribus Symbolis testentur, se interiore voluntate blandimenta & voluptates secularium despicere; & vero Dei servitio devotos esse. Unde & annulis digitos non ornabunt, nec

A a auri



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERN

auri aut argenti ornatu utentur, nisi dignitas annuli ulum admittat, *d. c. pen. h. s. cum sit signum matrimonii spiritualis & fidei, arg. can. Fœmina XXX, qu. 5.* Doctores Clericos licitè annulo uti tradit Abbas, *d. c. pen. n. 7.* quod continetur inter Doctoralia insignis; non abutantur tamen ad vanitatem. Pontificibus sua specialis est vestis: jubentur enim in publico & in Ecclesia super indumentis lineis uti; nisi Monachi fuerint, quos oportet monachalem ferre habitum, *d. c. pen. in fine.*

10 Omnibus autem Clericis præceptum est ferre tonsuram in vertice capitis, quod ipsum ad traditionem Apostolicam referunt, Ecclesie auctoritate & consuetudine roboratum, ut qui sanctioris vitæ ordinibus mancipantur, excelsioris etiam vitæ characterem in capite ferrent. Ampliata autem tonsura eorum est, qui maioribus initiantur Ordinibus. Monachi non verticem tantum, sed totum ferè caput radere soliti, ut quod sit ipsorum vitæ studium declarent. Etenim abrasio ista est symbolum puritatis ac mercentium. Vide Baron. *tom. 1. Annal. ad an. Christi 53. n. 123. & seqq.*

11 Tertio, in officiorum & negotiorum exercitio; quæ secularia exercere, sive suo, sive alieno nomine, Clericis inhihitum. Cujus generis est mercatura, quam tertio monitus non desens perdit clericale privilegium quod bona sua, *c. fm. h. s.* Ejus ordinis est & officium tabernatorum & macelliariorum, quod sub pena privationis clericalis privilegii exercere prohibentur. Qui si nominatum & tertio moniti non desistant, aut resumant id genus negotii, conjugati id omnino amittunt, quamdiu isti officio insistant; uti & non conjugati, nisi habitum deferant clericalem, tunc enim tantum in rebus isto privilegio privati, quatenus tali officio insistant. Et hoc ita, quatenus per se ac publicè istud exercent, *Clem. 1. h. s.* quæ tantum isto in casu loquitur, ut, cum sit pœnalis, non sit extendenda ad casum, quo per alios exercent. Detrahatur etiam non modicum dignitati ordinis, si Clerici faciant se joculariores, sive, ut barbarè dicunt, Bufones. Qui si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, jubentur ipso jure carere omni privilegio clericali; uti & si breviori tempore tertio moniti non respiciunt, *c. 1. eod. in 6. Taber-*

nas frequentare profus prohibeantur, nisi si tunc causa necessitatis in itinere constituta fuerit, *d. c. pen. h. s.* * Similiter ludere dicitur & taxillis, ne manum Domini corporis maculate hostiæ oblatricem, simul & loquam inter Deum & hominem mediantem, hujusmodi ludibrii contaminatione fiant. Imo & ab ejusmodi inspectione Clericorum esse alienos Pont. in *d. c. pen. uti & laicos clericorum, can. Non oportet 27. de consuet. 3. & can. Præerea, dist. 51.* Videtur tamen non esse mortale per se, cessante scandalo, & contemptu, quæ ponit hæc in re frequentia, intelligere est ex his, quæ traduntur *rit. cod. de laborib. Multè minus exercent ludos theatricos nec in Ecclesia illos admittunt, nihil faciant consuetudine in contrarium, c. cum de re 12. h. s.*

Ut autem commodius Clerici morum honestatem & præcipuè castitatem servarent, vebant olim in communi, *can. Præter, & prudentes Dist. 32. can. Necessaria XII. qu. 1.* Illi Canonicos dictos volunt, Cui mori, si quæ caritate, derogatum, & seorsum vivere oportum; dictique Canonici, non à Canonico mentario sive præbenda, sed quoad Canonem, id est regulam, vivant; qui ut magis servent honestatem & modestiam in Christo, populum à cancellis excludunt, tantum in cancellis altaris usu, *c. 1. h. s.* Admittere tamen intra cancellos non videtur peccatum, si sit consuetudo, Innocent. *ad d. c. 1.*

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

SUMMARIUM.

1. Clericis cur interdicta cohabitatio mulierum.
2. Cum matre & sorore habitare permissum.
3. Hodie ex consuetudine etiam cum conjugatis.
4. Clericorum concubinariorum pœna.

I T commodius incontinentiæ occasiones evitent Clerici, seorsim à mulieribus habitare jubentur, *toto hoc tit. & can. Interdixit 16. dist. 32. can. Oportet 23. cum seqq. dist. 81.* nam ad lapsum provocat cum iis conversatio cum dicantur exure conscientiam viri secum habitantis, *can. Hospitalium 17. d. dist. ubi etiam consuetudinem cum iis habere quod non sit citra periculum, est prohibitum, passim per jura velata dist. 81.* * Cum matre tamen & sorore habitare permissum, *d. can. Interdixit & c. pen. h. tit. ex subjuncta ibi ratione, quod naturale fœdus nihil permittat fœdi (sive, ut legit Cujac. sc. vi] criminis suspicari, id est simitri: nisi & has lascivie vitium reddat suspectas: quomodo accipiendum, c. 1. h. t. aut nisi cum his habitent, quæ non sunt matres aut sorores, can. legitur 25. dist. 81. Admittit etiam Canon illas, quas aras & viræ prohibitas ponit extra suspicionem, d. can. Interdixit. * Verum huic juri derogavit consuetudo, quæ etiam consanguinearum cohabitationem permittit, modò non sint suspectæ; nam istarum conversatio vitanda Clericis. Qui si tertiam monitionem contempnant, excommunicationi sunt subijciendi, famina verò canonicè judicandæ, *can. 2. hoc tit.**

4 A consortio concubinarum multò magis arcentur Clerici: quas habentes suspenduntur ab officiis, *can. Præter dist. 32. ita ut eorum, si sint notorii, Missæ non sint audiendæ, nec sacramenta ab iis percipiendæ: non quod ea polluantur flagitiosa Sacerdotum vita; sancta enim sunt, ut coquinari nequeant, ut pulchrè tradit Nicolaus Papa, in can. fin. XV. q. 8. sed ne peccantes foveantur in sordibus impuditiæ, & dum contemni se vident, ad frugem pœnitentiæ & meliorem vitam revertantur, c. vestra 7. h. t. Non notorii, ab Ecclesia tolerati, non sunt evitandi, ne forte contingat aliquem aspergi infamiæ nota, qui habetur bonus, d. c. 7. & fin. h. t. Eaque distinctione intelligendus est textus in can. Nullus, & can. Præter d. dist. 32. qui indistinctè dicunt, Presbyterum, quem quis scit indubitanter concubinam habere; vitandum esse. Suspenduntur præterea à beneficiis, & tandem, si moriri se non corrigant, deponuntur, c. 4. & 6. hoc tit. Ex decreto*

Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. de reform. post primam monitionem non parentes mulctantur tertia parte fructuum, post secundam hoc ipso omnibus etiam pensionibus, Ecclesiæ vel alii pio loco applicandis. Quod & vult suspendi eos ab administratione, donec resipiscant, & si nihilominus eas detineant, privati omnino officiis & beneficiis, & ad ea inhables indignos querendi, donec vitæ emendatio mereatur dispensationem. Repetentem fraudulosè dimissa mulieris consortium vult excommunicari. Episcopum admonitum à provinciali Synodo, si se non emendaverit, ipso facto suspendit, & si perseveraverit, ad Roman. Pont. vult deferri. Abjurato concubinam nemo cogitur, ne per carnis fragilitatem via perjurii aperiatur, c. 5. hoc tit. Quod si hujusmodi Clerici suspensi à beneficio, & Ordinum executione, ausi fuerint celebrare, irregularitatem incurruunt, qua de re inf. tit. de Cler. excom. celebr. Permittit præterea Trid. Sess. 25. c. 14. de reform. incontinentes Clericos, licet exemptos, ab Episcopis corrigi, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis.

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

SUMMARIUM.

1. Clericis cur conjugia interdita.
2. Lege Mosaica cur permissa Sacerdotibus.
3. Continentia quo jure adnexa Ordinibus?
4. Conjugii usus in Ecclesia primitiva an permissus Clericis?
5. Continentia obligatio oritur ex voto.
6. Obligatio illa an ex tacito voto induci possit.
7. Ignorantia an excuset ab hujusmodi voto?
8. An & expressa intentio non continendi?
9. Obligatio hac non tenet in ordinato ante usum rationis.
10. An neque in ordinato ante pubertatem habente usum rationis?
11. Ordinatus per metum non obligatur ad continentiam.
12. Quid si Ordo fuerit irritus, deficiente aliquo substantiali?

13. Ordine sacro initiatus fornicans est reus sacrilegii.
14. Clericus conjugatus non admittendus ad beneficia.
15. Clericus in minoribus constitutus per matrimonium beneficia sua ipso jure amittit.
16. Etiam matrimonio nondum consummato.
17. Quid si matrimonium fuerit irritum causa consanguinitatis, aut alia?
18. An impubes contrahens sit hoc priuandus beneficium?
19. Pensio an debeatur contrahenti matrimonium.
20. Clericus per contractum matrimonii retinet privilegium fori in criminalibus.
21. An etiam in causa civili?
22. Veste clericali & tonsura deponita quatenus amittantur privilegia clericalia.
23. Clericus ex delicto ante conjugium commissum an gaudeat privilegio fori?
24. Vxor Clerici an gaudeat isto privilegio?

I Vt priore & minus impedita mente Clerici Deo, ejusque cultui vacent, conjugia non eueunt, quod indignum sit templa ac vasa Domini cubilibus & immunditiis deservire, *can. decernimus dist. 28.* nam cythara cum psalterio male concordat, & conjugati plenam sui non habent potestatem, *c. 3. & 5. h. t.* Qui enim cum uxore est, inquit Apostolus, *1. Cor. 7. v. 32.* sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est, de quo loco videndus Baron. *tomo. 1. Annal. an. 57. §. 68.* probans ex eo D. Pauli caelibatum: & denique substantia rerum Ecclesiae non ita foret in tuto, quas sic deperdi contingeret. Quare & ordinatio eorum differtur, & beneficia Ecclesiasticis, si quae habent, privantur, *d. c. 3. Ad Ordines quod attinet, ab his remouentur conjugati, c. 2. h. t.*

Nihil mouet; quod lege Mosaiica permiffa fuerit Sacerdotibus conjugium; hoc enim ideo, quia tantum genti Leviticæ erat ad sacerdotium aditus, adquam proinde propagandam conjugio erat opus, aliàs periisset. Quæ ratio cum cesset hodie, non immerito indutus fuit caelibatus, & præcepta continentia Clericalis: ringantur licet & stendeant illi, quibus, tamquam subibus in volutabro, in fardibus

inconscientiæ versari est volupe, & fornicari continere se impossibile esse homini, cum continentia prædicata & præcepta sit ab ipso Christo, Apostolis, tota Ecclesia, & commendatissima etiam fuerit sacerdotibus gentilibus, ut videre est ex Tiraquello, in *L. 1. comm. in m. Vid. Baron. ad d. an. 57. §. 53. 54. & 58.* & præcepta Vestalibus, quarum impudicitia gravissimo pud eos multabatur, cum vivæ quoque sepelirentur, *Lipf. de Vesta & Vestalib. c. 13.* Ut necesse quod reprehendatur Ecclesia suis Ministris continentiam præcipiens, *can. plurimos dist. 21.* ut conscientiae integritate, vitæ sanctitate fulgoretes, acceptabile Deo munus offerre queant.

Ubi quaeritur, An continentia sit ad hoc Ordinibus jure divino, an Ecclesiastico? Non desse, qui velint esse juris divini, etiam quod à tempore Apostolorum nec in Graecia nec in Græca Ecclesia hæc tenus ad factos Ordines promoti inierunt matrimonia, ut mox dicitur: verum ex eo non convincitur de juris divini, cum Apostoli non statuantur de divinum, ut verius sit, juri Ecclesiastico esse attribuendam ejus originem, Quod confirmatur per *Con. Trid. Sess. 23. can. 9.* ubi dicitur, legem Ecclesiasticam obstat ordinati quod minus matrimonia inzeant, Nec facit, quod Ordo suapte natura adferat quaedam congruentiam & decentiam castitatis, matrimonio repugnantem, nam ex se non patet præceptum, nec id invenitur à Christo institutum, & Græcis hucusque licitus fuit matrimonii usus, ut patet ex *c. 6. h. t. Vid. Anton. tomo 1. Instit. Moral. lib. 13. c. 12. qu. 1.* Sanchez. *de matrim. lib. 7. disp. 27. qu. 1.* Ad Episcopatum quod attinet, etiam requirit majorem perfectionem, non tamen & illi nisi jure Ecclesiastico invenitur adnexa continentia *Sancti ibid. num. 7.*

Quæstio alia est, An in primitiva Ecclesia fuerit permiffus Sacerdotibus conjugium? Resp. Hoc multos adferere, nixos quibusdam Gratiani locis crudè intellectis. Sed dicendum, apud Christianos nunquam licuit Clericis in sacris constitutis uxores ducere, *c. 1. h. t. & patet ex can. Apostolorum 23. & can. Presbyter distinct. 28.* ubi jubetur Presbyter, qui uxorem duxit, deponi. Nam cum se toros transfuleriat in Dei famularum

non possunt se tradere uxoris, cum non sint
sui, & duobus dominis nemo recte inserviat,
præcipue diversa præcipientibus. Subdiaconi,
antequam Ordo iste sacris adnumeratus, uxores
licite ducebant, nec cogebantur continere,
cum nemo inivitus ad continentiam obligetur:
ubi autem sacris est adnumeratus, coguntur
continere, & matrimonium ab iis in ius
est nullum, *can. 1. & 2. Dist. 23. & c. 1. Dist. 31.*
Sunt tamen conjugati admissi ad sacros Ordines
in primitiva Ecclesia: uti & hodie admittuntur
tam in occidentali Latinorum, quam
orientali Græcorum Ecclesia; hac tamen differenzia,
quod Latini non admittant conjugatos,
nisi promissa continentia permisso uxorum,
quæ & castitatem vovete debent, vel tacite
vel expresse, ut hac via à conjugii usu arceantur,
& non tam uxores quam sorores habeantur,
c. 2. h. t. can. Omnino Dist. 31. can. 1. & can.
Cum in præterite, Dist. 84. Græci vero etiam hodie
permittunt usum uxorum ante ordinationem
ductarum, *can. Nicæna & can. Quoniam Dist. 31.*
præter id tamen tempus, quo altaris
ministratio debet deservire, ut magis Deo vacantes
consequantur postulari, *d. c. Quoniam.*
An intellectum istorum Canonum videantur
notata ad *can. Habeo, Dist. 16.* in Corpore edito
jussu Gregorii XIII. De hoc Græcorum usu patet
ex *c. 6. h. t.* ubi ex Græco Sacerdote natus habetur
legitimus. Vid. Covarr. *De matrim. p. 2. cap. 6. §. 3. nu. 2.* Baron. *tom. 1. Annal. an. 58. §. 18. & seq.*
Azor, Insit. Moral. d. lib. 13. c. 3. Et secundum
hanc distinctionem accipienda pleraque Gratiani
loca hac in materia, quæ alias simpliciter,
ut posita sunt, accepta forent falsa. Itaque
Ordine sacro initiatum si contingat uxorem
ducere, non tenet matrimonium, cogiturque
deserere ductam, & poenitentiam peragere,
c. 1. h. t. Ab officio removeretur, cui tamen
restituatur, si post peractam poenitentiam vitam
laudabilem se ostenderit, *c. 4. h. t.* Nisi tamen
duxerit viduam, aut secundam uxorem, *can. Quisquis, Dist. 84.* talis enim quasi
bigamus repellendus, propter intentionem cum
opere subsecuto. De continentia Clericorum
vide latè Bellarm. *tom. 1. Controvers. de Clericis lib. 1. c. 18. & seqq.* & Baron. *d. loco §. 20. & seqq.*

5 Obligatio hujusmodi non tam exurgit im-

mediatè ex Ecclesiæ constitutione, quam ex
voto castitatis, quod Ecclesia adnexuit Ordinibus
sacris; quibus initiandi non expresse, sed factis
ipso & tacite profiteri censentur castitatem, eamque
servare coguntur.

Ubi posset dubitari, An Ecclesia possit
jungere continentiam Clericis per tacitum votum?
R. Eos, qui sordibus incontinentiæ delectantur,
ut plerique hæretici, negare id posse Ecclesiam,
quod sit juris naturæ matrimonium, ideoque ab
inferiori non possit prohiberi, *Insit. De jure natur. gent. & civili.* Catholicam
tamen esse sententiam, Ecclesiam quidem non posse
quempiam cogere absolute ad continentiam,
quod sit tres meti cõsili, *can. Integritatis xxxii. q. 1.* posse tamen sacro Ordini
appondere conditiones & leges justas isti status
convenientes, qualis est, ut illo initiatus castitatem
voveat, sicut potest quilibet traditioni rei suæ
appondere conditionem, *l. In traditionibus 48 D. De p. & l. Ut supposita hac lege, sacris initiari desiderans velit ex consequenti vovete, & obligari: uti & obligatur ex propria voluntate, ut non habeat postea causam rescilendi, cum ante emissum tale votum debuerit se probare; quod nisi fecerit, imputet suæ temeritati. Vid. Azor. d. lib. 13. c. 12. qu. 6. Sanchez d. Dist. 27. q. 2. nu. 10.*

Quid si ignoraverit ex constitutione Ecclesiæ
votum esse Ordini adnexum? R. Nihilominus
teneri ac continentiam, um lex semel legitime
promulgata omnes teneat, nec ejus dari possit
probabilis ignorantia; sed procedat regula,
quod qui sciens & prudens aliquid vult, velit &
omnia onera ei adnexa: de quibus quod non
inquisiverit sibi imputet, implicite enim votum
fecit. Si tamen ignoravit sacrum Ordinem se suscipere,
videtur in foro conscientiæ non teneri, cum non sit
voluntarius, licet in foro exteriori ignorantia ista
non sit probabilis. Sanchez d. loco 11. & Azor. d. lib. 13. c. 14. q. 10.

Quid si habeat expressam intentionem non
continendi? R. Talem ordinandum quidem
elic. *can. 1. Dist. 27.* ordinatum tamen nihilominus
teneri ad continentiam, si non ex voto voluntario,
salem ex Ecclesiæ instituto, cum agens censetur
agere juxta legis ordinationem, quam privata
voluntate intervertit, *l. Nemo 55. D. De legatis 1.* Deinde in necessitate

faciō conjuncta & inspicitur principalis voluntas, quæ sit ordinari non secundaria, quæ est continere, vel non subire onera connexa principali voluntati, arg. l. Si ita scriptum 13. §. 1. De liberis & postib. ubi stante principali voluntate testatoris instituitur servum heredem, sequitur eum libertas etiam per testatorem demptra, propterea quod hæc illi necessario sit connexa. Quod procedit non tantum in tacita contraria voluntate, verum & in expressa protestatione, quæ facta contraria nihil solet operari. Navar. in *Manuali* 22. nu. 51, Sanchez d. d. qu. 2. nu. 12.

9 Quid si ante pubertatem quis ordinatus fuerit, an obtineat hæc obligatio? R. Non esse dubiam hanc questionem, in casu, quo quis ante usum rationis est ordinatus. Nam licet, non obstante, quod male fecerit talem ordinans, teneat Ordo, non potest tamen tenere obligatio ad continentiam, ad quam nemo obstringitur, nisi ex consensu, quo caret ista ætas: & proinde non tenetur, ne quidem postquam accesserit usus rationis, nisi novo posito consensu, qui habet ei ordinis executionem, alias inhibitam. Vid. Azor. d. lib. 13. c. 14. qu. 9. & Suarez de *Conjuris*, Disp. 31. Sect. 1. num. 22.

10 Quid si ordinatus habeat usum rationis ante pubertatem? R. Esse, qui velint, doli capacem ante pubertatem teneri, ex eo, quod intelligat quid agat, & obligetur naturaliter, secundum dicta ad tit. D. De pact. Verius tamen non obligari talem ad continentiam, nam cum ad eam expresse se non obliget, & votum solenne ante decimum sextum annum emissum hodie sit inutile, uti dicitur infra De regul. dicendum & votum tacitum, resultans ex Ordinis susceptione, ante pubertatem esse inutile; agitur enim res magno momenti, in qua non facile ponenda obligatio ante ætatem. Joan. Andr. in c. 1. nu. 5. ubi Abb. nu. 3. inf. De Cler. per salutum *promissio*

11 Quid si quis ordinatus sit per metum iustum? R. Non obligari ad continentiam, quod ea non tam sit præcepti, quam consilii & voti, quod licet esse debet, nec obliget Ordo ex se ad continentiam, sed ex vi voti Ordini per Ecclesiam, uti dictum, adnexi, quod irritum ponit iustus metus, propter summam in eo requisitam libertatem, uti dictum supra De his

qua vi metusve caus. & repetetur infra, De voto. Nihil obstante, quod metus non implet characteris impressionem, nec quod minor baptismus obliget ad fidem, ut colligitur ex iis, quæ dicta sup. De his qua vi & c. nu. 20. Vid. Azor. d. lib. 13. c. 14. qu. 8.

Quid si collatio Ordinis fuerit irrita, deficiente aliquo substantiali? R. Verius esse, non obligari talem ad continentiam ne quidem ex simplici voto, Ratio est, quod Ordines suscipiens non faciat principaliter hoc votum, tanquam essentiale Ordini, sed tantum in consequentiam, propter Ecclesie constitutionem, non subsistente principali, subsistere nequeat, quod ejus nomine in consequentiam venit, ut notissima juris reg. in l. Nihil 129. §. 1. D. De l. ubi Cujac varia refert exempla, Nec facit, quod professus in Religione non approbata, aut alio invalide, teneatur tamen ad castitatem ex voto simplici, resultante ex inutili professione, c. 1. Placet 12. inf. De convers. conjug. & c. Constat 4. inf. Ne Clerici vel vorventes & c. nam castitas essentialiter adest voto, ut professus, licet inutiliter quoad simplex, juxta regulam, quæ habet. Si actus non valet, ut agitur, valet eodem quo potest Bai. bosa 2 p. Rubr. nu. 100. D. Solutio matrim. Sanchez De matrim. d. Disp. 27. qu. 2. nu. 13.

Continentia itaque adnexa Ordini, facit ordinatum abstinere, non tantum à conjugatiis, sed ab omni actu venereo. Nam si ad actu licito, seposito vero, abstinendum, quod non est ab illicito? Sacris 41. C. De Episc. & Cler. Ut detestanda sit eorum incontinentia, qui, cum conjugium jure sibi non licere fateantur, concubinas sibi habere licere adserunt: quarum copulam ut sacrilegam plerique denunciant, eamque circumstantiam necessarium in confessione exprimendam, ad valorem confessionis tradunt. Nam ultra fornicationem virtuti temperantiæ adversam, etiam committunt in religionem, violando votum castitatis, & ita sacrilegii reus talis Clericus damnatur, can. de iis, Dist. 28. Sanchez d. Disp. 27. ult. nu. 19.

Ut autem non admittuntur ad Ordines conjugati, ita nec admittendi ad beneficia, quæ dantur propter officia, nisi & uxores Monasterium intrent, aut continentiam vorcent.

aut alius non sint suspecti de incontinentia, qua de re inf. *De convers. conjug. Clericis* in minoribus constitutis, aut beneficiatis tantum, non est denegatus matrimonii contractus, aut ejus usus: per quem tamen sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, & privantur obtentis, *e. 1. h. t.* non etiam per sponsalia, quae non tam ponunt matrimonium, quam spem ejus, nisi sint de praesenti.

15 Ubi quaeritur, An ipso jure vacent, an vero sit opus sententia judicis? R. Posterius posse videri. Primo, quod ad penam nemo tenetur in conscientia ante sententiam, ex receptissima sententia. II. Quod in *e. 1. & 3. hoc tit.* dicitur Clericus, uxore ducta, compellendus relinquere beneficium, & eo privandus. III. Quod in *can. 3. Dist. 32.* dicitur Clericus, accepta uxore, nihilominus stipendium suum accepturus. Certissimum nihilominus esse, vacare ipso jure beneficia, citra sententiam, ex opinione communiter approbata. Cujus ratio consurgit ex incompatibilitate matrimonii cum beneficio, quae inducit spontaneam renuntiationem, *arg. can. Cum renuntiat* xxxii. *qu. 1.* Est & ea ratio, quod concessio beneficii habeat eam conditionem ex Ecclesiae consuetudine, ne statum incompatibilem, qualem ponit matrimonium, ejusque usus, adsumat Clericus; quare, eo assumpto, tamquam deficiente conditione, perdit beneficium: & ita communiter receptum tradit Covarr. *alios citans, ad 4. Decretal. p. 2 c. 6. §. 3. nu. 5. Sanchez. Disp. 42. nu. 3. & 4. similiter alios alleg.* Unde patet amissionem non causari per modum poenae, ut cesset primum argumentum. Non obstat secundum; nam textus ibi allegati loquuntur de privatione possessionis faciendae quam de facto injuste & violenter talis Clericus detinebat. Non obstat tertium; quia textus ille recte accipitur de eo, quod datur in stipendium, ratione laboris, quem canendo Ecclesiae praestat, non etiam de eo, quod debetur in titulum. Hinc est, quod talia beneficia tanquam vacantia continuo impetrari possint, ut dicemus infra Tit. 8.

16 Quid si matrimonium non fuerit consummatum? R. Nihilominus beneficio privatum esse Clericum, ex eadem ratione militante, quae in casu proximo. Nam cum copula nihil ad matrimonium faciat, negari non potest,

quin sit vere adsumptus status in compatibilis cum beneficio, cum ad copulam teneatur, ubi nihil facit. si sponsa ante copulam moriatur, vel Religionem ingrediatur; nam jus semel extinctum non recuperatur solo casu, extincta scilicet causa amissionis, sed nova collatione est opus. *Gl. pen. in Clem. Gratia Derefer. Abbas in c. 1. nu. 6. h. t. Covarr. d. nu. 5. & 6.*

Quid si conjugium fuerit irritum causa 17 consanguinitatis, aut alia? R. Distingendum esse, an sit nullum ob defectum consensus, an vero consensus adsit, & alia de causa sit irritum. Primo casu certum est non vacare beneficium, nec eo privandum Clericum, cum ne quidem voluerit actum contrarium. Hinc contractum a funoso aut mente capto matrimonium non facit privari Clericum, uti nec metu justo a sponso initum, quia ista coactio licet ponat voluntatem, secundum dicta sup. *De his quae vis &c.* non tamen sufficit ad matrimonium, quod ponit nullum, ob defectum consensus, ut dicitur infra libro IV. Secundo casu probabile est, nihilominus privatum veliri beneficio taliter contrahentem, ex ratione textus in *e. 4. sup. De bigamis non ordin.* ubi intentio cum opere subsequuto facit aliquem inter bigamos poni; et si vere talis non sit, cui respondet textus in *e. Eum quis 18. De praben. in 6.* ubi accipiens secundum beneficium curatum, licet nulliter, vacat tamen hoc ipso primum, subjuncta ratio est, quod non deceat, ut stultus melioris, quam peritus conditionis existat. Ut tota vis ponatur in eo solo, quod quis appetierit statum incompatibilem beneficii retentioni. Ut non sit utilis distinctio, quam quidam faciunt, an Clericus seivent impedimentum; an ignoraverit, quia adeest animus utroque casu appetendi statum incompatibilem: & ita tenet Covarr. *d. nu. 5. Abbas in d. e. 1. nu. 7. h. t.* & videtur communior sententia. Volunt tamen quidam, ipso jure non induci privationem, eo quod hic agatur de poena delicti, quae non inferitur ipso jure; ne subsit eadem ratio, quae subsit matrimonio vero, quod inducit statum incompatibilem cum beneficio, non etiam irritum. Ut, cum non detur textus quid disponens hac in parte, non debeat dispositum in aliis casibus extendi, contra reg. in *c. Oia De R. 1. in 6.*

Non

Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. Adducit pro hac parte *d. c. 1. h. 1.* ubi dicitur, constitutos in sacris ducentes uxores, solum cogendos eas dimittere, non facta mentione beneficiorum. Sed loquitur cap. de iis, non qui sunt in Ordinibus, qui non tam facile amittunt beneficia, sed demum per sententiam. Vid. Sanchez. *Disp. 43. nu. 3.*

18 Quid si impubes contraxerit matrimonium, an beneficio obtento hoc ipso privabitur? R. Non privari, ex vera & communi sententia. Rario est, quod ejusmodi contractus matrimonii tantum habeat vim sponsaliū. *c. un. De despons. impub. in 6.* Per sponsalia autem non vacat beneficium, uti dictum. Nec obstant dicta superioris questione, quia ibi actum de pubere, qui contrahens, licet inutiliter, vult tamen statum incompatibilem: hic autem Canon inuilem actum transfert in alium casum utilem, qui non noceat. Covarr. *d. § 3. nu. 5.* Et hoc ita, si sponsus sit impubes: nam si sponsus sit pubes, sponsa autem impubes, aliqui dubitant, maxime si sponsus ignoret sponsam esse impubem, quasi per sponsum non steterit, quo minus actum incompatibilem gesserit. Videtur nihilominus dicendum, non vacare beneficium, eadem militante ratione, quod scilicet canon ejusmodi contractum velut valere ut sponsalia, que non privant aliquem ipso jure, nec etiam privari faciunt. Abbas *d. c. 1. nu. 7.* Jul. Clarus *§. fin. qu. 73. nu. 5.*

19 Q. An dicta obtineant in pensione, quam habet contrahens matrimonium? R. Hoc dicendum esse, quatenus debetur titulo Clericali, ut sit loco beneficii, quod resignatum, & in ea habet locum regula, quod subrogatum sapiat naturam ejus, in cuius locum subrogatur, itemque ratio status incompatibilis: atque ita habet communis opinio, Gigas *De Pensionib. qu. 54.* Clarus *d. q. 73. nu. 3.* Covarr. *d. loco n. 7.* Sanchez. *Disp. 44. n. 4.* Nisi tamen Pont. voluerit pro vita deberi, etiam tamquam laico. Adsignata tamquam laico pro ministerio temporalis nisi vacat per matrimonium, quia non ponit incompatibilitatem, cum & conjugato adligetur.

20 Privat quoque matrimonium Clericos privilegio ordinis Clericalis, *c. Ioannes h. 1.* Excepto privilegio canonis, de quo in *can. Si*

quis suadente xvii. qu. 4. & fori, quatenus tamen habitum Clericalem & tonsuram debent, & unicam, eamque virginem ducunt. *c. un. eod. in 6.* ubi tantum fit mentio criminis, sive intentetur criminaliter, sive civiliter.

Ut possit dubitari, An in causa civili habeant tales Clerici fori privilegium? R. Id aliquibus videri, per tex in *d. c. un. in verbis, ne in iudiciis*, ubi generaliter inhihetur iudiciis secularibus, ne condemnent Clericos. Facit, quod Concilium Parisiense, cujus ibi mentio & quod habetur inf. *De foro compet. c. 2.* loquitur indistincte, ut sit intelligendum de causis tam civilibus quam criminalibus. Communis tamen receptum, tantum habere locum in causis criminalibus, cum *d. c. un.* exprisset tantum de iis loquatur. Ut non obstant verba sublimitate generaliora, quia non est infrequentius restringi ad casum præmissum. Non obstat Conc. Parisiense, de quo in *d. c. 2.* nam hoc loquitur de Clericis in genere: dictum vero est tantum de restringendis Clericorum eorumque privilegii. Quod autem in tantum casibus criminales excipiat Pont. est, quod indeceret sit, in causis criminalibus, in qua agit ad vindictam, Clericum subdi foro seculari, quia in causa civili, in qua agit de restitutione delicti. Non poterit tamen in causa civili excipi Clericus à laico, propter *d. can. Si quis suadente*, quo prohibetur violenta manuum injectio Clericos. Hæc ita, durante matrimonio: nam si soluto, etiam in civilibus gaudebit Clericus privilegii omnibus, cum ea tantum restringantur in causa conjugii, per *d. c. un. Ioan. Abbeas d. c. 1. n. 2.* Covarr. *Præf. qq. c. 31. n. 7.* Sanchez. *Disp. 46. n. 21. & seqq.*

Illud etiam quaesitum, An vestem clericalem & tonsuram deponens amittat in partem dicta privilegia? R. Tantum pro tempore, quo non gessit, amittere, & resumens veste ac tonsura iterum iis gaudere. Ratio est, quod Canon propter dimissionem eorum nec tam privet Clericos privilegii, quam eorum usus; unde resumpto habitu, tamquam cessante causa impedimenti, iterum iis fruuntur. Et hoc ipsum probatur per *d. c. un. in verbis, nolumus gaudere Clericali privilegio, qui abdicant tamen suspensionem.* Facit ad idem *c. 1.*

sup. De vita & honest. Cler. Clem. i. eod. & alia loca, quæ non privant nisi pro tempore, quo Clericus se non conformat Canonibus. Hinc, mortua conjugæ, quam unam virginem habuit Clericus, si continet vel reassumat vestem clericalem & tonsuram; gaudebit omnibus privilegiis. Joan. And. d. c. 1. n. 2. Covarr. d. loco n. 18. Sanchez, d. Disp. 46. qu. ult.

23. Quid si Clericus ante conjugium deliquerit, an conjugatus habitum & tonsuram non deferens habeat privilegium fori, ejus delicti nomine? R. Ita omnino dicendum esse, etiam in casu, quo omnino privaretur postea Clericorum privilegiis, ut in specie c. un. De bigamis non orain. in 6. Ratio est, quod ad fori competentiam debeat attendi tempus, quo delictum est commissum, arg. l. 1. D. De penis; & ita tenet, alios referens, Grammat. Decis. 10. n. 3. tradens ita decisum esse. Nihil facit, quod d. c. un. De bigam. dicantur bigami nudari omni privilegio clericali; nam hoc tantum est accipiendum quoad delicta postea commissa, non quoad præcedentia, Barbosa ad l. Titia 35. n. 33. C. Sol. matr.

24. Postremo quaeritur, An uxor Clerici gaudet privilegio canonis & fori? R. Ex communi sententia, eam minime gaudere privilegio canonis, cum sit personale, inductum tantum in reverentiam ordinis Clericalis, quem non egreditur. De privilegio fori dubitatum; dicendum tamen, nec eo gaudere. Nihil obstat, quod uxor sortitur viri forum; hoc enim tantum in iis, quæ possunt communicari cum uxore. Fori autem privilegium non est communicabile cum uxore, utpote concessum ratione Clericalis ordinis, cujus incapax mulier, ut dictum sup. lib. 1. Joan. And. d. c. un. n. 3. Sanchez, lib. 7. Disp. 47.

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus.

SUMMARIUM.

1. Clerici ad residentiam personalem tenentur.
2. Residentia illa quo jure requisita.
3. Beneficia qua obligent ad residentiam, qua non.
4. Conjectura an liberet à residentia?

5. Residentia strictè faciendâ.
6. Absentes an ipso jure priventur beneficiis?
7. An ex fructibus?
8. Absentia spatium quantum ex Conc. Trid.
9. A residentia quam causâ excusent.
10. Residentia 40. annorum an sit iusta causâ?
11. Distributiones quotidiana (quæ & manualia beneficia) dantur solis presentibus.
12. Absentibus quando debeantur.
13. An debita expulso à Capitulo?
14. An excommunicato?
15. Distributiones aequaliter faciendâ.
16. Duplex an debeat ur ratione duplicis officii?
17. Distributiones absentium an ex aequaliter ad crescant presentibus?
18. Vicus in possessione ad teneatur ad restitutionem distributionum interim perceptarum?

AD vitæ innocentiam, quæ in Clericis desideratur, oportet accedat diligentia procurandi officii, cujus ratione datur beneficium. Ea consistit in residentia, id est, presentia personali in ipsa Ecclesia, in qua quis beneficium habet, etiam simplex & modicæ æstimationis, c. 1. h. s. Dico, personali; quia est electa persone indulgentia, quæ per alium non suppletur, maxime si fuerit cura animarum, ad quam admitti conductus indignum. Uade consuetudo sub annuo censu committendi aliis Ecclesiis dicitur enormis, & improbatâ, c. 3. inf. Ne Prælati vices suas ex cubi ea de re latius. Ut tantum is fiat conferendâ beneficia, qui in propria persona volunt & possunt deservire, non etiam is, qui nec possunt, nec volunt, c. 4. h. t. Excipe casum cap. Extirpanda §. qui verò inf. tit. seq. de quo actum fuit supra De off. Vicarij.

Quaeritur autem, Quo jure requiratur residentia? Resp. Episcopos & alios curam animarum habentes teneri & jure divino, Trid. Sess. 23. c. 1. De reform. quod Christus commiserit talibus oves pascendas; non pascuntur autem nisi à presentibus; & naturalis, cum in eum finem recipiant decimas, terrena metant, ut spiritalia ministrent; datum enim beneficium propter officium, c. fin. De reser. in 6. Simplicia vero beneficia in dubio quidem etiam præsumi habere ad eam residentiam, non tamen nisi jure humano Canonico.

Sunt eorum quedam, quæ tantum ad Honoram

Bb ram

rarum Canonice recitationem obligant, non etiam ad residentiam, aut ad substituendum sibi alium; cuius ordinis sunt Beneficia, quae dicuntur Praestimonia, sive Praestimonialia portiones, à rebus Ecclesiasticis abstractae, & designatae aliquibus per modum subjectionis & adiutorii ad studia peragenda. Et esse beneficia non obligantia ad residentiam, patet ex Conc. Trid. Sess. 6. c. 2. De reform. ubi dicitur, obtinentes beneficia, residentiam personalem de iure aut consuetudine requirentia, cogendos esse residere; nam frustra ibi fieret mentio eorum, quae desiderant residentiam, nisi & essent, quae non desiderarent. Facit eodem, quod Trid. Sess. 23. c. 1. De reform. & Sess. 24. c. 12. De reform. tantum faciat mentionem Episcopatum, & obtinentium curam animarum, aut praebendas, portionesve in Cathedrali aut Collegiata Ecclesia.

Q. II. An consuetudo possit liberare à residentia? R. Neutiquam quoad eos, qui de iure divino aut naturali tenentur residere, cui non praevalet consuetudo, nec illud immutat, *Instit. De iure natur. gent. & civili;* sustinendam tamen quoad eos, qui tantum de iure Canonice obligantur, ut habentes beneficium simplex, quia potest consuetudo mutare jus humanum, & ab ejus observantia liberare. Quam distinctionem videtur adjuvare Conc. Trid. d. Sess. 23. c. 1. ubi agens de residentia eorum, quibus est cura animarum, dicit consuetudinem ab ea liberantem potius corruptelam censendam esse: ut contrarium sit colligendum in iis, qui non habent curam animarum. Vid. Abbas ad c. *Excitanda* 30. §. qui verò dicitur. 31. & 32. *instit. leg. & Covarr. 3. Variar. Res. c. 13. nu. 9.* Consuetudine tamen non obstante, cogendi absentes residere, si ita exigat divinum ministerium.

Residentiam qui debent, stricte eam praestant, etiam Cardinales, c. 2. b. s. sub mortali peccati reatu; alias per fructuum subtractionem, sequestrationem, aliaque juris remedia, etiam usque ad beneficium privationem, compellendi, *Trid. d. Sess. 23. c. 1.*

Ubi quaeritur, An ipso iure priventur beneficiis absentes? R. Factum hominis requiritur, cum nusquam invenitur textus illos ipso facto privans; sine textu autem non solet poena induci, Non alias tamen per hominem pri-

vandi, nisi legitima citatione privatus; quae iam una sufficere videtur personaliter facta, quando scitur, ubi locorum abens degat. Citationis cessante impedimento iusto, non compareat, spoliarum beneficio potest, c. *Ex parte* & c. *fin. h. s.* Si ad absentem citatione peracta non valeat, ut quando ignoratur, ubi tamquam trina citatio desideratur per edictum, ut solius ad absentis notitiam perveniat; quod non compareat intra sex menses, spoliarum potest beneficio, c. *Extra in h. s. Gl. in c. fin. §. per v. l. nonibus sup. V. lise non contest. Potest & superior in contumaciae uti suspensione & excommunicatione, d. c. 1. §. 1.*

Quaeritur & An absentes fructibus ipsorum priventur? R. Hoc videtur dicendum in qui iure divino aut naturali tenentur residentiam, quales sunt habentes curam animarum, de quibus agens Trid. d. Sess. 23. c. 1. dicit eos non facere fructus suos pro rata temporis nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi de iure tenere posse, sed inopes loci erogandos esse, aut sibi in Ecclesiis applicandos, cessante quacumque conventionis aut compositionis, qua fructus parte remittantur. In quibus vel maxime officium, ut hoc cessante, tamquam causa perceptionis fructuum, perceptio ista iniusta. In iis, qui non tenentur isto iure ad residentiam, videtur hae privatio ipso iure non haberi, sed per hominem inducenda, cum Trid. d. Sess. 24. c. 12. De reform. tantum agat de beneficiis curam animarum, & ut mox dicitur de aliis agens dicat eos privandos.

Loquitur autem Trid. uti & veteres Canonice, de futura absentia, per quam poena Ecclesia detrimentum; nam qui aliquando tantum abest, statim reversurus non videtur abesse. Unde absentia spatium, quod sit poenam, definitur singulis annis, sive continuum sive interruptum, ut non excedat Episcopis duos menses, aut ad summum tres, & sub sit aequa causa, cessetque detrimentum commissi gregis. Ultra si abesse velint, causa legitimae absentiae est alleganda coram Pontifice aut Metropolitanano, aut seniore Suffraganeo ab eoque in scriptis approbanda, nisi notum sit ratione officii. Idem in iis, qui curam ani-

marum habent, ne periclitetur grex commissus. Non habentes curam animarum tres menses habeant, quibus abesse iis est impune. Non tamen omnes absint eodem tempore, ne cultus divinus jaceat. Admonet verò Trid. *d. Sess. 23. c. 1. eos præcipuè*, quibus est animarum cura, ne absint sollemnibus diebus, quibus præsentia Pastoris maxime refici. & gaudere solent oves. Ultra abesse nulli licitum, nihil faciente consuetudine, aut Ecclesiæ statutis, per quæ absentia restringi quidem possunt, non etiam prorogari, *d. c. 12. vers. Præterea*. Ultra qui abesse præsumpserit, primo anno privandum esse de mediâ parte fructuum, secundo omnibus; crescente verò contumacia contra talem procedi juxta Canonum constitutiones mandat Trid. *d. vers. Præterea*.

9 Exculabit autem causa, quam ponitürgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiæ aut Reip. utilitas. Talis est causa studii, Theologici scilicet vel juris Canonici, & quidem ad quinquennium: & hoc quatenus verè in studiis agunt; neque enim cupiam patrocinari colluio aut stans debet, *c. 4. q. c. Tua 12. h. t. Vid. Hotat. Lucius de Privi. Scholar. priv. 98. Pet. Greg. Tholof. de Benef. Eccles. c. 7. nu. 10. 11. 12.* Ponit & justam causam absentia ratione ministerii summi Pontificis, ad quod quis evocatus, *c. Cum dilectus 14. h. t.* Idem est, existente aliquo in servitio sui Episcopi, *c. Ad evidentiam 15. h. t.* Non uretur tamen in servitio suo Episcopus operâ Parochi, nisi eo spacio, quo communiter permittum ei abesse, idque non deferatur cura animarum. Ponit præterea justam causam dispensatio S. Pontificis super habendis pluribus beneficiis, qui hoc ipso dispensasse videtur super residentia alterius, cum nemo utrimque commodè residere, id est deservire cultui divino possit, *c. Non potest 27. de præb. in 6.* Facit etiam indulgentia S. Pont. quempiam impune abesse: qua tamen non obstante possent Clerici cogi residere, si Ecclesiæ necessitas & cultus divini ministerium exigat; qui donec venerint, Superioris est alios substituere, qui deserviant Ecclesiæ, ex absentium alendis fructibus, *c. per b. 2. Præstat eandem causam adversa valetudo, de qua infra Tit. 6. de Clerico agrot. aëris intemperies pro certo anni tempore: graves inimicitia cum plebe,*

aut Domino loci, unde vitæ discrimen aut scandalum; quo casu si reconciliatio sit desperata, dandum potius à Superiore tali Clerico aliud beneficium: grave periculum imminens ratione belli, tempestatis, & captivitatis. Est autem curandum præcipuè habentibus curam animarum, ut in casu justæ absentia provideatur gregi de provido Vicario. Absentia huic ex justa causa neutiquam dici potest derogatum per Trident. dum passim exigit residentiam: posterior enim lex generaliter loquens limitatur per priorem specialiter loquentem, *l. Sed q. posteriores. D. de L. L.*

Q. An sit justa causa excusationis residentia **10**
 xl. annorum? R. Hoc posse videri, *arg. l. 1. C. De Profess. qui in urbelib. 12.* ubi qui viginti annis legit, Comitatus dignitatem consequitur. Sed hoc argumentum parum urget, cum à diversis non fiat illatio: ut, cum desit textus hac in materia liberans, nulli anni dicendi sint liberare, quòd passim hac in materia requiratur & mandetur residentia, Et deinde ut in argumento dicto accedat titulus Comitatus, non legitur tamen etiam liberari à legendo Doctor, & nihilominus lucrum capere. Navarr. *conf. 12. h. t.*

Hæc ita quoad fructus, quos grossos vocant, quibus minimè privandi justa de causa **11**
 absentes, * Præter fructus istos inductum est in Ecclesia, ut tempore officii fierent distributiones quotidianæ presentibus tantum, quæ manualia dicuntur beneficia, aut victualia, à Bonifacio VIII. *c. un. eod. in 6.* ut hac viâ excitarentur Clerici ad divinum officium celebrandum: & hoc non sine primario, vel qui habet rationem motivi, quia hoc foret inordinatum, sed secundario & occasionaliter. Presentibus, inquam, tantum, neutiquam etiam absentibus; nihil faciente consuetudine contraria, quam improbat Bonif. P. *d. loco* statuens absentes distributiones istas suas non facere: quam & reprobatur Trid. *Sess. 24. c. 12. De reform. renovans constitutionem Bonifacii.* Præsens hic dicitur, non qui est in oppido, aut loco, in quo sita Ecclesia, aut etiam in ipsa Ecclesia, sed qui in choro est, in quo celebratur divinum officium, ibique simul cum reliquis operam impendit. Potest tamen & dici præsens, qui in oppido aut Ecclesia est, si

Valis praesentia muniti sufficiat, ut tradit. Co-
arr. 3. *Var. Resol. c. 13. nu. 3.*

- 12 Quæri hic possit, An nullis absentibus de-
beantur distributiones? R. Absentibus nomi-
ne Ecclesie ex mandato capituli rectè dici de-
beti, propterea quòd tales in plerisque habeantur
pro praesentibus: ut æquum sit ab iis, quo-
rum negotiis ex mandato eorum incumbunt,
nihil contra eos attentetur ex causa absentie,
*arg. l. Sed est 26. §. fin. D. ex quib. caus. maio-
res Erc. Quòd facit, quod Joan. And. d. c. un.*
velit eas deberi Archidiacono visitanti. Facit
& quod scribit Navarr. *conf. 8. h. 1.* satisfacere
Prælatum juratæ obligationi de residendo,
si absit nomine Ecclesie, secundum text. in *c.*
Ex parte 13. h. 1. Et colligi hoc ipsum videtur ex
d. c. un. in quo Bonifac. dum negat absentibus
cedere distributionum dominium, excipit ab-
sentes ex evidenti causa Ecclesie. Obstat ta-
men huic sententiæ *c. 7. h. 1.* in quo dicuntur vi-
ctualia [qualia interpretamur distributiones
d. c. un.] non cedere existentibus in servicio Epis-
copi, quòd ea absentibus non dentur: nisi di-
camus, tales non posse dici abesse mandato ca-
pituli, & propter ejus negotia, sed potius Epis-
copi, cui jure permittente non potest contra-
dicere capitulum, ut non mereatur hanc gratiam.
De infirmis agetur infra *r. 6.*

- 13 Q. II. An debeantur expulso à capitulo, aut
in exilium missò? R. Si sine culpa sua hæc pa-
riatur clericus, deberi ei distributiones, quas
alias praesentia sua percepisset, quasi per vim
majorem impeditus divinis interesse, easque
lucrati, ne sine culpa inferatur alicui gravamen.
Facit pro ea parte *c. un. eod. in 6.* ubi rationa-
bilis necessitas facit absenti deberi distributio-
nes, qualis hoc casu. Ex eodem textu idem
dicendum de injustè carcerato, & de eo, qui
vi majore detentus non potuit interesse divi-
nis; habendus enim taliter impeditus quasi
praesens fuisset, ne qui culpa caret in damnum
vocetur. Navarr. *Conf. 11. h. 1.* Covarr. 3. *Var. c. 3.*
nu. 8. vers. Undecimo.

- 14 Q. III. Quid juris in excommunicato? R.
Idem dicendum esse, si injustè sit excommu-
nicatus, ne injuria alterius quis damnum sen-
tiant; quatenus tamen interesse solitus divi-
nis, nam alias nullum damnum sentit. Imo
excommunicatio licet injusta lucrum ei ad-

ferret, quod non est rationis. Justè expulso
carcerato, habet quod impuret sibi, præter
hic, in ejus potestate est, dimissa contentione
mereri absolutionem, in qua quod male
sua culpa attribuat; neque enim ejus fuerit
malitia. Facit *c. Pastoralis 53. in fine & ibi de
de appellat.* ubi proventus Ecclesiastici factus
habetur ei, cui denegatur communicatio Ecclesie
qualis est justè excommunicatus. Covarr. 4.
8. vers. duodecimo.

Distributiones itaque faciendæ præben-
dis tantum, & quantum fieri potest æquitas
quòd in omnibus æqualis est causa, sicut
adfiduitas & frequentia in divino officio
pari onere diligentie meriti par debet
luceri seu commodi compensatio: ut non
at alicujus conditio ideo prævalere quanta-
jorem distributionem, quod habeat præben-
dam; nam ea res non facit etiam
reliquis præstare sua praesentia, cui distributio
debetur. D. Wamel. *conf. 208. nu. 2.* Nihil
implicat inconveniens, si secundum officium
& dignitatem qualitatem constituantur
major portio, quam salvar in æqualitas
ut tradit Glof. in *c. Seamus 15. V. primum
de majoris. & obed.*

Q. IV. An duplici gaudentis officio, vel
Archidiaconus simul & Canonicus, recipiat
distributiones? R. Hoc videtur
And. Abbatem, Felin. in *c. cum omnia
sent. Erc. judic.* & pro iis facere textum
Titia §. qui Marco D. de annuis legat. Ratio
dant, quòd nihil inconveniens sit, illius
dere duplex stipendium, cui est duplex
cium. Atque hanc opinionem vertentem
Covarr. *d. loco nu. 6.* & maxime
consuetudo loci suffragetur. Alias
videtur æquior & probabilior, fundatur
quòd distributio solummodo fiat pro
exercitium in divinis, quòd ut non
tur in eo, qui duplici munere fungitur,
nec duplicari distributionem æquum est
sit eadem, quidni & idem lucrum
ne inter partes onere ponatur imparitas
modi, contra regulam juris. Facit hoc
in *l. Si plures 9. in princ. vers. nam si
de pat.* ubi dicitur esse difficile, ut unus
senter plurium vices & labores, præcipue

personali, de qua agimus, presentia, Vid. Azor. Insti. Morak. tom. 2. lib. 3. c. 11. g. 19. & lib. 7. qu. 12. Wamel. d. Conf. 208. n. 3.

Q. VI. An absentium portiones adcrefcant presentibus? Resp. Seposita consuetudine, tum demum adcrefcere presentibus, quando certa portio in genere assignata distribuenda iis, qui interfuerunt diuinis: tunc enim absentes presentibus partes non faciunt; exemplo hereditatis, aut rei conjunctim relictae testamenti, ad quam quo pauciores concurrunt, tanto major pars singulis debetur. Si vero singulis assignata fuerit portio, nihil adcrefcet presentibus, cum absentes nihilominus partes faciant, quamvis non capiant portionem assignatam, quae apud Ecclesiam remanet, ex cuius patrimonio datur. Covarr. d. c. 13. num. 7. Wamel. Conf. 209. num. b. & Conf. 212. num. 2.

Q. VII. An qui ratione recedentiae, id est fiduciariae & quasi depositariae possessionis, distributiones percepit, postea in possessione victus teneatur ad earum restitutionem? Resp. Non tenent, quod illas receperit ratione personae recedentiae & praesentiae in diuinis officiis, ut victor eas sibi abrogare nequeat, cum praesens non fuerit, nec veniant nomine fructuum beneficii, qui victori debentur. Sic & qui impetrant beneficium certae taxae non imputant has distributiones Oldrad. Conf. 118. Felio. in c. ad aures 13. num. 34. de refer. Covarr. d. c. 13. num. 1. Spectat etiam ad officium Clericorum lectio Horarum Canoniarum, qua de re inf. De celebrat. Missar.

TITULUS V.

De Praebendis & Dignitatibus.

SUMMARIUM.

1. Clerici ex beneficiis alendi.
2. Beneficium quid & in quo differat à Pensione.
3. Praebenda Canonica quid, & Canonici qui.
4. Beneficia alia Sacularia, alia Regularia.
5. Item alia simplicia, alia Duplicita.
6. Alia Electiva, alia Collativa.
7. Beneficia conferunt Clerici, non laici, nisi ex speciali indulto.
8. Praescriptio non prodest laicis.

9. Ne quidem immemorialis.
10. Beneficia qui conferant.
11. Episcopus ante consecrationem an recte conferat.
12. An R. Pontificis in urbe Vicarius?
13. An adiutor Episcopo datus?
14. An existens in possessione conferendi?
15. An sequester?
16. Collatio an recte fiat extra dioecesim?
17. An existens in Rom. Curia recte conferat in Ecclesia sua?
18. Collatio ordinaria quibus modis impediatur.
19. Iure devolutionis quando impediatur collatio.
20. Collatio manet salva ordinario collatori, non sortita effectum facto ejus, cui facta est, vel per casum, &c.
21. Devolutio fit ad superiorem, non contra.
22. Inque iisdem conditionibus, quibus ordinarius tenebatur.
23. Devolutio etiam locum habet, collatione indigno facta.
24. Reservatio quid, & beneficia reservandi ius quibus competat.
25. Reservationes an & qua obtineant.
26. Reservatio corpore juris clausa qua dicatur.
27. Reservationibus an & futura beneficia comprehendantur.
28. Non officium beneficia patronatus laici.
29. Iure praeventiois potior est, qui tempore prior.
30. Licet eodem die collatio facta sit.
31. Et ab uno eodemque unum idemque beneficium fuerit collatum diversis.
32. Beneficia quibus conferenda.
33. An recte conferatur beneficium non habenti animum permanendi in statu Ecclesiastico?
34. Inter plures idoneos conferendum magis idoneo.
35. Collatio facta digno, omisso digniori, tenet.
36. Licet per tertium fuerit impeditus dignior.
37. Fraude ac mendacis impediens tenetur omissio ad restitutionem.
38. An teneatur ad damnum totius beneficii?
39. Idoneus in dubio quis praesumendus?
40. Indigni omnino rejiciendi.
41. Conferens indigno an eo casu privetur iure collationis.
42. Collatio indigno facta an ipso iure nulla?

43. Collatio per iuro facta est nulla.
 44. Irregularitas facit collationem nullam.
 45. Item excommunicatio maior,
 46. Non etiam minor.
 47. Absolutio ab excommunicatione non facit
 conualescere collationem.
 48. Collatio facta suspensio à beneficio irritanda.
 49. Collatio à Pont. facta excommunicato aut
 irregulari an teneat.
 50. Laici inhabiles sunt ad beneficia.
 51. Beneficium an relictis conferatur habenti suf-
 ficiens patrimonium?
 52. Beneficia qualiter conferenda.
 53. Ad valorem collationis an scriptura opus?
 54. Beneficium ad tempus an conferri possit?
 55. Conferenda singula singulis non plurimum.
 56. Pluralitas Beneficiorum, etiam simplicium,
 an damnata iure Decretalium?
 57. Retentio duorum plurimumve beneficiorum sim-
 plicium quatenus consuetudine permittitur.
 58. Veroque sufficienti an alterum vacans ipso iure
 et quae dicantur beneficia incompati-
 bilita primi et secundi generis.
 59. Super pluralitate dispensat Pontifex.
 60. An et Episcopus dispenset?
 61. Ecclesias duas, alteram titulare, alteram
 commendatam habere olim permittitur.
 62. Collationis vis. Beneficia quibus modis vacare
 contingat.
 63. Pont. an possit aliquem privare beneficio citra
 causam?

Officium, quo funguntur Clerici, nomine
 dantur beneficia, cum altari serviens ab
 eo sit alendus, officio & dignitati convenien-
 ter, e. cum secundum 16. h. t. can. Ex his 22. XI.
 q. 1. Turpe enim altaris additum servitio, ab
 eo propter inopiam ad villa avocari. Unde ad
 Ordines nemo admittendus sine titulo, id est
 beneficio, nisi de suo habeat, unde honeste a-
 latur, e. 2. Et c. Tuis 23. h. t. aliam à presentante
 aut ordinante erit ei providendum, donec titu-
 lum sit consecutus, e. 4. Et d. c. 16. h. t. De of-
 ficio Clericorum dictum Tit. prioribus, præ-
 cipiunt proximo: hic de Beneficiis subjicitur,
 Beneficium Seneca, De benef. lib. 1. c. 6. vo-
 cat actionem benevolentiam; alii munus in ali-
 quem collatum. Hoc loco, uti & toto iure
 Canon. est jus perpetuum percipiendi fructus

ex bonis Deo dicatis, ratione spiritualis mili-
 tæri. Dico, perpetuum; quia si temporaria
 foret, & ad nutum revocabile, non erit bene-
 ficium, cujus ordinis sunt ea, quæ man-
 lia dicuntur. Excluditur Penſio, quia non
 obligat ad aliquod ministerium Ecclesiæ,
 cum, e. 4. eod. in 16. ne quidem ad Horas Cano-
 nicas; nisi quod Pius V. ad Horas D. Virginis
 pensionarios obligaverit, sub poena amissi-
 nis fructuum pensionis. Hoc beneficium
 veteribus dictum Sacerdotium, ut patet in
 L. 1. D. de ambitu, & aliis, quæ tamen possent re-
 deri potius munus & dignitatem denotare,
 quàm proventum.

Inscriptio hujus Rubr. quoad priorem ap-
 tem, est de præbendis; nomine Præbendæ accip-
 to pro ipso iure percipiendi redditus, ut in
 nigro conveniat, atque ita idem sit cum bene-
 ficio, cum aliis verbis istius propria significatio
 denotet fructuum perceptionem. Dicitur enim
 Præbendæ, quod Clericis sua portio tribuitur,
 distincta à Canonici: quo vocabulo designatur
 jus ipsam, quod sequitur jus habendi locum
 Choro ibi dicendi & peragendi officia divina,
 quod etiam constituit sine perceptione illius
 fructuum, Gl. in c. 9. v. receperunt sup. de consuet.
 Potest enim esse Canonicus sine præbendâ,
 quæ tamen proximè vacans debetur adtemp-
 to in Canonico, e. Relatum 9. h. t. Gl. in c. 1. inf.
 de concess. præb. ut e contra datur præbendâ
 Canonici, ut videre est in c. pen. inf. de Magist.
 Hinc dicitur Canonicus præbendarius, cui
 est & Canonici & præbendæ; qualem à Canone
 quem ex arario Ecclesiæ accipit, ita dictum
 aliqui volunt, Rectius Ivo Epist. 95. ex eo di-
 ctum vult, quod Canonice regulas antea
 cæteris observare astringatur. Quo modo
 Canonici dicuntur Regulares, quæ duo verba
 idem denotant, nisi quod illud Græcè,
 hoc Latine: distinctionis tamen gratia hoc
 nomine veniunt ii, qui communem vitam
 agunt, e. s. sup. de relig. domib. illi vero qui
 seorsum & libere vivunt, dicti sæculares Can-
 nici.

Hinc dividuntur Beneficia, Primò in Sæ-
 cularia, quæ debentur Clericis sæcularibus,
 & Regularia, quæ iis conferenda, qui
 tiori regulæ sunt obstricti, regularibus
 scilicet, non etiam sæcularibus Clericis, ut quæ-

dem ex mandato Apostolico, nisi hoc expressè caveatur in literis, e. 5. eod. in 6.

Secundò, Alia sunt Simplicia, quæ nullam habent adjunctam qualitatē, sed tantum divinum officium, ut Canoniciatus, Capellania; alia Duplicita, sive Majora, quibus aliqua adest qualitas, sive præeminentia, veluti dignitas, jurisdictione, cura animarum: quosura aliqua habent dignitatem cum jurisdictione, unde altera Rubric. pars est de Dignitatibus, uti Episcopatus, Abbatia, Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, alia neutram, sed tantum gradum aliquem honorificum, quo cæteris præstant, ut Personatus, officium Cantoris, Thesaurarii, vel curam tantum animarum, ut Parochia.

III. Alia sunt Electiva, ad quæ pervenitur per electionem, de qua supra lib. I. alia collativa, quæ per collationem acquiruntur, cujus generis sunt ista, quibus non adjuncta dignitas; eamque vel liberam, quorum collator non est adstrictus alicui nominationi aut præsentationi, sed vacantia pro lubitu conferre potest; vel non liberam, quæ faciendæ personæ per patronum præsentatur, de qua *inf. de jure patron.* aut nominatur à Principibus aut Universitatibus, quibus id privilegii specialiter est indultum à Sede. Dividuntur beneficia & in Perpetua, quæ adimnequeunt, nisi certis de causis, de quibus suo loco, & Manualia; verum hæc propriè beneficia non sunt, cum ad autum amoveantur.

De modo, quo per collationem, eamque liberam jus quaeritur ad beneficia, hoc Tit. agit. * Est ea spiritualis, ut tantum penes Clericos sit conferendi potestas, in laicam autem personam non cadat, e. 2. *sup. de judic.* cui spiritualia tractare non licet, e. 7. *de prescript.* nisi ex speciali indulto Pontificis, quo aliquibus Principibus id jus concessum invenitur, e. *dilectus* 34. b. r. ut Regi Gallie qui beneficia vacantia in Ecclesia Pastore destituta confert, exceptis Patochialibus. P. r. Greg. *Synag. juris universi* lib. 17. e. 7. num. 19. Azor. *Instit. Moral.* p. 2. lib. 6. e. 25. q. 19. Donationem beneficiorum competiisse Comitibus Flandriae legitur in e. *Dilectus* 40. *sup. de testib.* e. ult. *inf. de concess. præb.* nisi donationem ibi accipiamus pro præsentatione, quod est verisimile,

Præscriptio hæc in re laicis non prodicit, 8 saltem 30. aut 40. annorum, quia obstat jus commune, contra quod sine titulo non præscribitur, ut dictum supra, *ad tit. De prescript.*

Sed quaeritur, an profitus ea, quæ immemorialis? Resp. Ita videri, cum tale tempus sit loco tituli legitime constituti & privilegii faciaturque impræscriptibilia præscribi, l. *Hoc jure* §. *ductus* D. *de aqua quotid.* c. 1. *de prescript.* in 6. Negare tamen aliquos eam vim esse tali tempori, quod laicus incapax omnino istius juris non nisi ex privilegio id conferre possit, quod licet tale tempus videatur ponere, non tamen verè ponit.

Inter Clericos plena dispositio beneficiorum est penes Rom. Pontificem, e. 2. *eod. in 6.* propter summam ejus in Ecclesia potestatem, e. 2. b. r. *can. Cuncta per mundum* IX. q. 3. Azor. d. e. 25. q. 1. e. c. 26. q. 1. Eadem potestas est Legatis à latere in provinciis suæ legationis, ut dictum *sup. tit. de off. Legati*, & expressum in c. *Si à sede* 31. *eod. in 6.* Legatis missis non eadem est potestas, nisi specialiter indulta, e. 1. *de officio leg.* in 6. aut nisi his eadem potestas sit commissa, quæ est Legatis à latere, ut si mittantur cum potestate Legati de latere. Legatis natis hæc potestas est, non jure legationis, sed ordinario, ratione Episcopatus aut Archiepiscopatus. Quo modo Episcopis & Archiepiscopis competit licentia conferendi beneficia, quod eis sit commissum disponere Ecclesias, earumque res, *can. Decretum cum seqq.* X. q. 1. & hoc tenet Abbas in e. *cum olim* 14. num. 32. *sup. De majori.* e. *obediens*. Vid. Azor. d. e. 25. q. 6. Cui rei consuetudine est derogatum, quæ vel Episcopus cum consensu aut consilio Capituli confert, vel Capitulum etiam solum, quo in sensu accipiendus textus in c. 4. *inf. De concess. præb.* vel etiam Abbates, 10 aliive inferiores, quibus ex privilegio hoc indultum, e. 4. *inf. de Instit.* In collegiatis Ecclesiis spectare ad Capitulum collatio videtur faciendæ per Prælatum de consensu Capituli, nisi ipse præscripserit, e. *Ea noscitur* 6. *inf. de his qua sunt à Pralato*, e. c. quæ præscriptio nihil potest dici mali moris involvere; nisi moris sit, ut delegetur vicarius, aut secundum turnum, ut vocant, singuli per ordinem conferant ut insinuare videtur, c. *fin. eod. in 6.* vel

vel etiam habeant certas septimanas vel menses, quibus vacantes conferant præbendas. Et hoc ad vitandam dissensionem, quæ obvia est ubi inter multos agitur. Cardinalibus in Ecclesiis suorum titularum jus est conferendi beneficia. Felia. in c. His qua sup. de majorit. & obed. quod in iis habeant quasi Episcopalem auctoritatem.

11 Q. An Episcopus possit conferre beneficia ante consecrationem? Resp. Potestatem ea conferendi esse jurisdictionis, quæ per confirmationem accedit, c. Transmissam 13. sup. de elect. tunc ut possit omnia, quæ sunt jurisdictionis, etiam si necdum sit consecratus Azor. d. loco quo. Garl. de Benef. p. 5. cap. 4. §. 3. in princ.

Capitulum an Sede vacante beneficia conferat, dicitur infra Tit. 9. Ne sede vacante, &c. Vicarium generalem Episcopi non posse conferre beneficia, nisi specialiter id illi sit concessum, habet c. fin. De off. Vicarii in 6. de quo Garl. d. p. 5. c. 8. n. 11.

12 Quid in Rom. Pontificis Vicario in Urbe? R. Videri nec talem etiam Cardinalem nomine sui officii posse conferre beneficia, cum nihil plus juris inveniat quoad hanc rem tributum tali Vicario, quam aliorum Episcoporum, qui ut non conferunt, nisi ex speciali concessione, uti jam dictum per d. c. fin. ita nec hic dicendus aliàs posse conferre. Azor. d. c. 25. qu. 4. post Rebuff. in Praxi Benef. in forma Vicarii Archiepiscopi n. 64.

13 Q. II. An adjutor Episcopo datus conferat beneficia? Resp. Datum Episcopo propter senium, habenti tamen sensus integros, non habere licentiam conferendi, sed eam penes Episcopum remanere, qui jure isto non est privandus: datum vero amentis conferre posse sine ulla Episcopi injuria, & magno Ecclesie commodo. Quo facit, quod & tutor infantis & curator amentis præsentat Clericum ad beneficium. Ubi nihil obstat, quod ea res spectet ad alienationem, non concessam ei, cui est administratio commissa, c. is cui 41. de elect. in 6. nam hoc verum in alienatione voluntaria, non etiam ea, quæ est necessaria uti hæc, ne diu Ecclesia vacet ministro. Azor. d. loco qu. 15.

14 Q. III. An existens in possessione conferendi validè conferat? Resp. Ita dicendum esse, quamdiu est bonæ fidei, cum possessio

ista det tantum juris, quantum jus proprietatis. Facit, quod collatio spectet ad fructus, quod dunt possessori, nec consumpti restituuntur, præcipuè si non sit factus locupletior possessori hoc in casu. Facit eodem textus in c. Collationis. de jure patron. Ubi nominatus possessore non ideo jure suo cadit, quod possidat jus illud postea evincatur per sententiam, ut ibidem dicitur. Vid. Garl. d. p. 5. c. 5. in prin.

Q. IV. An conferat sequester? Resp. Vicarium videri negantium opinionem, quod res inter fructus computetur, Gl. in c. comend. de major. & obed. quos colligit quidem sequester, non tamen sibi, sed victori eos referat. Clem. 1. de sequest. Conferendo autem distinet potius, cum hoc ipso fructus talis commatur, & nihil reliquum ipsi victori restat restituendum. Et ita tenet Abbas in c. Exonerata sup. de judic. Facit, quod sequester non possideat, cum sciat se rem alienam habere. Nec facit, quod d. Clem. 1. ei concedatur administrationem, non tamen eorum, quibus ministrando consumere oportet & elidetur, ut est collatio. Nihil etiam facit quod possit obici, detrimentum Ecclesie cedere distinet collationis; nam ei rei providere, si tempus non fiat, Episcopo, non etiam sequestro incumbit. Vid. Azor. d. c. 25. qu. 17. & Garl. d. 5. c. 6.

Q. V. An collatio rectè fiat extra territorium? Resp. Ea, quæ cognoscitur causæ requirent, quia sunt contentiosæ jurisdictionis, non debent extra territorium expediri, quod ad unum opus sit jurisdictione, qua quis caret extra suum territorium, l. fin. D. de variis. Error, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, non alibi perfici, cum non requirant illam cognitionem, l. 2. D. de off. Procons. cuius ordinem collatio beneficiorum: ut extra territorium ea validè fiat, sine strepitu & turbatione alienæ jurisdictionis, Gl. fin. in c. Novit. sup. de Legati; Covarr. 3. Var. Resolut. 20. num. 3. & plures allegat idem adferentes, Azor. d. loco qu. 12.

Q. VI. An existens in Romana Curia vacantia in Ecclesiis suis conferat? Resp. Ita aliquibus videri. Gomez. in Reg. Dico. judicando c. c. qu. 3. ex ratione, quod licet sit jurisdictionis voluntariæ, quæ, uti dictum

extra diocesim etiam exercetur. Verum praxis hoc æquum admittit; non planè juri dissona, quo minoris apud majorem cessat jurisdictione. *De off. Proconsul.* ubi Proconsul imperium deponit, statim ubi urbem ingressus est. Sic & monis est Episcopis, ut validè conferant beneficia vacantia in sua Ecclesia Curiam exire solita. Ubi nihil facit, quod sit voluntaria jurisdictionis, nam nec ea in urbe exercetur per l. 2. d. d. *tit. quæ demum dat voluntariam jurisdictionem Legato*, ubi urbem est egressus.

18 Hæc ita, quatenus illi, ad quem collatio spectat, non est impedimentum positum per excommunicationem, aut simile vitium, quod contraxit; nam hoc faceret collationem nullam, secundum ea, quæ dicta sunt supra. *De elect.* Præter quæ vitia contingit conferendi facultatem inferioribus competentem & aliis modis impediri, præcipue tribus.

19 Primò, per jus Devolutionis, quando ordinarius collator tempus, intra quod facienda collatio, patitur sibi labi per negligentiam; quod est trium mensium in electione Episcopi & Prælati Regularis, sex mensium in aliis, uti dictum sup. *De suppl. neglig. Prælat.* Quo casu jus conferendi cedit proximo superiori & ab eo; si negligentiam admiserit, transit ulterius ad remotiorem. *Ne pro defectu 41 sup. de elect.* Quod ita inductum, ne Ecclesiæ vel beneficii diutius æquo vacent, non sine detrimento Ecclesiæ, c. 6. *De elect. in 6.* Tempus hoc currere demum à die scientiæ vacationis dictum est supra *De suppl. neglig. Prælat.* ubi etiam dictum, moram purgari non posse, sed tempore lapsò continuo superiori jus esse acquisitum, ut collatio postea ab inferiore facta sit invalida, ut pote facta à non habente jus.

20 Ubi queri possit; Quid juris, si collatio non sit sortita suum exitum, non tam factò conferentis, quam ejus, cui collatio facta, aut per casum vitiumve occultum? Resp. Esse salvam collationem ei, cui de jure ordinario aut speciali competit, cum nihil ei sit imputandum, qui officio suo tempore & debite est functus, ut non sit puniendus. c. 2. *inf. De concess. præb.* & ita rescriptum simili in casu electionis, c. si electio 26. *De elect. in 6.* concessio postea iterato spatio, quod de jure præscriptum; ut idem

& hic sit dandum, ex eadem ratione. *Azor d. lib. 6. c. 17. qu. 7.*

Fit hæc devolutio ad immediatum Superiorem, c. 2. *inf. d. tit. de concess. præb.* In exemplis fit ad Papam, non ad Episcopum, qui non est superior exemptorum, c. cum singula 21. §. 1. *cod. in 6.* A superiore ad inferiorem nequam fit devolutio, quia non est inferioris corrigere negligentiam superioris, cum hoc nulli jura admittant, Cui non obstat, quod Episcopo negligente fiat devolutio ad Capitulum d. c. 2. nam hoc tantum propter Communionem, quæ est inter Capitulum & Episcopum. Non obstat etiam, quod nisi Pont. reservata contulerit intra tres menses, ordinario licitum sit ea conferre, nam hoc, secundum Concordata Germanicæ nationis, non tam propriè vi devolutionis, quamvis verbo isto utantur concordata, quam relaxationis ipsius reservationis, de qua in illis agitur, cum hæc vitio verba improprietur, ubi natura actus id postulat, ut conveniant materiæ subjectæ. D. Wamels. *Conf. 247. num. 24.* Facit eo c. 3. *cod. in 6.* ubi intra mensem non collata permittitur ordinariis vacantia in Curia conferre.

22 Quid teneatur Superior, ad quem facta devolutio, iisdem conditionibus, quibus tenebatur Ordinarius? Resp. Omnino, cum res transeat eum suo onere, & qualitate, l. Alienatio 67. *D. de contrah. empr.* & subrogatura sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, atque in locum alterius succedens utatur eodem jure, c. Is qui d. R. l. in 6. Quo modo si beneficium erat conferendum sæculari, licet devolutio sit facta ad regularem, conferendum nihilominus sæculari. Item in beneficio alicui ex certa familia conferendo ille committi per superiorem non potest, *Clem. 1. de suppl. neglig. Prælat.* Wamels, *Conf. 259. num. 9.* *Azor. d. c. 27. qu. 8.*

Facit & collatio indigno scienter facta ad proximum superiorem devolvi jus conferendi, c. cum in cunctis §. fin. *sup. de elect.* Excepta electione ad Cathedralē de indigno, aut contra formam Concilii generalis, quæ devolvitur ad Pontificem, c. 18. *De elect. in 6.* quæ de re actum sup. *De suppl. neglig. Prælat.*

24 Secundò, Jure Reservationis, quæ est alius beneficii Ecclesiastici vacaturi per habentem

benem ad id potestatem ad se facta avocatio. Cujus effectus est, ordinarii collatoris manus ita ligare, ut collatio ab eo fieri nequeat & facta non teneat, *c. eod. in o. Extravag. ad Roman. u. l. b. 2.* Reservandi beneficia licentiam habere Pontificem, dubitare nefas, pro summa ejus in Ecclesiam auctoritate, Est & ea permilla Legatis non tam libera, ut dictum supra, *ad tit. de off. Legati.* Reservat Pont. vel specialiter, quando certam Ecclesiam beneficiumve aut dignitatem sibi suaeque dispositioni retinet, aut jubet certae personae de beneficio, ubi vacaverit, provideri, quod tamen possit videri potius ad festum, de quo infra Tit. 8. vel generaliter, quam vocant generalem reservationem, qua plura beneficia ejusdem generis sibi Pontifex reservat, veluti Ecclesias Metropolitanas, Cathedralis, Abbatis, Cujusmodi sunt omnia beneficia in Curia vacantia, vel in loco Curiae vicino, qualis est, qui ab eo duas dioceses legales non distat; quae singulae viginti miliaria continent, *l. 1. Si quis cantionib. &c.* idq; per mortem ejus, qui ad Curiam veniens, ibi vel in loco vicino moritur, *c. Praesenti 37. eod. Gasias latè de benef. p. 7. c. 1. §. 1. n. 6.* Ejus etiam ordinis sunt beneficia habentia curam animarum vacantia per acceptionem secundum similes beneficium, citra dispensationem *Extravag. Exsecrabilis h. r.* Eodem spectant reservationes, de quibus *Extravag. ad regimen d. 2.* & reservationes introductae per Regulas Cancellariae.

25 Verum quaeritur, An etiamnum obtineant istae reservationes? Resp. Dubitandi causam movet ex Conc. Basileensi *Sess. 23.* quod omnes reservationes, ut Ecclesiae onerosas, sive generales, sive speciales, sustulit, sive induciae essent per dictas Extravagantes, sive per Regulas Cancellariae, aut alias Apostolicas Constitutiones; iis exceptis, quae conclusae continentur corpore Juris. Verum dicendum, obtinere tam generales quam speciales: nihil obstante decreto Conc. Basileensis, quod quidem in Gallia receptum, non etiam Ecclesiae universalis auctoritate confirmatum, *Gas. d. loco §. 2. in fine.* Ut dubitandum non sit, Rom. Pontifici reservandi beneficia facultatem non esse sublatam, cum amplissimam habeat de beneficiis statuendi potestatem *c. 2. eod. in 6.* quam ei Concilium adimere aut diminue-

re nequit, *can. Cuncta IX. q. 3.* cum non tam subjectus Concilio quam potius supra illud tiam universale, ut probatum supra, *tit. de constitutionib. n. 7.*

Ubi se offert quaestio, Quae dicatur reservatio corpore Juris clausa? R. Doctores Galliae nationis eam habere juris corpore clausam, quae continetur Decreto, Decretalibus Gregorii IX. Sexto & Clem. non etiam Extravagantibus aut Regulis Cancellariae, per *d. Conc. de sed. verum est, etiam his contentas censent clausas corpore Juris, cum ei sint insertae, & ut dicitur non essent, Pontifici tamen non sit ligatus manus, ut nec potuit ligari per Concilium, ut sit supra illud, ut jam dictum. Vid. Anz. *de Moral. p. 2. lib. 6. c. 30. qu. 4.**

Esse plures reservationes corpore Juris clausas, patet ex dicto Conc. Basileensi, quod habet in plurali, *exceptis reservationibus corpore Juris clausis.* Sunt & reservata Sedi Apostolicae beneficia certis anni mensibus vacantibus obitum possessorum, non in Curia, aut prope eam. Et hodie plerisque in locis istis mensibus eidem Sedi reservati, aliis Ordinariis conciliis *Extravag. de irreg. c. par. l. 1. c. 1. Februario, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, Decembris:* in aliquibus etiam conciliis pluribus mensibus. Confert autem ea Pontifex, quos quoque vacaverint modo, nisi vacent per reservationem aut cessum, sunt etiam reservata beneficia Sedi, quae hoc ipso vacant, quod per reservationem accepta, ex constitutionibus *IV. incip. Romanum Pont. & Pii V. incip. Insuperabilis:* item vacantia propter haereticos, *Con. ex Apostolatus.* Item instantia ad Episcopos, si vacent vacante Sede, ex constitutione *V. incip. Sanctissimus.* & habentia curam animarum ad Episcopos spectantia, si sint collata non servata forma Conc. Tridentinae, *praeferuntur d. 24. c. 18. de reform.* idque ex Constitutione *episcopos Pii V. incip. de conferendis.* Statuit & Gregorius XIII. beneficia collata Clericis prohibentur propter generis originem, aut haereticos, nisi fide Apostolicam, nullius esse momenti, & instantia ad provisionem Rom. Pontificis, *Con. incip. Ecclesias.* Vid. plenius ista tractata *Azor. d. c. 26. qq. 11. & 12.*

Q. An reservationes, sive per Constitutiones Apostolicas, sive per Regulas Cancellariae

etiam comprehendant futura beneficia, an tantum de præfenti existentia? R. Posterius videtur posse, quod tamen non existentium nullam partem, Facit, quod servitus nequeat imponi prædio, quod necdum est. Facit eodem Clem. in de rescript. Ubi mandatum de conferendo alicui beneficii extenditur ad beneficia postea creata. Dicendum tamen, istas reservationes etiam ad instituta postea beneficia spectare, quod generatim lata etiam ad futura pertineant, si aliud non exprimat. Sunt autem istæ reservationes jure factæ & generaliter loquuntur Azor. d. loco qu. 13. Garf. De Benef. p. 1. c. 1. §. 11. n. 519.

28 Denique quaeritur, An istæ reservationes afficiant beneficia obnoxia patronatui laico? R. Minime, si aliud non exprimat: neque enim solet Pontifex juri patronatus laici facile derogare, ut dicitur infra, tit. de jure patron. Quod & dicendum, si partim fuerit patronatus laicus, partim Ecclesiasticus, quia laico non est minus jus propter adjunctum Clericum, quod illi non diminuendum. Vid. Cov. Pract. qq. cap. 5. n. 1. Garf. d. c. 1. §. 11. c. 12.

29 Tertio, jure Præventionis, quo prior tempore est potior. Utitur eo summus Pontifex, qui cum inferioribus communicavit quidem conferendi jus; sibi tamen eam non ademit licentiam, cap. dudum eod. in 6. Quo casu si concurrat collatio ordinarii cum ea, quæ facta à R. P. vel alio, cui id juris, ea potior erit, quæ tempore prior.

30 Quid si eodem die utraque collatio sit facta? R. Nihilominus, si de prioritate constet, potior esse eum, qui prior est: si non constet, potior fore eum, qui est in possessione: si neuter sit in possessione, illum præferendum, cui à majore est collarum beneficium, c. Si de j. de 31. cap. in 6. Ratio est in ampliori prærogativa conferentis: Glan. cap. 1. v. ampliori de officio Legati in 6. Vid. Menoch. 2. arbitry casu 48.

31 Si ab uno & eodem contingat diversis beneficiis unum & idem conferri, is potior erit, cui primum collatio facta. Non obstante, quod alter sit primo adeptus possessionem, qui collatio saltem quoad conferentem continuè jus acquiritur, quod aufertur non debet per variationem, quæ in personis Ecclesiasticis improbat, Clem. 1. de renuntiati. non at-

teris traditis in l. Quoties C. de rei vindic. quæ in profanis quidem rebus obtineat, non etiam in spiritualibus; ex dicta ratione, quia continuè jus quaeritur, si tamen collatio fuerit valida: cap. illud, cap. suggestum inf. de jure patron. Solet etiam Pont. impedire ordinarij per mandatum providendo alicui, de quo infra Tit. 8.

Conferenda beneficia, secundum divinam beneplacium & Ecclesiæ intentionem, idoneis, qui præstantes morum gravitate & litterarum scientia velint & possint præesse: & prodesse Ecclesiæ: cap. 7. sup. de elect. Extravag. ad regimen hoc tit. cum frustra quis appetat mercedem pro munere, quod vel nolit vel non possit exercere. Quo modo non conferenda a laicis d. sciratis, ut ait Rebuff. in Concord. de collat. in præfat. circa med. Quamvis pro dolor non sit infrequens hoc in genere rosas ante porcos projici, & iis, quibus anima est pro sale, pinguiora beneficia conferri, prava adfectione vincente rationem & æquitatem.

Præter mores & scientiam, adsit justa ætas ut pueris non sint conferenda, cap. super 35. hoc tit. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 6. de reform. non alius quàm XIV. annis majoribus, & prima consuetudo, quæ est janua ad beneficia, initiatis conferri voluit. Ut excludantur laici, quibus non tractanda spiritualia; mulieres, quæ consuetudine incapaces, secundum dicta superius tit. De temporib. ordin. De hermaphrodito quid sentiendum, colligi potest ex traditis supra tit. de corpore vitiat; ubi dictum, licet sexu virili prævaleat, indecens tamen esse eum ordinari; ut, cessante fine, beneficium illi non sit dandum. A sunt & alia requisita, ut Ordo, si officium requirat. Ubi tamen satis erit, promovendus sit in ea ætate, ut ad Ordinem promoveri possit, c. Si cui 29. eod. in 6. aliàs collatio erit nulla. Promotus ad regimen parochialis Ecclesiæ, non adsumpto Ordine intra annum, cessante legitimo impedimento, hoc ipso privatus, exiit Ecclesiæ sibi commissa, adeo ut iterato idem conferri nequeat. c. Licet 14. De elect. in 6. c. Commissa 35. eod. Imo recipiens talem Ecclesiam, sine intentione promotionis ad Sacerdotium, sed tantum animo recipiendi fructus ejus anni, ad restitutionem fructuum dicitur teneri,



nisi mutata voluntate promotus fuerit, quia intentio non est sortita suum effectum, ut non obicit *d. c. 35*. Vid. Azor. *p. 2. lib. 6. c. 6. qu. 2. deinceps*. Qui alias dignitates aut praebedas, quibus adnexi sunt certi Ordines, pacifice obtinent, si intra annum se promoveri non fecerint, carent voce in Capitulo, & mutantur dimidia distributionum parte, *Clem. 2. De arate & qualia. ordin.* Si requirant certam qualitatem ab initio, veluti gradum Licentiae aut Doctoratus, illa tempore collationis adire oportet, ut collatio teneat; cum qualitas, qua est adfecta praebedas, ideo ab initio requiratur, ut continuo quis munus obire possit, in cuius defectum, tanquam deficiente conditione, collatio est nulla.

33 Q. An recte conferatur illi, qui non habet animum manendi in statu Ecclesiastico? R. Non recte conferri, & peccare scienter tali conferentem, uti & acceptantem, propter Ecclesiae intentionem, qua perpetuum optat habere ministrum. Veniale esse, non est dubium, propter ordinis perversionem. Mortale esse non pauci volunt; ad fructum tamen restitutionem talem non teneri probabile est, saltem quoad beneficium simplex de quo agimus, modo officium impleverit. Ne obicit *d. c. 35*, quod loquitur de accipiente parochialem Ecclesiam circa animum adsumendi Ordinem adnexum; quia cum poenam contineat, non est extendendum extra suum casum. Accipiens beneficium, cum intentione conditionali deferendi illud, si felicitus aliquid contigerit, non videtur obnoxius saltem peccato mortali, propterea quod conditio non faciat, quo minus subsit intentio permanendi in Ecclesia, & Canones non auferant licentiam recedendi à statu Ecclesiastico, *c. 5. sup. tit. 3*. Accipere beneficium circa animum suscipiendi Ordines non adnexos, extra peccatum est, cum nullo jure ad eos promotus teneatur. Navar. in *Summa c. 25. n. 118*. Gutierrez. 2. *Canon. Quasi. c. 5. n. 25. Less. de iust. & jure lib. 2. c. 34. Dubit. 26.*

34 Inter plures idoneos, magis idoneo conferenda, cum dicat Innoc. in *c. 1. inf. tit. 12. Vi Eccles. beneficia sine dimin. confer.* non adfectu carnali, sed discreto iudicio officium Ecclesiasticum & beneficium in persona magis idonea dispensandum esse: & Trid. *Sess. 23. c. 1. de reform.* velit illi collationem fieri, qui ceteris

magis est idoneus, sine exceptione personarum nec habitatione cognationis, nobilitatis, cum, ut ait Georg. *c. penult. h. t.* non generis, sed virtutum nobilitas, vitaeque honestas gratia Deo & idoneum faciat servioem. Si tamen cum nobilitate, cognatione merita comparantur, nihil vitii est nobilem ignobili, cognatum cetero praeferre. Imo & saepe necesse est, nobis potentes plebeis doctioribus praeferre, ubi in Ecclesia potentioris defensione indiget. *Athanas. c. Constitutis 46. n. 17. sup. de appellat.* Non tamen attendendum externus sit, an internus, nam dignior huic praefendus. Caret tamen reprehensione, si hic illi praeferatur, quod cum majori animi caritate costringat cum deferatur, id ipsum exigit idioma. Vide dicta *sup. tit. de lect. nu. 44. Gomez. ad Reg. Cancell. de idoneis qu. 1. Carl. de Benef. p. 7. c. 9.*

Ut autem digniori sint beneficia conferenda, digno tamen facta collatio tenet: ut conferens nec teneatur Ecclesiae; cui dignum debet ministrum, quae si digniorem intendat habere, non tamen respicit dignum; nec praefertur, cui nihil juris erat ad beneficium: ut etiam non teneatur, cui collatum beneficium quoad eo nulla illata injuria praeterito, qui tamen consensit conferentibus sibi beneficium, secundum dicta supra, *ad tit. de elect. ubi hoc dicitur latius. Vid. Grad. p. 7. c. 16. & seqq.* Non collatum circa peccatum grave, & quidem mortale per acceptationem personarum digniore confesso, conferre digno, *can. Licet VIII. q. 1. & sequenti* patet ex Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform.* Et hoc proximè in beneficiis habentibus curam tantum, nam in alijs non videtur tam grave, digno conferre, digniore omisso, cum non veretur idem praesudicium. *Carl. ibid. num. 1. & 2. Less. d. c. 34. Dub. 14.*

Quid si per tertium impediatur digniori consequendo beneficio? R. Hanc quaestionem non habere dubitationem in casu, quo quovis nimo quidem nocendi, non tamen fraudem mendacis impedit: nam licet peccet, propter odium, non tamen tenetur ad restitutionem, quod necdum alteri aliquid iuris fecerit ad beneficium. Consistit enim ratio restitutionis in jure quaesito ablato per injuriam, non etiam nocendi intentione injusta, ut rectè tradit Navar. in *Manuali c. 17. num. 69.*

facit, quod collator non conferendo alicui digno, non teneatur ei ad restitutionem, ex eo, quod ex iustitia illi non sit debitum beneficium. Covarr. ad c. Peccatum p. 2. §. 7. num. 8. Pet. à Navarra De rebus. lib. 3. c. 5. nu. 8. Et 9. etiam ex animo malo, qui licet peccatum ponat, injuriam tamen non ponit. Verum huic obijciunt textus in l. 1. §. denique Et in l. 2. §. idem L. ab eo D. De aqua Et aqua pluvia arc. ubi vicinus fodiendo in suo uti suo jure poterat, neque ad damnum vicino tenetur, modo malo animo non fecerit; ut, si malo animo fecerit, dicendus sit teneri, argumento ducto à contrario sensu. Respondet Navar. a. loco num. 7. illud quidem argumentum esse validum in jure, l. 1. D. De off. ejus cui mand. est jurisd. sed non procedere quoad ea, in quibus contrarium reperitur cautum. Cujus responsio verissima est, verum non reperitur hac in materia contrarium statutum. Ut dicendum sit, quod & ipse Navarrus ibi sentit, leges citatas, & similes, non tam fundari in malo animo, qui iudici non est cognitus, quam in exteriori actione injuriosa dolose & injuste intentata, in damnum proximi, non cavillata per ullam utilitatem aut necessitatem agentis.

37 Quid verò si fraude ac mendaciis quis impediatur aliquem? R. Covar. d. §. 7. nu. 8. velle, talem teneri ad restitutionem, & quidem ipsi omisso, cui per fraudem istam damnum contigit. Cujus dictum optime procedet, si jus quaesitum fuerit, aut spes talis quæ citra calumpniam istum suum fuisset sortita effectum; nam alias, cum nullum sit jus ad beneficium, posset videri nulla facta injuria, impediendo id, quod necdum competit. Receptam tamen, impediendam teneri; ratione fraudis & mendacii, per quæ avertit collator rem à conferendo alicui, & spem alteri invertit: quæ est considerabilis, ut ablatio per fraudem & mendacia injuriam ponat, & damnum, cujus restitutioni redditur obnoxius illud causans. Navar. d. loco.

38 Ubi alia quaestio est, An teneatur ad damnum totius beneficii? R. Si nullo alio modo eatur impedienda collatio, quam per factum urentis fraude & mendaciis, illum in totum teneri; cum non sit minor ista spes, quam res ipsa. Habere enim jus ad centum, non est minus

quam habere centum, juxta Reg. Qui actionem habet ad rem, is rem habere videtur, l. 1. qui 25. D. De R. I. Ut jus impediens & auferens, centum auferre videatur. Si verò spes illa alia via impediti poterat, non posse in solidum teneri impediens, sed tantum arbitrio boni viri id relinquendum, qui inspiciat, quanti spes fuerit, & ponderet circumstantias, an probabilem ponant expectativam, & secundum eam damnet reum. Covar. d. §. 7. in fine, Navarra d. c. 5. nu. 25. Et nu. 30.

Dignis itaque & idoneis conferenda beneficia. Ubi quaeritur, An quis in dubio praesumatur idoneus? R. Hoc velle Reg. quæ habet, quod quis praesumatur bonus, qui non probatur malus. Veritas tamen qualitates requisitas esse probandas: neque enim qualitas à lege requisita praesumitur adesse, sed probanda, cum frustra aliàs lex eam requireret. Procedit autem supra dicta Reg. quoad ea, quæ sunt intrinseca, ut bonum esse; non etiam quoad extrinseca, ut valere morum probitate, scientiâ, habere ætatem debitam, Gl. in c. Si forte 11. v. scientia De elect. in 6. Alciar. De presump. reg. 3.

Indigni omnino sunt rejiciendi; quales sunt, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur. Culpabilis hac in re inventus collator, utpote secutus carnalitate affectum [ut non raro hoc corrupto saeculo, quo carni & sanguini & pessimo affectui ductus rationis cedit] post primam & secundam correptionem à beneficii conferendis est suspendendus per Concilium, nec absolvendus nisi à R. Pont. aut suo Patriarcha, c. Grave 29. b. 1. Vid. Covar. 1. Var. Resol. c. 5. n. 4. ubi Uffel.

Q. An talis collator privetur eo casu jure collationis? R. Aliquos velle, non privati, quod in c. Cunctis 7. §. fin. sup. De elect. ea poena irrogetur eligentibus indignum: quod & confirmat c. Quamquam de elect. in 6. Ut non debeat extendi ad hunc casum, non comprehensum dictis capp. ne sine textu poena inferatur. Probabilis tamen privati. Abbas in d. c. 29. nu. 11. Et d. §. fin. nu. 4. ex eadem ratione, ut nimirum Ecclesia per idoneos administreretur, non etiam per indignos, per quos omnia mala Ecclesie provenerunt, & proveniunt.

Quod si non inveniatur dignus, indigno videtur posse conferri, ad evitanda majora mala, ne scilicet haeretici invadant Ecclesias, earumque bona dissipent, pro more suo. Teneatur autem talis se dignum reddere, & officium praestare pro viribus.

42 Item quaesitum, An indigno facta collatio sit ipso jure nulla? R. Id negare aliquos, ex eo, quod poena irrationis tantum habeat locum in iis, qui scientes indignum eligunt, ut traditur sup. *De elect. nu. 33.* collationi autem beneficiorum non esse eam poenam statutam, nec induendam sine textu. Probabilis tamen, esse nullam, si talis sit defectus in proviso, qui muneri reddat inhabilem. Est enim beneficium datum propter officium, ut hoc cessante, & illud cessare debeat, argumento eorum, quae habeatur in *d. 7. sup. De elect. Abbas d. loc. 13.*

43 Perjuro collationem factam esse irritam omnino, plerique volunt, quos citat Covarr. *De pallis p. 4. §. 7. nu.* propterea quod infamibus poena non pateat dignitatum; quod ipse recte interpretatur, quando infamia est notoria. Vid. *Garl. De Benef. p. 7. c. 8. nu. 38. & seqq.*

44 Irregularitas superveniens etsi non faciat quem ipso facto privati beneficio, ut dicitur infra *De homicid.* praecedens tamen ponit inhabilem, & facit nullam collationem, cum detur beneficium propter officium à cuius executione irregularis est seclusus. Deinde cum subsequens faciat privati honore & loco, *c. Clerici inf. N. Clerici vel Monachi &c.* quidni & praecedens constituit inhabilem?

45 Idem de excommunicato dicendum, ex eadem ratione, estque textus expressus in *Possulastis 7. inf. De Cler. excom. minist.* ubi dicitur excommunicatus beneficium sibi collatum retinere non posse; sive publicè sit excommunicatus, sive occultè, sive à jure, sive ab homine; sive per sententiam generalem, sive specialem: quia haec differentiae sunt accidentariae, nec mutant rationem aut effectum censurae. Uti nec refert, scias aut ignoret se excommunicatum provisus, aut etiam ipse conferens, cum non pendeat à scientia aut ignorantia effectus inhabilitatis ad beneficia; satis enim est revera poni inhabilitatem, secundum dicta sup. *De elect. nu. 31.* Covarr. in *c. Alma mater p. 1. §. 7. nu. 1. & seqq.* *Garl. d. p. 7. c. 8.*

n. 9. Et hoc ita sine dubio procedit in irriti majori excommunicatione.

Quid in irriti minori excommunicatione? R. Idem hic dicendum esse, quod dictum simili sup. *De elect. nu. 30.* prohibitum quidem est tali conferre beneficium, ideoque licet non conferri, nusquam tamen expr. solum effectum irritationis ipso facto. Unde cum poena de poena non est ea ponenda sine textu, nec secundum ipso facto collationem esse irritam, recte tamen irritandam, secundum textum in *De Cler. excom. minist.* Ubi nihil facit, quod de textus loquatur de electione, nam collatione raro fit per electionem, aut est quaedam vana electio. Deinde ratio textus istius, quae scilicet aliquis adsumatur ad susceptionem, à quorum perceptione est privata, quae obtinet in beneficiorum collatione, ex intentione Ecclesiae omnia beneficia hunc finem ordinantur. Nihil facit *d. 7. q. 1.* agit de excommunicato majori, ut ex textu ejus patet. Vid. *Garl. d. loc. 27. & seqq.*

Quaeritur autem, An absolutio subsequens faciat collationem excommunicato factam convalescere? R. Nihil magis per eam convalescere, quia ab initio invalida, ex soluto su non potest sumere vires, *c. Non firmatur R. L. in 6. Covarr. ad c. Alma p. 1. §. 7. nu. 1. & Septimo.* Aliud est, si collatio praecedat excommunicationem, quia per eam non irritatur, ut dicitur infra *De sent. excom.* ut post absolutionem recte acceptetur; ubi & dicitur, quod excommunicato recte acceptari possit.

De suspensio à beneficio consequenter quaeritur, an collatio facta sit ipso jure nulla. Est quidem talem prohibitum ab adquirendo novo beneficio, non tamen irritam, ut collatio sit ipso jure nulla, sed solum, ut à suspensio irritetur, ex ratione *d. c. fin.* quod dicit electionem irritandam; cujus juris, fundam. causam eluso, non datur alius textus irritam poenam collationem, sine quo non est imposita poena, ut saepius dictum. Ita Suarez. *De Consuetudinibus Disp. 27. sect. 1. num. 26. Less. De iur. p. jure lib. 2. c. 34. Dubit. 22. licet communitate sententia sit in contrarium. Garl. p. 7. cap. 15. & alios citat.*

Quid si à Pont. praebenda aut dignitas conferatur excommunicato, irregulari aut

simili? R. Si ignoret Pont. excommunicationem, nihil magis esse validam collationem etiam proprio motu factam: qui licet operetur ad removendam subreptionem, minime tamen tollit vitium, quod adest personæ, nec inducit super eo dispensationem, quæ supponit voluntatem in dispensante, quam removel ignorantia. Si sciens excommunicationem, quia virtualiter dispensare creditur, & absolvere excommunicatum, beneficium ei conferendo, tenet collatio. Ratio posterioris est, quia non præsumitur ludere: quâ distinctionem approbat Alex. in l. *Quidam* 57. De re jud. Covar. d. 57. n. 2. Non tamen excedit dispensatio istum actum, quia ne quidem expressa excederet, strictè enim accipienda, cum sit contra jus. Idem dicendum de inferioribus Prælati, quatenus impedimentum est legibus eorum inducendum, cum super eo dispensare possint, & censentur, scienter admittendo ad actum eos, quibus est impedimentum. Navar. in *Summa Prælati* 9. n. 14. Non præsumitur autem hæc scientia sive in Pontifice sive in alio, ut inhabilitatis provisio incumbat ejus probatio. Felin. in c. *Præterea* n. 9. De testib. cogen.

50 Rejiciuntur omnino à beneficiis Laici, uti dictum supra, & habetur c. 2. inf. De institut. Conjugati licet privilegio Canonis & fori aliquor casibus gaudeant, de quibus sup. Tit. 5. ad beneficia tamen sunt inhabiles: licet collatum is scienter à Prælato, non possit ab eodem auferri, sed à superiori sit auferendum; & hoc in pœnam ejus, qui contulit, c. 5. sup. tit. 3. Hæc ita, donec durat conjugium, aut usus ejus retinetur; nam separati beneficiorum sunt habiles, secundum ea, quæ dicta sunt d. tit. 3. nisi sint bigami, qui omnino inhabiles sunt ad beneficium & officium Ecclesiasticum, sup. De bigamis non ordin. Garl. p. 7. c. 6. n. 1. c. 7. segg.

51 Q. An rectè conferatur beneficium habenti sufficiens patrimonium? R. Rectè; quia nullibi prohibetur, nec est ratio prohibitionis, cum tantum requiratur, ut officium præstetur, ad quod etiam habiles sunt multa possidentes, ut servitii nomine nec divino nec naturali jure impediatur ex rebus Ecclesiæ portionem fructuum officio respondentem exigere, non solum ut debitum alimentum, sed ut stipendium operæ & laborum, reserva-

to patrimonio propinquis. Nec obstat eam Clericos cum seg. l. 9. 2. c. 2. an. lli xi. q. 1. Nam illis locis non agitur de beneficio divitiibus non conferendo, sed de distributione bonorum beneficii nomine perceptorum, qua de re inf. tit. De peculio Cleric. ut præsupponant ista loca etiam divitiibus posse conferri beneficia. Vel dici potest ibi agi de illis Clericis, qui cum non deservirent Ecclesiæ, bonis tamen ejus volunt sustentari; quod malè petunt, tum quia divites tum quia non inserviant altari, atque ita dicuntur iniquè usurpare bona pauperum. Navar. Consi. De vita & benefi. Cler. Covar. ad c. 1. n. 1. De testam. qui alios citat, Azor. Instit. Moral. p. lib. 7. c. 9. qu. 13.

52 Conferenda beneficia integrè, sine diminutione, purè, sine pacto aut conditione, qua de re inf. tit. 12. liberè non per metum, ut dictum sup. De his qua vis & vacans, de quo inf. tit. 8. in perpetuum, secundum dicta sup. eod. in princ. palam, præsentibus testibus fide dignis, ut vitetur fraus & litium occasio, Azor. p. 2. lib. 6. c. 26. qu. 4. Subsistit tamen collatio occulta, secundum Glos. in c. 1. R. occulta inf. tit. 12. licet sit suspecta, uti omnia, quæ clam geruntur, cum qui lucem odit, malè agere censetur; uti è contra extra mali suspensionem ponitur palam agens, qua de re multa pulchrè tradit Menoch. Arbitr. quest. 2. casu 244. Non obstat c. Quia propter 42. in fine sup. De elect. ubi electio clandestina reprobat, ut secundum l. Non dubium C. De l. dicenda sit nulla; quia hoc ita in electione, in qua majus periculum ponit clandestinitas. Ut non sit extendendum ad casum non expressum, præcipuè in quo non est idem periculum. Vid. Garl. p. 8. c. 4. n. 1. c. segg.

53 Questum hic, An scriptura sit opus? R. Non esse opus ad valorem collationis, qui in consensu collatoris consistit, nisi ut juridicè, si dubium oriatur, de ea constare possit; scriptura enim probationis loco adhibenda. Nec obstat. Extravag. 1. De elect. in communib. quia tantum loquitur de promotione facta à Rom. Pont. non etiam de beneficiorum concessione. Et licet alii Pontifices generatim id obtinere voluerit in aliis beneficiis à Pont. Rom. concessis, ut non obtineret eorum collatio sine litteris, hoc tamen non nisi in concessione facta ab eodem R. Pont. aut ejus

ejus Legato, non verò facta ab ordinario, locum obtinebit, quia facilius constare potest de ejus collatione, quam facta à R. Pont. Azot d. c. 26. qu. 5.

54 Quæsitum & illud, An possit beneficium ad tempus conferri? R. Beneficium esse eam conditionem, ut sit perpetuum, secundum dicta sup. h. tit. nec posse ei Ordinarios in conferendo contravenire, qui non mutant rerum conditiones juri communi præscriptas: Romano tamen Pont. id licere, propter summam ejus & liberam in iis potestatem. Quo facit, quod tradit Bald. in l. Rescripta C. De precib. Imp. offeren. omnia beneficia respectu Pontificis esse manualia D. Peck. ad s. 1. sub nu. 27. De R. I.

55 Conferenda etiam beneficia singula singulis, non plura uni, c. 5. h. tit. Exigunt enim singula suum officium, c. Ad hac 13. h. t. nec unus debet sua aviditate stipendia plurium vindicare, quæ doctis piisque aliis, vitæ probitate, morum honestate, literarum scientia pollebentibus inopia pressis, ut emergere nequeant, abundè æquali & aequa distributione, sufficerent, in magnum Ecclesie totius ornamentum, & fidel. promotionem, facit, quod aliàs vagandi materia detur, Ecclesie destituantur suis ministris, quia unus pluribus in locis residere nequit, animarum cura negligatur, debita non servetur hospitalitas, Ecclesiarum honor, juribus, reparationibus minus consulatur, Extravag. Joan. XXII. Exsecrabilis h. t. Ut Conc. Trid. Sess. 24. c. 17. De reform. pluralitatem beneficiorum rectè vocet Ecclesiastici Ordinis perversionem, & dicat tales non Deum, sed se decipere: & Alexander III. cap. 5. h. tit. adserat certum continere animarum periculum. Qua de causa strictissimè inhibita beneficiorum pluralitas, etiam simplicium, jure Decreti, can. Sanctorum dist. 70. & can. Singula dist. 80. & XXI. q. 1. per eos. Ubi Canones unum in duabus Ecclesiis conscribi, aut titulari non patiuntur, negotiationis hoc & turpis lucti esse proprium, ab Ecclesiastica consuetudine alienum adserentes unde sædæ ambitionis & turpis avaritiæ occasio arripitur.

56 Quæstio autem est, An jure Decretalium pluralitas etiam simplicium sit damnata? R. Distingui ab aliquibus beneficia simplicia & duplicia; in his pluralitatem esse inhibitam, non etiam illis. Probant per text. in c. De

multa 28. h. t. quod improbat pluralitatem beneficiorum duplicium, ut dignitatum, personarum habentium curam animarum; eorum mentione simplicium, quasi eorum pluralitas sit admilla. Verum argumentum ab auctoritate negativè non procedit, licet uno in loco non habeatur, in alio contineri possit, ut in casu. Nam licet d. c. 28. loquatur tantum duplicibus, non excludit tamen simplicia, quibus satis cautum in Decreto, ut supra, aliis, ut can. Episcopi Dist. 80. & passim ubi presbyteri dicuntur per singulos titulos constituti. Habetur idem d. c. 5. h. t. ubi fit mentio præbendarum, quo nomine etiam vocantur simplicia beneficia, pluralitas dicitur Canonibus inimica & improbat. Facit ratio, quia beneficia sunt iis assignanda, quæ deservit Ecclesie volunt & possunt, c. Super 35. h. t. & c. III. 4. Non potest autem quis duabus aut pluribus Ecclesiis deservire.

Verum isti juri consuetudo derogare potest mittens plurium beneficiorum simplicium retentionem; quam Trid. Sess. 24. De reform. c. 27. approbat, quatenus obtentum ad turpe honestè sustentandam non sufficit, & utroque non requirit residentiam, ut aliquam retentione Pont. non sit opus. Quod non ratio procedit, si utrumque sit simplex, nam illi beneficii duplex non sufficiens sustentationi obediendi, pro dignitate & qualitate personæ & loci, licet simplex adjungere. Episcopi auctoritate, d. Sess. 24. c. 13. De reform. Quod duplicium sit sufficiens, aut utrumque requirit residentiam, simul retineri nequeunt, cum dispensationem Pontificiam, ut notum est d. c. 17. Quod multo magis obtinebit, si utrumque sit sufficiens.

Ubi quaeritur, An alterum ipso jure vacet; R. Distinguedum esse inter beneficia incompatibilia primi generis & Secundi generis. Primi generis sunt plura duplicia, & Dignitates, Curæ animarum, plura etiam simplicia uniformia, sive similia sub eodem recto, id est eadem Ecclesia, ut duo Capellani, duæ Capellanæ, duæ Portiones, Portiones. Secundi generis beneficia sunt uniformia in diversis Ecclesiis requirunt residentiam difformia sub eodem recto, quæ sunt habentia diversam functionem & con-

aus, ut Dignitas & Canonicatus, Parochia & Capellania.

Quantum ad primi generis beneficia, et si eorum conditio non sit talis, ut habeant unum faciat inhabilem, quod minus alterum ei conferri possit; hoc enim nullo jure caveatur, & inhabilitas, præcipue ipso jure, sine textu non inducenda; tamen operatur, ut per affectualem secundum alterum dimittendum sit, & in electione olim fuerit beneficiati, utrum retinere mallet, c. 7. & c. Præterea 14. h. 2. Postea vero secundum Concil. Lateranense, cui præfedit Innocentius III. prius ipso jure vacare jussum liberè conferendum à collatore, d. c. De multa 28. h. 1. idque ut improbe cupiditatis à Clero acceptatur adfectus; quod utinam fieri posset. Adde ut, si collator in eo conferendo negligens existerit usque ad sex menses, ad superiorem devolvatur collatio: qui præterea tantum jubetur de suis proventibus in utilitatem Ecclesie, cujus illud est beneficium, erogare, quantum à tempore vacationis perceptum, d. c. 28. Idque ne injuria, & desidia collatoris redundet in detrimentum Ecclesie, diutius carereis suis ministris. Si contigerit provisum beneficium prius à se non abdicare, dicitur d. c. 28. etiam secundo spoliandus esse, in pœnam, quod rem alienam detineat instar furis, secundum Gregor. c. Dudum 54. sup. De elect. Augetur pœna per d. Extravag. Exsecrabilis h. 1. quæ disponitur, ut post adeptum secundum, si intra mensem prius coram Ordinario non dimittant, etiam secundo privati sint, ut dispositio illis non sit salva; & præterea facit inhabiles ad quæcumque alia beneficia, & Ordines sacros, dispositione taliter vacantium beneficiorum referatà Sedi Apostolicæ.

Quantum ad incompatibilia secundi generis, acceptatio posterioris non facit quidem ipso jure vacare prius. Navar. hic Conf. 24. Nihil obstantè textu in d. c. 28. & 54. & d. Extravag. Exsecrabilis, quia tantum loquitur de duplicibus, ut non sit extendendus; sed concludendus suis terminis, cum contineat pœnam; quo modo & accipiendum Trid. d. c. 17. non tamen sine animæ periculo plura talia simul retinentur, nisi iusta de causa, de qua supra, ut alterum sit resignandum.

Dicta procedunt; Primum, Si secundi bene-

ficii accepta sit possessio; neque enim per eandem collationem posterioris prius debet dici vacare, aut resignandum esse, d. Extravag. Exsecrabilis, Comel. ad Reg. Cancell. de triennali possess. qu. 33. cum res perfecte non habeatur ante adquisitionem possessionem, argumento alienationis, quæ non est perfecta ante traditionem. Secundò, Possessio sit pacifica, c. Licet 28. eod. in 6. Nam licet super posteriori non facit quempiam dici duo habere beneficia, quia dubius licet eventus. Tertiò, Fructus ejus non sint alteri reservati, quia res inutilis est & sine effectu, quæ fructibus caret, ut non habeat locum pluralitatis inhibita. Quo modo in c. Si tibi 26. eod. in 6. secundum beneficium, cujus fructus reservati, non facit vacare prius. Vid. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 16. qu. 9. vers. Quares. & vers. Quare etiam aliquis.

Patiuntur dicta exceptionem; Primo, Si beneficium habitum, sive simplex sive duplex, sit insufficientis honestæ sustentationi, ut dictum paulò superius; alias alterum resignandum esset. Non tamen videretur ipso jure vacare, cum ea res non faciat esse incompatibilia primi generis, etiam si sint sub eodem titulo, difformia tamen, cujusmodi est Cura cum Beneficio simplici, Dignitas cum Canonicatu. Dico resignandum esse; quia non potest citra peccatum mortale alias utrumque simul retineri, cum desit conditio, sub qua Conc. Trid. d. c. 17. permittit utriusque retentionem, quæ cessante cessat provisio, & procedit ratio prohibitionis. Vult & Navar. Conf. 24. h. 111. talia difformia sub eodem titulo, si alterum non sit sufficiens, cum residendo utriusque satisfiat, non esse incompatibilia neque primi neque secundi generis, & ita posse obtineri auctoritate Episcopi. Secundò, Si dispensaverit Pontifex, qui ut posuit legem humanam, ita & eam tollit, c. Cum non ignores 15. h. 1. Rebuff. in Praxi De dispensat. super plural. Viderint tamen, quæ eam obtinent, ut causam dispensationis potius Deo comprobent, quam homini obtrudant, aut cæcæ avaritiæ ambitionique modum non ponentes, sibi fingant: nam licet dispensationem Canon admittat, non est tamen ea abutendum. Causa sufficiens est necessitas Ecclesie, aut magis ejus utilitas. Sic litteratas & sublimes

personas majoribus honorari beneficiis, & cum ratio postulat, cum iis per Sedem dispensari permittit, *A. e. as. b. r.* Legitima causa si non subit, non est tutus in conscientia, cum quo Pont. dispensavit super pluralitate, cum Papa non sit dominus beneficiorum, sed tantum dispensator, cujus est distribuere non pro suo arbitrio, sed juxta rationabilem voluntatem ejus, qui distribuendum reliquit. Deinde non videtur respondere juri naturae, ut unus occupet plura beneficia, nisi excuset causa rationalis, *L. ff. d. loco Dubit. 28. nu. 151.*

60 Q. An Episcopus dispense super pluralitate? R. Hoc olim licuisse, *can. Sanctorum Dist. 70. postea prohibitum esse per Innoc. III. c. De multa 28. h. r.* ubi hoc ipsum Sedi Apostolica reservatur, saltem quoad plura duplicia. In simplicibus modò non sunt uniformia sub eodem recto, videtur Episcopis licere conferre plura, si unum non sufficiat ad sustentationem consentaneam, quia alias plura habere inhibicum est per *Trid. Sess. 24. c. 27. De reform. contra quod non dispensat Episcopus, nec contra illud praevalet consuetudo, ut potest non nixa ratione, c. 1. eod. in 6. Azor. d. lib. 7. c. 1. qu. 6.*

61 Permittatur etiam olim plures habere Ecclesias, alteram ut titulariæ sive propriam, alteram ut commendatam, sive custodiae suae & administrationi permissam, ad vitam aut tempus, *can. Qui plures XXI. q. 1. Verum tum per Extravag. 2. h. 1. tum per Trid. Sess. 7. c. 4. De reform. in commendam perpetuam dare eum beneficio incompatibili inhibicum, aut etiam plures tales commendas; quod & repetitum ab eodem Conc. 4. c. 17. Ad tempus sibi concessum videtur licitum habere unum in commendam cum altero in titulum. Navar. in Summa c. 55. nu. 126. per c. Nemo 15. De elect. in 6. Dispensatio Pontificia facit etiam beneficium eum commenda perpetua licite obtineri praeter quem nemo alius contra Concilium dispensat, ne quidem Legatus ejus, c. Dilectus 19. ubi Gl. V. cum se facti sash. Non etiam Episcopus, nisi in casibus jure permissis, *Rebuff. in Praxi De dispensat. nu. 27. Beneficia legitime unita rectè simul obtinentur sine dispensatione, cum habeantur pro uno, uti dicitur supra De off. Vicariis.**

Collationis ea vis est, ut legitime facta habente potestatem, beneficiatus fructus faciat sine ullo scrupulo; nisi effectus collationis impediatur, & collatio ipsa evettatur, ut contingat ei aliud incompatibile primi generis conferri, & pacifice obtineri. Sic & per annum in initum vacant beneficia, ut dicitur *sup. tit. 3. per ingressum in Religionem, c. p. in Regularibus in 6. per promotionem ad Episcopatum, non tamen nisi post consecrationem, ut post decursum tempus consecrationi periculum, c. 7. sup. De elect. quia ante consecrationem non potest dici nominato ad Episcopatum plene provisorium. Facit & spontanea vacatio beneficium vacare. Idem operatur translatio Clerici ad aliam Ecclesiam. Multum factum beneficio spoliari vult *Gl. in c. Quibus sup. tit. 4. Azor. p. 2. lib. 7. c. 15. in prin. can. qui intra annum non sumptit requiritur, neminem, hoc ipso privato parochiali, habetur *L. 14. c. 6. Commissa De elect. in 6. Vid. Azor. d. lib. 7. c. 16. per tot. Variis etiam casibus vacant beneficia, ratione delicti, ut laesae Majestatis, falsi in litteris Apostolicis commissi, & aliis de quibus *Azor. d. lib. 7. c. 17. & dicitur in aliis locis. Operatur autem privatio ipso jure ducta, ut fructus non faciat suos Clericus, sed de beneficio disponere possit, cum non sit amplius.****

Quaerit hic liber, An possit Pontifex quem private beneficio justè possessore, delictum aut causam? Esse quidem potest Pontificem plenariam dispositionem beneficiorum, *Clem. 1. in fine Vi lites pendens c. 2.* tamen ut dominum beneficiorum, quod privilegium est commentum sed dispensatione potius, ut jus quæsitum alteri sine causa conferre nequeat, quod repugnat rationi, cuius dirque ejus potestatem: neque enim hinc parte plus concessam esse debet Pontifici quam Principi, qui jus alieni quæsitum sine causa auferre nequit ex omnium consensu, & ita tradit Abbas in *c. Sua nobis ult. nu. 3. super confirmat uti velinus.* Non obstat, *c. Quibus vis 8. De refer. in 6.* ut non loquitur de quæsitum, & beneficio jam obtento, sed tantum de gratia, quae necdum consecrata suum effectum, cujus revocatio est facilior. Nec est quod absoluta potestati hoc aliqui dant, *p. 16.*

possit Princeps jus quæsitum tollere ; nam eâ ad tyrannidem tendit , non dignam bono Principe, secundum dicta ad tit. D. De LL. nu. 35. Covarr. 2. Var. Resol. c. 6. nu. 8. Sarnicor. 1. Solez. Interpp. c. 8. nu. 20. Et 25. Dill. Garf. De benef. p. 5. c. 1. nu. 2. cum aliis, quos citat.

TITULUS VI.

De Clerico ægrotante.

SUMMARIUM.

1. Absens ex causa morbi vel senii habetur pro presente.
2. An Ep. qui morbo causam dedit nimia crapula?
3. Inutili ob morbum aut senium dandus coadjutor.
4. Adjutoris officium.

Dictum supra Tit. 4. fructus dari propter officium, ideoque minimè deberi non rehdenti. Quod patitur exceptionem in iis, qui morbo, senio, aliterve adfecti comparere nequeunt, quibus non tantum grossi, ut vocantur, fructus debeantur, verum & quotidianæ distributiones, c. un. De Cleric. non resid. in 6. Navar. Conf. 10. nu. 1. De Clericis non resid. cum ipsorum miseria potius sit miserendum, quam adfectis adfectio addenda, c. pen. h. r. Et facit, quod habeantur pro presentibus, ratione causæ impediens, cui resisti non potest, arg. c. Cum non stat 66. De R. I. in 6. Hoc tamen ita, quando morbus vel impedimentum causat absentiam in eo, qui solitus erat interesse divinis officiis, secundum DD. inc. Ad audientiam sup. tit. 4. Felin. in c. Apostolica nu. 12. sup. de except. cum alias nulla daretur adfectio adfectio, denegando distributiones, quas, cessante impedimento, non fuisset lucratus, utpote in divinis non solitus comparere. Possent tamen consuetudo videri bona, etiam talibus ægrotis distributiones largiendi, ut adfectio subveniatur, & adfectio sublevetur.

2 Quid si morbo quis causam dederit nimia crapula? R. Non videri idem concedendum, quod absentia causa non sit justa, & culpa sua non debeat auctori prodesse, contra re-

gulam juris. Facit l. 5. D. Ex quibus causis majores, &c. ubi caret privilegio restitutionis, qui causam absentia procuravit. Possent tamen alicui contraria opinio probari ex eo, quod licet sua culpa in morbum incidit, non tamen eo sine & animo sit causam impedimentum, quod per accidens est sublecutum; neque enim semper imputantur ea, quæ ex præcedenti culpa procedunt. Covarr. 3. Var. Resol. c. 13. nu. 8. versic. Septimo. Qui etiam tenet, pauperi, qui per luxum bona sua prodedit, elemosinam tamen dandam esse, & posse bona Ecclesiæ alienari, ut ei subveniatur, 2. Var. c. 16. nu. 9. De excommunicato, in carcerato, dimisso in exilium, dictum sup. eod. lib. tit. 4.

Q. An, quem morbus, aut senium fecit Ecclesiæ inutilem, cogenus sit se abdicare suo munere? R. Minimè, sed ei adjuvandum esse, coadjutorem, alendum ex fructibus beneficii. Quod & obtinet in majoribus dignitatibus, c. fin. h. r. non distinguendo, quis morbus sit, ne etiam lepra infectus non sit removendus, sed ei coadjutor dandus, quo modo accipiendum, c. 4. h. r. Pro qua parte facit, quod matrimonium carnale non solvatur per lepram, à quo quoad spirituale procedit argumentum. Episcopus adjutorem dat Pontifex; alius inferioribus Episcopus, aut is, cujus est confirmare, destituere, acceptare renuntiationem. Concessum tamen, ad evitandum detrimentum Ecclesiæ, ut Episcopus adjutorem sibi adsumat, unum aut duos, de Capituli consensu, aut, si demens sit, Capitulum ei provideat, c. un. eod. in 6. Si Capitulum consentire nolit Episcopo, aut Episcopus nolit admittere adjutorem, Rom. Pontifici ea res significanda, cum conditione & circumstantiis Ecclesiæ & Episcopi, d. c. un. vers. si vero.

Adjutoris officium est, expedire ea quæ sunt Episcopi quoad jurisdictionem & Ordines, si fuerit Episcopus. Beneficium collatio reservata Episcopo, etiam sine consensu adjutoris, nisi fuerit mentis inops, ut dictum Tit. superiori. Alienatio rerum adjutori omnino prohibita, d. c. un. in fine. Extinguitur officium adjutoris morte ejus, cui datus. Mortuo non succedit, cum tantum sit datus ad juvenandum, nisi specialiter aliud fuerit indultum



causâ cognitâ à Rom. Pont. quo modo loquitur canon. *Petiti* vii. q. 1. & Trid. Sess. 25. c. 7. *De reform.*

TITULUS VII.

De Institutionibus.
SUMMARIUM.

1. *Institutio quid?*
2. *Ius instituendi ad quem spectat.*
3. *Examen instituendorum ad Episc. spectat.*
4. *Inductio in possessionem qualiter fiat, & à quo?*

I Post acceptationem beneficii sequitur Institutio: quæ interdum pro confirmatione electionis ponitur, interdum pro imaginaria beneficii traditione, interdum & collationem includit; propriè tamen ab ea differt, cum collatio sit libera, hæc autem necessario facienda ad alterius præsentationem: estque non libera beneficii translatio, facta legitima auctoritate. Præterea institutio est ipsius personæ, quæ instituitur; collatio vero beneficii quod confertur.

2. Spectat communi iure ad Episcopum, aut huius consensu ad eius vicarium, c. 3. h. t. Azor. p. 2. lib. 6. c. 22. Sede vacante spectat institutio præsentatorum à patronis ad Capitulum, non etiam eorum, quæ ad liberam Episcopi collationem pertinent, c. 1. eod. in 6. qua de re infra Tit. 9. De consuetudine vel privilegio etiam ad inferiores spectat, c. pen. h. t.

3. Est autem Episcopi instituendos ab inferioribus nominatos ad curam prius examinare, ne indigni intrudantur: exceptis iis, qui ab Universitatibus seu collegiis Studiorum generalium præsentantur, aut nominantur, Trid. Sess. 7. c. 13. *De reform.* & Sess. 24. c. 18. *De reformat.* quod præsumantur idonei. De origine, id est patria instituendi, non est disputandum, cum in omni gente qui facit iustitiam, acceptus sit eo, c. 5. h. t. quamvis data paritate, incola non potest præponere digniori externo, citra peccatum, ut probatum supra, *De elect. nu.* 44. Non recipiendi autem plures, quam Ecclesiæ aut Monasterii fecit facultas, cap. 1. & 4. hoc tit.

nec admittendi laici spiritualium incapere, c. 2. h. t.

Institutionem subsequitur missio in corporealem sive actualem possessionem, quæ iure spectat ad Archidiaconum; sup. *De officio Archid.* Varii ejus sunt ritus. In Abbatiis inductio in templum, collocatio in sede, & Canonico adsignatio loci in Choro & Capitulo in Pastore ingressu templi, aspectus super benedictâ, osculum Altraris summi, pullus circumpanæ. Videatur Rebuff. in *Concord. tit. De Inductio*. Inductio in realem possessionem, cum facti magis sit, etiam in laicum cadit, & impropriè sumpto nomine designari per institutionem solet, quæ propriè sumpta, cum jurâ sit in laicum cadere non potest; ut juris spiritualium incapere. *Wamel. Conf.* 231. nu. 6.

TITULUS VIII.

De concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia quando & quot modis vacantur.*
2. *Beneficia uti vacantia qua rectè impetrentur.*
3. *Beneficii non vacantis collatio nulla, & pena illud impetantis.*
4. *Supplicans pro beneficio vivens an incurreat penam?*
5. *Provisio talis ignorantis facta est extrajurata.*
6. *Per vacationem subsequentem collatio non valet?*
7. *An & superveniente devolutione, ante facta?*
8. *De beneficiis non vacantibus rectè procedi S. P.*
9. *Nominandi jus ad beneficia primo vacantia Universitatibus concessum.*

V T collationes præbendarum & institutiones jure factæ censentur, oportet earum sint, quæ ante vacabant. Vacant dicuntur, quæ possessore destituta, quod contingit tripliciter. Primum, de facto tantum, quando possessione facti magis quàm est destitutus, quam titulo aut jure, nisi

metu ejuraverit, c. 4. sup. de his qua vi metus
 ausu vi dejectus est sup. de restit. spoliar. Idem
 dicendum de eo, quod absenti collatum, a quo
 necdam acceptatum, c. Si tibi absentis De præb.
 in d. nam & hoc potius de facto vacare videtur,
 quam de jure, cum nequeat collator mutare,
 nec dictum supra Tit. 5. Secundò, de jure tan-
 tum, quando mortuo Prælati aut rectore quis
 reperitur in possessione saltem coloratè, c. cum
 nostris o. h. t. vel quando quis per Canones pri-
 vacur beneficio, cujus tamen de facto detinet
 possessionem. Tertio, de facto simul & de jure,
 quando quis de jure privatus ne quidem pos-
 sessionem detinet; sive propter delictum, tam
 in omittendo, ut si electus non procuret intra
 sex menses consecrationem, Trid. Sess. 23. c. 2. de
 reform. aut obtinens parochialem Ecclesiam
 intra annum promoveri ad Ordines omittat, c.
 licet 14. de elect. in 6. quam in committendo, ve-
 lut per hæresim, schisma, percussorem Cardina-
 lis, homicidium qualificatum, simoniam
 confidentialem, & similia, de quibus infra suis
 locis, sive sine delicto, veluti per matrimonium
 etiam non consummatum, quia cum faciat in-
 habilem ad officium, facit etiam inhabilem ad
 beneficium, quod datur propter officium, qua
 de re actum supra Tit. 3. per mortem beneficia-
 ti per spontaneam ejus resignationem, per ad-
 sectionem secundi beneficii incompatibilis,
 qua de re sup. Tit. 5. Vid. Azor. Instit. Moral. p. 2.
 c. 16. qu. 2. & seqq.

2 Primi generis beneficia cum verè non va-
 cent, aut non habeantur vacantia, quod taliter
 privatis de turresgressus, ut dictum supra, De his
 qua vi etc. & de restit. spoliar. rectè impet-
 rari nequeunt. Secundi generis non aliàs rectè
 impetrantur, quam facta mentione possessionis
 coloratæ, si quæ penes alium sit; qualis est,
 quæ plus facti quam juris habet, ut si titulo
 quidem probato à jure beneficium habeatur,
 aliunde tamen prohibeatur detentio, propter
 juris impedimentum. Exemplum est in c. Cum
 nostris 6. h. t. ubi Episcopo electo collata est
 Præpositura, quod, ut supra Tit. 5. dictum, jura
 non ferunt. Ratio, cur istius possessionis sit fa-
 cienda mentio, est, ne quid temerè, causa non
 cognita, fiat. Quod si colorata possessio non
 sit penes alium, sine mentione illius rectè im-
 petratur ab alio, c. licet 9. h. t. Tertii generis re-

ctè impetrantur, quia verè vacant, non tan-
 tum de jure, sed & de facto, quoad possessionem,
 quæ non remanet penes priorem posses-
 sorem, uti per mortem, per resignationem pu-
 ram; nam ea, quæ facta est ratione permuta-
 tionis, impetrari nequit, quod collatio talis
 beneficii necessario alteri sit facienda, uti dicitur
 infra Tit. 19. ubi agitur de resignatione
 facta in favorem alterius.

Non vacantis beneficii collatio est nulla;
 aded ut, qui in vivorum Sacerdotum locum
 substitui se patiuntur, ab Ecclesiæ commu-
 nione sint repellendi, c. 2. h. t. & promissio non
 vacanti, in casum, quo vacabit, sit reprobata,
 c. 2. eod. in 6. Ut non impediatur promissor,
 non attenra promissione, postea vacans, cui
 velit conferre, c. Ex tenore 19. h. t. ne de hede-
 rare quis proximi mortem videatur, c. 2. h. t.
 quod improbum, & bonis moribus repug-
 nans, l. fin. C. de pactis. Et quamvis generalis
 promissio de providendo, ubi vel quando po-
 tetit, jure Decretalium fuerit admittita, c. Acco-
 dems 14. h. t. damnata tamen à Bonifacio, III.
 c. 2. eod. in 6. quod & hæc improba ambitione
 extorqueatur, nec omnino sit libera à voto
 captandæ mortis, inferatque Prælati gravami-
 na, Unde & Trid. Sess. 24. c. 9. De reform.
 mandata de providendo & gratias, ut vocant,
 expectativas sustulit.

Quæritur, An supra dictam poenam juxta
 d. c. 1. h. t. incurrat etiam is, qui tantum sup-
 plicavit pro beneficio viventis? Resp. Non
 videri, propterea quod poena non solesant in-
 duci, nisi post actum consummatum, ante e-
 nim tantum est conatus, qui non solet puniri,
 l. 2. §. 2. D. quod quisque juris etc. nisi in gravi-
 oribus Alciat. ad l. sepè 33. num. 37. D. De V. S.
 Quo facit, quod emphyteuta vendens rem
 emphyteuticam ante traditionem non cadat
 jure suo, ut traditum C. De jure emphyt. ut
 plene non censetur res alienata ante traditio-
 nem.

Collatio beneficii viventis facta ignaro mi-
 nimè eam obnoxium facit dictæ poenæ, cum
 talem extra culpam ponat ignorantia, & d. c. 1.
 h. t. loquatur de sciente.

Ubi quæsitum, An ignorantia faciat colla-
 tionem istam convalescere per subsequentem
 vacationem? Resp. Id posse videri, quod
 cesset



cessum improbitas voti, quam averfatur Canon. Vetus dicitur ad collationem, quae ab initio nulla, & à Canonibus indistincte prohibita, nam potest contra eos convalescere solo casu, non accedente novo Praelato, cuius est conferre factum, *Quod utile 29. D. de R.I.*

7 Hinc quatuor in casu potest, An collatio ante devolutionem, ea superveniente convalescat? R. Id posse videri, ex eo, quod nihil sit peccatum contra Canones, qui prohibent & irritant tantum collationem non vacantis; hic autem vacat. Quibus non obstantibus, dicendum, non convalescere, ex ratione jam dicta, quod ab initio nulla tractu temporis non convalescat; & quod pro dato habeatur ab illo datum, qui de iure dare non potest, *c. 5. in fine inf. De iure patron. uti hoc in casu, neque enim jus est dandi ante devolutionem. Facit eodem arg. c. Decernimus X^{vi} l. 9. 7. ubi si Episcopus intra tempus praesentationis, spretis patronis conferat beneficium obnoxium iuri patronatus dicitur irrita restitutio, Fel. n. in c. Cum ex officio n. 37. De praescript. Rebuff. in Praxi benefic. tit. de devolut. n. 32.*

8 Haec ita secundum iuris communis dispositionem. Speciali iure S. Pontifici, ad quem spectat iuris humani dispositio, est licentia ad non vacantia jus tribuere, *c. 13. in princ. de praeben. in 6. sive dando alicui jus Canonicatus sive praebenda, quae primo vacans eidem est conferenda, & alii licet ab ignorante Praelato facta collatio est nulla, c. si postquam 13. de praeben. in 6. sive mandando, ut alicui provideatur quo casu collatio alteri facta ab ordinario, licet non impune, non est tamen irrita, nisi contra factum Pontifex irritum & inane decreverit, aut executorem simul dederit, qui ordinatio suam insinuavit potestatem. Fit enim per hoc affecta praebenda primo vacans, ut alteri non recte conferatur, & negligente ordinario, possit executor nominato per Pont. praebendam conferre, *c. 5. de 6. eod. in 6. Quid iuris sit, si pluribus ad idem beneficium gratia expectativa sit data, colligatur ex iis, quae dicta sunt supra, De rescript. num. 19.**

9 Habent & quaedam Universitates Studiorum generalium concessam sibi nominationem promotorum ad primò vacantia certis

quibusdam legibus, idque in promotione studiorum, tum etiam Ecclesiarum, ut doctis iis effulgeant, per eosque regantur quibus post insinuationem temporis factam illi, qui conferendi habet, alteri non recte conferuntur, mo vacantem praebendam. Et quavis Tit. Sess. 24. c. 19. De reform. mandata de provisione, gratias expectativas, aliaque privilegia provisiones ad vacatura etiam Universitatum & Collegiis, aliisque concessas revocant, consultus tamen postea Pont. declaravit dictam revocationem iuri nominando illi sitatibus concessa non esse derogatam, Val. Wamers. Conf. 254. circa princ. Inter quatuor temporis beneficia vacantia sine conferendo dictum supra De suppl. neglig. Praelat.

TITULUS IX.

Ne sede vacante quid innovetur.

SUMMARIUM.

1. Sede vacante omnia in statu suo conservantur.
2. 4. Capituli Sede vacante potest, & quomodo beneficia recte conferat.
3. An & recte conferat, quae iure reservata sunt, & ad Episcopi collationem?
5. Exercet ea quae sunt iurisditionis.
6. An & absolvat à juramento?

AD collationis validitatem inspectam, an Sede vacante sit facta, tunc tunc vel futuro Episcopo vel Ecclesiae sine Episcopo injuria, omnia in suo statu sunt conservanda. Hinc contra Ecclesiam lis inchoata non est per sententiam dirimitur, Sede vacante, quae tamquam contra pupillum indefensum non tenet, *c. fin. h. 2. Vacantia interventus beneficia non conferuntur à Capitulo, c. 2. de Collatio enim fructibus adnumeratur, Fel. n. Cum olim 14. sup. de majorit. & obed. in 2. to futuro Praelato reserveret, *c. 4. sup. de iur. ordin. Abbas ad d. c. 14. num. 2. cum fructibus iure communi futuro Praelato sine reservatione, d. c. fin. de off. ordin. in 6. Quod acceptum de iis beneficiis, quorum liberta collatio Episcopum solum pertinet. * Dico, h. 2.**

ta, nam ea, quorum collatio est necessaria, recte per Capitulum Sede vacante, conferuntur: quod & insinuat præsentatos, c. 1. *De insinuat in 6. & confirmat electos, d. c. 14.* Ratio est, quod per eam rem nullius commodat futuro prælato detrimentum, cuius commodum consistit in libertate conferendi, cui velint, quæ hic non est Abbas ad c. 2. nu. 6. b. 1.

3. Quæstio autem est, An Capitulum recte conferat ea, quæ iure devoluta spectant ad Episcopi collationem? Resp. Id velle Joan. Andr. in c. *Quamquam 38. num. 1. de elect. in 6. quæ sequitur Abbas d. c. 2. n. 3.* ex ratione quod collatio ex causa devolutionis non computetur inter fructus. Verius tamen, non licere Capitulo ea conferre, eo quod sint ejusdem rationis cum iis, quæ iure proprio habet conferenda, quandoquidem & devoluta liberè conferat, ut idem juris in iis statui debeat: quam opinionem probat Felio, in d. c. 14. n. 3. *circum med. Abbas ibid. nu. 2.*

4. Dico, ad Episcopum solum, nam si communitur ad Episcopum & Capitulum spectet collatio, illo mortuo, vel suspensio, recte conferat Capitulum, quod in iure suo conferendi non est impediendum propter Episcopi casum, ut è contra recte confert Episcopus Capitulo reddito inhabili per suspensionem, vel per excommunicationem singulorum de Capitulo, c. *amice in princ. eod. in 6. 3.* ad Episcopum solum spectet collatio, cum ad sensu & consilio sui Capituli, eo mortuo, vel suspensio, non licet Capitulo conferre, quod per hoc nihil juris amittat, nisi in relaxatione petenda Episcopus sit negligens, d. c. *un. 5. 1.* Si de consilio Episcopi spectet collatio ad Capitulum, illo mortuo, vel in remota agente, non impeditur Capitulo conferre, ne interim Ecclesia patiatur detrimentum, d. c. *un. in fine.*

Ea, quæ sunt jurisdictionis, vacante Sede à Capitulo recte exercentur: quod suam accommodat auctoritatem permutationi, *Gl. in Clem. 1. de rer. permut. dat. literas dimissionas, c. 7. de temporib. ordin. in 6.* in crimina inquirat, visitat, punit, dispensat cum illegitimis ad minores Ordines; cum & in ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, Capitulum succedat, præterquam in casibus exceptis, *Nav. c. 1. conf. 7. de sibi presby.*

Q. An & absolvat à juramento? R. Ita videri, cum, ut dictum, ea, quæ sunt jurisdictionis Sede vacante ad Capitulum transeant, si ea expresse non inveniantur prohibita. Felio in c. 1. num. 20. *sup. de iurejur. & proprio iure ad Episcopum spectent.* Nam ea, quæ sunt delegata, vel alias speciali iure competunt, non transeunt, quia sunt personalia. Ea, quæ sunt ordinis, mandat Capitulum vicino Episcopo, c. *is cui 42. de elect. in 6. Abbas in d. c. 14. ubi plene tradit, quæ possit Capitulo Sede vacante.*

TITULUS X.

De his, quæ sunt à Prælato sine consensu Capituli.

SUMMARIUM.

1. Consensus Capituli quando & in quibus requisitus.
2. In quibus Consilium.

AD valorem eorum quæ facit Prælatus, videndum quoque an integrum & plentia sit illi jus, non restrictum ad alterius consensum, aut consilium. Interdum enim Capituli consensus aut collaudatio requiritur, interdum consilium tantum.

Consensus in iis desideratur, quæ sunt majoris momenti; ut si agatur de alienando, c. 1. *h. 1. de presentando, in casu, quo jus etiam ad Capitulum spectat, quo invito non est faciendâ præsentatio, nisi aliud habeat consuetudo, c. 6. h. 1. de concedendo alteri Ecclesiæ jus patronatus, quia Ecclesiæ, ad quam spectat laederetur, c. 8. h. 1. Hinc nec parochiales Ecclesiæ, earumque obventiones, consentiente licet patrono, inconsulto Capitulo, transferri in locum pium, c. *pen. h. 1. 1. Donationem tamen decimarum per laicum, quas ille ante Concil. Lateranense habuit, alteri, quam à qua detinet, Ecclesiæ factam firmat solus consensus Episcopi, c. 7. h. 1. ex ratione, quod nihil alienetur spectans ad Ecclesiam, cum decimæ istæ laico in feudum concessæ, ab eodem iure detineantur qua de re infra, *11. de decimis.* Quantum ad concessionem rerum Eccle-**

Ecclesie in feudum dicitur quoque inferius, *de feudis*, ut & de alienatione rerum Ecclesie inf. *Tit. 13*. Sufficit autem tacitus Capituli consensus, uti & subsecuta ratihabitio, quæ est loco mandati, *c. 2. & 3. h. t.*

2 Consilium sufficit in rebus, quæ non tendunt in magnum Ecclesie præjudicium, uti instituire, delituere, confirmare, acquirere, corrigere, *c. 4. & 5. h. t.* Omisum facit actum nullum, nisi aliud habeat consuetudo, *c. 3. De consuet. in 6.* Sufficit autem consilium audivisse, sequi non est necesse, *c. 7. sup. de arbitris*. Non tamen ideo frustra audietur, cum possit Prælati, auditis aliorum rationibus, mentem mutare, & Capituli rationibus consilioque se conformare.

TITULUS XI.

De his, quæ fiunt à majore parte Capituli.

SUMMARIUM.

1. Major pars qua dicitur, & qua sanior.
2. Ad consensum legitimum requisita.
3. Consensus majoris partis quid operetur.

VT habeatur Capituli consensus, non est regulariter necesse omnes consenserint, cum sufficiat majoris & sanioris partis consensus, *c. 1. h. t.* Major pars est, quæ numero personarum excedit, habito respectu ad Capitulum, *c. Ecclesia 48. sup. de elect.* quando scilicet duæ partes consentiunt, tertia autem dissentit, uti ex novem sex aut septem, *l. Nulli D. Quod cuiusque univers.* Qui mos olim fuit in electionibus usitatus, *d. c. 48.* & etiamnum obtinet in electione Pontificis, *c. Licet sup. de elect.* Interdum respectu minoris partis, ut quando ex novem consentiunt quinque, aut etiam quatuor in unum, reliquis in diversos euntibus. Sanior est, quæ dignitate & zelo prævalet.

2 Ut autem consensus rite habeatur, oportet omnes qui de Collegio sunt, esse vocatos, ac saniores simul & majorem partem consensisse, *d. c. 1. in fine*, Duo enim Canon requirit, ut alterum non sufficiat. Hinc consensus par-

tis minoris nihil operabitur; contradic-tio men minoris partis, imò & unius ex causationabili, conclusionem majoris & sanioris partis impedit, *d. c. 1.* Pro qualiter sit presumptio juris, non tamen & de jure, reservationem in contrarium non excludat. Contradictio non audiat, appellandus oritur, si ejus, qui contradicit, interfit. Est item cuiusque de universitate, si videtur eam rem in detrimentum vergere Ecclesie, contradicere, ne tacendo videatur approbare, & de alieno peccato participare, *Qui tacet d. l. in 6. l. de atate 5. qui tacet D. de interreg. jure facien.*

Consensus major partis ea vis est, ut minorem obliget etiam invitam, *c. fin. h. t. cum quod major Curie pars effecit, habeatur pro eo, ac si omnes egissent, l. Quod major D. de municip.* Quod verum est, quando factum à pluribus habetur ut factum ab omnibus, nam si ut à singulis, oportet singulos consentiant, cum quod singulos tangit, ab omnibus sit approbandum, *arg. l. fundum D. de servit. præd. rustic.*

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica beneficia sine demeritione conferantur.

SUMMARIUM.

1. Salaria Ministrorum Ecclesie non dicenda.
2. Fructus beneficii collator ex causa arduam ad tempus reservare potest.
3. Beneficium quando & qualiter extinguatur, & de minoribus numeris prebendarum.
4. Collationi an & qua condicio adici possit.
5. Collator pensionem alteri non recte reservat.

Salaria constituta Ecclesie Ministris largi sunt persolvenda, nec ulla sectio est videnda, *c. Vacante 26. sup. de preben.* nec tenuato salario contingat divinum officium deseri. Unde Episcopus aut collator plura quam Ecclesie facultates ferunt, non admittit, *c. 4. sup. tit. 7. de institut.* nec proveniens debet ineri, collato beneficio, *c. unico de heret.*

Non etiam inter plures illud dividit, *c. Majorib. 8. sup. de prob.* nisi pluribus sufficiat alien-
dis, & rationabilis causa fuerit vacantis di-
visionem, in cuius defectum illa retractanda
foret, *d. c. 26.* Pacto nullo gravat, nec onus
imponit, nisi quod honestum sit, de quo in
c. Significatum 11. sup. d. t. de prob. Et hoc
ante collationem, vel simul cum illa, ne gra-
vando postea alicui jus suum deminuat. Sic
nec in dissolutionem artis alieni, quo Ecclesia
gravata, fructus beneficii ad tempus, aut eo-
rum partem, reservat collator, *c. pen. inf. de
verb. signif.* Ante collationem tamen, pro-
pter gravamen, quod non recte ponitur in vi-
to, cui jam jus questum, & sine ulla pactio-
ne cum eo, cui fit collatio, quia ea res saperet si-
moniacam gravitatem, ut habet *Pont. c. un.
in fine h. t. ubi Gl.* Ratio est, quod consensus
ejus, cui confertur beneficium, nihil possit
ad legitimam reservationem operari, ut non
possit non præsumi reservatio ista iniqua
pactio. Vid. Suarez. *Tract. de Simonia c. 29.
num. 9. & 10. & c. 5. num. 18.*

Potest & Prælati ex communi consensu
beneficium extinguere, *c. cum accessissent. 8.
sup. de constit.* Ubi tamen requiritur causa &
confirmatio Sedis, ut insinuat iste textus, &
tradit *Gl. ibi V. confirmatum*, ne sibi causam
temere fingant. Quod ita accipit Abbas *ibid.
num. 4. in medio*, si numerus præbendarum
per Pontificem sit confirmatus: quamvis etiam
velit ex causa superveniente posse deminui
præbendas per Episcopum & Capitulum, et-
iam eo in casu, sine auctoritate Pontificis, ve-
luti si sint deminuti notabiliter fructus, argu-
mento sumpto ex eo; quod non obstant con-
firmatione numeri per Pontificem, possit ni-
hilominus augeri ex superexcrescentibus fru-
ctibus, ut decisum, *c. cum M. Ferrariensis 9.
sup. de constitut.*

Q. An in collatione recte addatur conditio
à conferente? Resp. Non aliam recte adjici,
quàm quæ tacite inest ipsi beneficio, veluti si
vacet; si sit iusta ætatis, cui confertur, ut
Ecclesie deserviat, Episcopo pareat; si sit cu-
ra animarum, conciones ad populum habeat,
confessiones excipiat; si aliud simul benefi-
cium habeat, illud dimittat. Nam hæc & si-
miles insunt, ut expresse nihil vitii inducant, &

nihilominus ad eas teneatur is, cui facta col-
latio, *l. Cornelius 69. D. de heredi. instir. l. 3.
C. d. fidei. Azor. Instir. moral. p. 2. lib. 6. c.
26. qu. 3. Garf. De benef. p. 8. c. 2. n. 4. & seqq.*

Q. II. An collator beneficium conferendo
alteri recte pensionem reservet? Resp. Non
esse dubium, reservationem hujusmodi pen-
sionis tempore collationis ex pacto esse inef-
fectam labe simoniaca, per *d. c. un. in fine h. t.*
quod habet, circa talem conventionem inter-
cedere pravitate simoniacam, quandoqui-
dem pro spirituali obtinendo veniat quid tem-
porale dandum, annua scilicet pensio. Sine
pacto etiam pensio ista imposita nequit susti-
neri, ex eo quod non aliàs reservationes pen-
sionum sunt licitæ, quàm si fiant ad utilitatem
Ecclesie, quæ nulla subest in casu, quo illa
danda tertio. Vid. Suarez. *d. Tract. de Simonia
c. 24. num. 35. & seqq.*

TITULUS XIII.

De rebus Ecclesie alienandis,
vel non.

SUMMARIUM.

1. Alienatio rerum Ecclesie probata utroque iure.
2. Alienationis nomine quid veniat.
3. Pæna alienantium res Ecclesie.
4. Contra factum proprium qualiter quis veni-
re possit?
5. Pænas alienantium res Ecclesie an incurrat ad
longum tempus locans?
6. An & relicta Ecclesie hereditatem repudi-
ans?
7. An & repudians legatum Ecclesie relictum?
8. Pretium rei alienatæ cui cedat.
9. Prælati in sui præiudicium disponere potest,
non successoris.
10. Quæ res alienari prohibeantur.
11. Alienatio permissa ex causa iusta.
12. Adhibita solemnitate, puta tractatu prævio,
& consensu Superioris.
13. Consensus hic præcedere debet.
14. Solemnitates an intervenisse præsumantur?
15. Solemnitas cum iusta causa concurrat necesse
est.
16. Ut & causa iusta cum solemnitate.

E c

17.

17. In foro interiori causa iusta sine alia solemnitate an liberet alienantem?
 18. Prælati an recte alienent, non obstante iuramento, quod non alienabit, inconsulto R. P.
 19. An sub auctione publica vendendares?
 20. Superioris auctoritas an consuetudine excludi possit?
 21. An prescriptione?
 22. Ecclesia, lesa ex causa alienationis quatenus restituenda.

HActenus de Clericorum officio, cujus nominæ stipendia accipiunt ex rebus Ecclesiæ dominio addictis, quarum administratio est penes Prælatos, aut Clericos, citra alienationem; * quam jura passim prohibuerunt, non tantum Canonica (quibus præcipue statum hac in materia) etiam cum irritatione actus, *can. Abbatibus 41. can. Sine exceptione 52. & passim XII. q. 2. c. 5. 6. & fin. h. r.* sed & civilia, *l. Invenimus 14. Auth. Hoc ius cum seqq. C. De SS. Eccles.* quæ vim habent, quatenus jure Canonico confirmata & recepta; neque enim aliâs statuta laicorum super rebus Ecclesiæ quid possunt, uti dictum sup. *De confir. nu. 30. & seqq.* Ratio est, tum ne contingat Ecclesias bonis spoliatas deseri, dum non est, unde alantur Clerici divino ministerio addicti; tum quia non sunt domini, sed tantum administratores; & licet cum libera, non tamen ut perdant dispensando, aut aliâs temerè alienando, *Gl. fin. in c. cum nobis 19. sup. de elect.* imò potius tutorum aut curatorum instar, qui res minorum curant, quorum jure gaudet Ecclesia, *c. 1. sup. De in integrum restit.*

2. Alienationis verbum hic non tantum denotat actum, quo plenum dominium in alium transfertur, cujusmodi est venditio, donatio, permutatio, institutio, legatum verum & per quem dominium utile transit, ut feudum, emphyteusis, aut jus in rem quaritur, ut pignus, ejusve usus diminuitur, ut usufructus, *d. l. 14. locatio in longum tempus, Extravag. Ambrosiana h. r. in communibus & similes, c. Nulli 5. h. r.* Ubi quod legitur, Alienationis nomine contineri *Conditionem*, erroneum est; nam conditionem esse alienationis genus est inaditum: uti etiam malè legitur ab aliis *Conditio*, aut *Conductio*, neque enim omnis conductio prohibita, imò permixta; ut dice-

tur infra, *t. De locato & cond. Apparet & transmissioem servorum Ecclesiæ utilium, alienationis nomine venire, c. 3. & 4. h. r.* quæ tum permittitur, si manu mittens Ecclesiæ restituere servi valorem, ita tamen, ut manu mittens posteritate maneat sub Ecclesiæ patrocinio. Benè meritum servum manu mittens aliam rem ejus non videtur teneri, *per can. de no. XII. q. 2.* Idem obtinet aliis in rebus mobilibus, ut relicto tanto earum procedat alienatio. *Si quis qualibet 56. XII. qu. 2.*

Si prælati, non obstante hac prohibitionem aliquam alienaverit, non tantum nullus est nullus, *c. 5. & 6. h. r.* sed & excommunicacionem incurrit tam is, in quem alienata facta, quam alienans, nisi in continenti eum fructibus restituatur, *d. c. 6. Præterea Pontificale aut Abbatiali dignitate fulgentes, propter alienationem, ingressu Ecclesiæ interdicuntur, & si in interdictione per sex menses perseveraverint animo indurato, suspenduntur a administratione Ecclesiæ. Inferiores Prælati, Rectores, & administratores Ecclesiarum beneficiorum, quorum bona alienant, curant hos ipso privati, ut tanquam vacantia possint aliis conferri liberè, *d. Extravag. Ambrosiana h. r.* Rebus alienatis nihilominus recuperantibus ad Ecclesiam, cui libet concessa licentia reponendi, quod omnium interfit res Ecclesiæ esse salvas *d. c. 6. in fine Vid. Suarez De leg. lib. 5. c. 7. n. 14. Sanch. in Decal. lib. 2. c. 24. n. 12.**

Unde quaritur, An ergo liceat curiam contra suum factum venire? Resp. Vulgare quidem esse Reg. Neminem contra factum proprium audiri? licet non jure perdat, *l. post mortem D. de adoptionib.* Sed ea admittit limitationem, & nomine proprio vellet contravenire, & suo commodo, non etiam si nonne tertii, cujus res alienavit, jure impedito & alienationem irritante. Sic & patet temerè alienatas res peculii adventitii liberacionum suorum revocat, ut multis tradit. *Pinel. l. 1. p. 3. n. 73. C. De bonis mater. & maritus alienatus temerè res dotales etiam stante matrimonio revocat, ut tradit Gomez ad l. 50. Taciturnitas 63. & Barbosa ad l. 1. p. 5. n. 15. D. Soluto marito. Nihil obstante juramento, quod improbat *c. Intellecto 33. sup. de jurajur.* Et esse hujusmodi revocationem decentem probat *Neu. Trid.**

Tract. De alienat. rerum Eccles. num. 23. ex D. August. can. Magna sapientia est revocare hominem quod male locutus est, XII. qu. 4.

Q. II. An supradictas pœnas incurrat ad longum tempus locans? R. Esse quidem prohibitionem locationem ad longum tempus, d. *Extravag. Ambitiosa*, ubi ejus factæ prohibitioni subjunguntur dictæ pœnæ, ut secundum strictam normam videantur & locantes ad longum tempus us pœnis subici. Verum, cum d. *Extravag.* contineat pœnam, eamque specialiter inferat iis, qui alienant; proprie autem non dicantur alienare, qui elocant ad longum tempus, sed improprie: posset videri, locantes non teneri istâ pœnâ, cum non soleat pœna ex impropria acceptatione verbi extendi. Quo facit, quod tradit Covarr. 2. *Var. Resol. c. 16. num. 2.* Prælatum, qui juravit non alienare, non incurtere pœnam, si ad longum tempus elocet. Quæ sententia est æquior, non obstante quod d. *Extravag.* post enumeratas alienationis species, subjungantur pœnæ, quia ratio hæc concernit eas, per quas fit proprie alienatio, in detrimentum Ecclesiæ. Alias etiam locatio facta ad quatuor annos, easdem induceret pœnas, quod absurdum. Quod si tamen fuerit facta ad tantum tempus, quod tendit ad alienationem, dici poterit dictis pœnis eam facientes subici ut si fiat ad centum annos, secundum Abbatem in *d. c. Intellecto 33. num. 10.* Quod tempus videtur concedere aliquod dominium, non etiam longum tantum, id est decem annorum ut probatum *D. Locati conditi num. 14.*

Q. III. An Prælati prædictas pœnas incurrat, relictam Ecclesiæ suæ hæreditatem sine causa repudians? Resp. Non videri propterea quod jus tantum requiratur causam & solemnitatem, de qua mox, in casum alienationis, repudiare autem non sit alienare, sed potius non acquirere. Neque enim hæreditas ante aditionem potest dici alicujus, cum demum aditione acquiratur, *ut. D. de acquir. hæred. c. C. de iure delib.* Facit eod. text. expressus in *l. Si sponsus 5. circa fin. D. de donat. inter vir. c. ux. in l. Quod autem 6. in princ. §. 2. D. Quæ in fraud. credit.* qui dicit, non deminuerit eum patrimonium, qui non acquirat, quod acquirere potuit. Vid. Sanchez de *matrim. lib. 6. Disp. 4. num. 11.*

Q. IV. Quid in repudiatione legati? Resp. Majus hæc esse dubium, ex eo, quod res legata sit in bonis legatarii continuo à morte testatoris, tunc enim dies cedit, & est actio in rem legatario, §. 1. *Instit. de legat. c. p. passim D. Quando dies leg. cedat.* Auger dubitandi causam text. in *l. Magis puto 5. §. fundum De reb. eor. qui sub tut.* ubi pupillus legatum fundum repudians dicitur alienare: per quem textum Valq. *De success. tomo 1. §. 27. n. 23.* tenet Prælatum repudiantem legatum incidere in dictas pœnas, quod tenet Pinel. in *l. 1. p. 3. n. 10. C. De bonis mater. & sequitur, ut probabilis, Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 9. c. 1. qu. 12.* Verum contra dicendum est, per text. *d. l. quod autem §. sed & illud*, ubi expresse dicitur, debitor rem repudiantem legatum non censeri alienare in fraudem creditorum. Non obstante, quod legatarius habeatur dominus continuo à morte testatoris; nam hoc civiliter tantum, non etiam naturaliter, ut necdum rem plenè habeat, atque adeo non dicatur alienare repudians; est enim repudiatio ejus, quod necdum acquisitum, *l. 1. §. decretalis De success. edito.* Nihil facit *d. §. fundum*, nam loquitur in casu, quo non tantum bona non alienanda, sed nec quidem lucra omittenda. Abbas in *c. Tit. 8. num. 9. sup. De his qua sunt à Pralat. Ferd. de Senis Conf. 9. Gomez 2. Variar. Resol. c. 14. num. 14. Sanchez. d. disp. 4. num. 12.* Hic tantum agimus de inducenda pœna, propter omissa lucra, quam dicimus ideo non extendi ad omittentes, quod tantum sit imposta alienantibus. Ut cum sit strictè accipienda, non debeat extendi ad eos, qui proprie non alienant. Quamvis non negandum, Prælatum sine causa & temerè repudiando legatum aut fideicommissum Ecclesiæ relictum, damnnum Ecclesiæ dare, & datum ex propriis bonis refarcire teneri, cum ex officio, & consequenter lege justitiæ, teneatur bene administrare; bona autem administrationi adversetur ista repudiatio. Probatur *can. quicumque XII. q. 4.* ubi etiam ob neglectum datum damnnum refarciendum Ecclesiæ, per eum, qui causavit: & per text. in *l. Quidquid C. Arbit. tut.* ubi tutor refarcit id, quod, cum potuit, non acquisivit pupillo: est autem Prælati instar tutoris, aut curatoris. Potest & Ecclesia petere restitu-

tionem in integrum, cum etiam ad lucrū omifsum restitatur, secundum *Gl. ad c. 3. V. restitui- mus* & ibi Abbas *n. 15. sup. de restit. in integ.*

8 Non tenet itaque alienatio rei Ecclesiasticæ, Canone, ut dictum, eam irritante. Ut res maneat in dominio Ecclesiæ, vindicanda ab ejus Oeconomo, cum fructibus & accessionibus medii temporis, *l. jubemus 14. §. sanè C. de sacros. Eccles.* salva pretii refusione emptori, quæ incumbit alienanti, *c. ad audientiam 9. h. t.* si bonæ fidei emptor fuerit, alias Ecclesiæ applicandum, *Gl. in d. c. 9. per d. §. sanè & Novell. 7. §. quia verò. * Prælati* quini in suæ mensæ, suumque præjudicium disponere possit, non est dubitandum, cum cuilibet sit liberum, sibi præjudicare. Cujus dispositio successori minimè oberit, cū res inter alios acta aliis non præjudicet, nec factum unus alterum obliget, nisi hæredem: non est autem hæres Prælati defuncti successor, cum jure novo succedat, non etiam defuncti. Unde est, quod de jure scripto non teneatur stare locationi rerum factæ per prædecesorem; ut dicitur *inf. tit. de locat. & conduct.*

10 Dicta de alienatione prohibita accipienda tantum de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, ex quibus loca pia reguntur atque illustrantur; & eorum Ministri alimoniam vindicant. *d. Extravag. Ambitiosa h. t.* Nares mobiles non pretiosæ, quæ servando servari non possunt, quin licite alienentur, est extra controversiam *l. Lex qua 22. c. l. Tutores C. de præditi minor. De annuis redditibus, cum inter immobilia censeantur à jure, Clem. Exivi §. cumque annui De P. S. idem judicandum, quod de aliis immobilibus: uti & de actionibus ac juribus circa res immobiles, quod earum jure censeantur. Sic & actio siue jus ad rem mobilem habetur loco mobilis, neque prohibitioni alienationis, de qua hic, est obnoxium. Abbas in *c. Nulli §. num. 9. h. t. Gall. 2. observ. 11. n. 10.* Nisi tale sit, quod servando servari possit, quale est, quod utilitatem adfert Ecclesiæ, ut indicat Navarr. *tom. 1. De alienat. rer. Eccles. n. 4.* Cujus ordinis rectè quis dixerit esse redditus annuos personales, qui aliquibus in locis inter res mobiles numerantur, & cedunt supersititi conjugi, secundum statuta, quæ mobilia supersititi concedunt: ut, cum fructum, Ecclesiæ adferant, servandoque servari possint, dicendi sunt contineri prohibi-*

tionem, de qua hic. Videntur & inter res mobiles pretiosas mancipia, Ecclesiæ utilia, collatæ, *c. 3. & 4. h. t.* quorum alienatio prohibita, nisi sint fugitiva, aut subitū manumissæ causa, relicto tamen tanto Ecclesiæ: non commutatio cum alio mancipio, nisi libertatis causa, *c. 3. & 4. inf. De rer. permutat. Hinc, ut Ecclesiæ super rebus suis magis foret curam, exigi solet à Prælati joramentum de non alienandis rebus Ecclesiæ, *c. VI super 8. h. t. & c. 2. de feudis.**

Cæterum ne contingat, quæ sunt in ventura commodū, verti in dispendium, & alienationem inhibitionem gravem esse Ecclesiæ, Cæteras eam limitantur, ut non proceat, si iusta causa alienationem postulet. Quam Primo pro necessitate, ut quia Ecclesiæ ere alieno gratia non potest aliter exonerari, *can. ea enim jus X. q. 2.* vel quia captivi aliunde redimantur, aut pauperibus alimenta præstentur. Sicut enim animæ hominum pretiosiores sunt & argento, ut earum servandam rationem quævis aurea argenteave ornamenta licet distrahantur, *can. Sacrorum 15. & can. aurum 10. q. 2.* Secundò, justam causam alienandi pro utilitate; ut si res sit sterilis, aut minus utilis pro ea distracta habeatur alia Ecclesiæ magis utilis, *can. sine excep. 52. XII. q. 5.* Nil enim hoc piaculi, distractis min⁹ utilibus, utilia reponantur.

Ubi non est satis, causa suadeat alienationem, sed & solemnitas accedat necessitate, quæ consistit in tractatu habito cum Capitulo, an expediat alienatio, aut iis quos res concernit, convocatis, quorum major & sanior pars consentiat simul & subscribat, *d. can. jure exceptione*: ubi forma præscribitur, quam licet in parte sequimur, non etiam formam præscriptam *Auth. Hoc jus porro scriptum C. De SS. Eccles.* etiam si sit relaxata in Decretum, quia non omnia ibi contenta habeat auctoritatem Canonis, ut diximus supra in Proemio & tractu Novarr. in *Tract. de alienat. rer. Eccles. num. 4. Azor. p. 2. lib. 9. c. 1. qu. 4.* Præterea requiritur accedat Superioris auctoritas, ejus scilicet cui Ecclesiæ, cujus res alienata, subest, quæ in Monasteriis exemptis est ipse S. Pontifex, vel saltem superior generalis Ordinis, habens quasi Episcopalem jurisdictionem, *Gl. in Clem. 1. V. propriè h. t.* In non exemptis consistit Episcopus.

Episcopi requiritur, etiam in Cathedralibus, aliisque inferioribus, *can. Abbatib. xii. q. 2.* ne quid temere Rectoribus Ecclesiarum fiat. Videtur autem secundum *d. Extravag. Ambitiosa*, non sufficere Episcopi consensus, aut alterius superioris, sed requiri ipsius Pont. cujus expressè iste locus meminit, cujusque adhibere consensus est tuncissimum. Quòd facit, quod Prælati hodie debent jurare, se non alienaturos quidquam rerum Ecclesie, inconsulto Rom. Pontifice, uti dictum paulo ante.

13. Quesitum hic, An consensus Superioris præcedere debeat? R. Omnino debere, nec subsequenter subsistere; ob id, quod requiritur per modum solemnitatis, & sit pro forma, secundum ea, quæ traduntur *Instit. De auctoritat. tur.* Et quamvis quidam consensu legitimo subsequenti præmissa cognitione, veliunt actum confirmari, hoc tamen non alias procedere potest, quam ex partium consensu: nam omisso cum ponat actum nullum, ille ratificari non potest, nisi ex mutuo partium consensu, ne alteri jus suum invito auferatur, aut invitum obligetur. Abbas in *c. Nulli nu. 5. in fine h. t. Wamels. conf. 287. nu. 3. & seqq.*

14. Q. II. An præsumantur solemnitates requisitæ intervenisse? R. Præsumi quidem facile in iis, quæ juris prohibitionem non habent, solemnitas intervenisse, quando nimirum ex vi & proprietate verborum solemnitas significatur, ea continetur, ut in *l. Sciendum 30. D. De verb. oblig. & s. si scriptum Instit. De inutil. stipulat.* etiam in aliis actibus, qui concepti talibus verbis, quæ non includunt eam vim, præcipue in prohibitis, ut in casu præsentis, sive ut ait Bart. Garf. & alii in *d. l. Sciendum*, solemnitas præsumitur, quæ est intrinseca, non etiam quæ est extrinseca, cum sine illa actus subsistere nequeat, ut ideo præsumatur intervenisse, sine hac autem subsistat. Ut non sit ratio, quare præsumatur, nisi instrumentum antiquitate temporis juvetur, Felin in *c. Sicut nu. 29. sup. De sent. & rejuat. Ayno Cravetta De antiq. temp. p. 3. Cavalcan. Decis. 48. nu. 28. p. 1.*

15. Q. III. An necesse sit, concurrat solemnitas cum justa causa? R. certum esse, citra causam necessitatis aut utilitatis alienatio-

nem nullius fore momenti, etiam in foro interiori. Ut nihil faciat decretum, vel Superioris approbatio, quia illa tantum requiritur, ut provideatur Ecclesie utilitati, & res ejus non facile alienatur. Facit, quòd Canones duo copulativè requirant, ut non sufficiat alterutrum solum, ne videantur frustra duo requisisse, neve hoc commentò ex privato admittentium iudicio in damnum incidat Ecclesia, & invita cogatur rem alienare, contra *l. Invitum C. De contrah. empt.* Quo modo in *d. Extravag. Ambitiosa*, alienatio contra formam ibi præscriptam facta declaratur nulla, Abbas in *c. ad nostram. 11. n. 8. h. t.*

16. Ex eadem ratione nullius erit momenti alienatio ex justa quidem causa, sed sine decreto, & approbatione Superioris facta, saltem in foro exteriori, quia deest forma requisita, quæ dat esse rei. Duaren. *De transact. c. 3. Sarmient. de redditib. Eccles. p. 1. c. 2. Vid. Wamels. d. conf. 287. & Conf. 288.*

17. Q. IV. An in foro interiori talem liberet justa causa? Hoc videri, si verè causa justa subsit, cessetque omnis fraus & dolus, & consenserint illi, quorum res agitur; tunc enim adfuit illa, quæ requirit jus naturale, quo sufficit justa causa, & consensus eorum, quos res tangit, ut non peccet alienans, nec is, in quem alienatio facta est, secundum Navarr. in *tract. d. alienat. ver. Eccl. n. 16. vers. Ex quibus.*

18. Q. V. An Prælati, qui juravit non alienare, inconsulto Rom. Pontifice, rectè alienet, occurrente causa, & servata forma? R. Hoc quidem videri posse; Primò per *c. 2. inf. De feud.* ubi, non obstante juramento de non infeudando de novo, inconsulto R. Pont. rectè tamen in feudum dat rem infeudari solitam. Secundò per *c. Ut super 8. h. t.* ubi similiter, non obstante juramento, possessiones minus utiles alienantur à Prælato, sive etiam commutantur pro utilibus, habito consilio & ad sensu sanioris partis. Denique accipiendum tale juramentum de illa alienatione, non etiam de licita, ne inventa in compendium operentur ejus dispendium. Dicendum tamen, non tantum esse perjurum talem Prælatum, ex eo, quòd juramentum hoc, cum sit licitum, sit & servandum, secundum dicta *sup. De jurejur. sed & incurrere poenas, d. Extravag.*

Aring. Ambitiosa contentas: imò & non valere alienationem, saltem juxta jus novum, per *d. Extravag.* introductum, quã abique consensu Pont. alienatio facta irritatur indistincte. Ita Joan. Andr. *c. ult. h. t. Abbas ibid. num. 7.* Azor. *p. 2. lib. 9. c. 1. g. 9.* Ut non obstant duo priora argumenta in contrarium allegata, & si qua iis similia, nisi dicamus ea continere alienationes jure permissas quas non irritat *d. Extravag.* ut dicemus *inf. Tit. 18. l. 20. Navarr. De alienat. rer. Eccles. num. 11. & 14.* Non obstat etiam tertium; quia jura indistincte prohibent alienationem factam non consensu Pont. aut non servatis ibi requisitis solemnibus. Non facit tamen juramentum Prælati, quin possit alienare res modicas, secundum *can. Terrulas xii. q. 2.* in quibus non est detrimentum Ecclesie considerabile. Facit & magna necessitas (quæ non patitur Pontificem consuli) alienationem esse extra noxam. Abbas in *c. fin. num. 8. inf. tit. 48. De Eccles. adific. can. Azor. d. c. 1. qu. 13.*

19 Q. VI. An requiratur ad valorem alienationis, res vendatur publica auctione? R. Non esse necesse, quòd nullibi ipsam requiratur per Canones, secundum *Rebuff. De alienat. rerum Eccl. num. 20.* cum passim requiratur tantum causa & solemnitas. Et licet jure civili hoc sit requisitum, per *Aurb. Hoc jus C. De SS. Eccles.* non tamen ea Auth. ligat, quamvis relata è Gratiano in Decretum, quia illi non fuit potestas attribuendi vim Canonis ut dictum paulò superius.

20 Q. VII. An consuetudo possit facere, ne requiratur Superioris auctoritas? Non videri quòd ea contineat gravamen Ecclesiarum, quas contingeret in damnum grave incidere ex commento necessitatis, vel utilitatis, privato ipsorum administrantium judicio, ut talis consuetudo rectè sit reprobata, *c. 1. sup. De consuet.* & quidem expresse in hac re, *c. fin. eod. in 6.* ut non possit introduci. Abbas in *c. Nulli hoc tit.*

21 Q. VIII. An præscriptio salvet omniam solemnitatem? R. Non aliam salvare, quam quæ nixa bona fide, & est xl. annorum, cum mala fides nullo unquam tempore purgerur, & rebus Ecclesie non præscribat nisi tempore xl. annorum: hoc enim solum currere contra Ecclesiam rescriptum *c. De quart. sup. De*

prescript. ejusque cursum non ante inchoatam morte Prælato, qui alienavit, *can. Inscr. dicitur xvi. q. 3.* ex ratione ibi subducta, quòd initium alienationis non exoptat ab origine æquiritatis, hoc est à bona fide. Quæritur etiam facit, ut non currat, donec veniat, in quem alienatio facta; cum & hic coartationis prohibitionem comparans rem, non possit dici esse bonæ fidei, *l. 7. C. De agric. & censu lib. 11.* ut ejus principium non sit bonum, quia ita non currat præscriptio, nisi eo demum motivo. *Wamel. Conf. 200. n. 4.* Loquitur autem textus iste de Prælato male alienante; non si bene alienaret, continet ab alienatione facta, etiam ipso vivo, præscriptio inchoata. *Guido Papa Decis. 150.* Vid. *Navarr. Conf. hoc tit.*

Q. IX. Quid si alienatio jure indistincta, facta tamen sit Ecclesie? R. Restitutio ei salvam esse, cum gaudeat jure minoris, quæ intra quadricennium est petenda, ut tradit *sup. De restit. in integrum.* Nisi hæc coartationis institutio, *c. pen. hoc s. c. 1. De restit. in integr. in 6.* citra injuriam ejus, contraque conceditur, cui pretium suum est salvum. In hæc sione ultra dimidium salva est restitutio, *l. 2. C. De rescind. vend.* ut dicitur infra *Tit. 17. De locatione rerum Ecclesie ultra centennium, quam etiam prohibet d. Extravag. Ambitiosa, commodius ageretur infra Tit. 18.*

TITULUS XIV.

De precariis.

SUMMARIUM.

1. Precaria sive Precaria quid?
2. Singularia in hoc contractu.
3. Precarium quid?

DE alienatione rerum Ecclesie prohibet in genere est actum. Ad species hæc adducitur, & primò de Precariis & Precariis proponitur. Uterque contractus liberalis, quamdam speciem continet, & contractus acm usus rei: ut in rebus Ecclesie regulatur

locum non habeat, quarum nequidem usus Ecclesie est intercurrendus. Dico regulariter non sine casu, quibus admittitur, ut jam dicitur.

Sunt hi duo contractus distincti. Nam Precaria, sive Precaria in singulari numero, *can. Precaria x. q. 2. Abbas in c. r. n. 3. h. r.* est contractus à Canonibus inductus [jure enim civili incognitus] quo prædii Ecclesiastici usufructus, remunerationis ergo, alicui roganti conceditur ad vitam, aut aliud certum tempus, *can. Hujusmodi x. q. 2.* Ad hujus concessionis valorem requiritur, Superioris interveniat auctoritas, quia continet quamdam alienationem, secundum dicta Tit. Superiori. Causa subitè rationalis, scilicet quia is, cui fit, in Ecclesiam bona sua contulit, *d. can. Precaria c. 2. h. r.* Alias successor non impeditur eam revocare, etiam si prædecessor sub gravi pœna se obligavit in casum revocationis, *d. c. 2.* Neque enim prædecessoris factum ligat successorem, qui potest & debet rescindere male acta prædecessoris.

Habet hic contractus quid singulare. Primum quod pro arbitrio concedentis revocari nequeat, *c. fin. in fine hoc tit.* cujus ratio consistit in beneficentia ejus, cui precaria facta. Secundo, quod de quinquennio in quinquennium sit revocanda, *c. 1. h. r.* Quæ conditio tacite intelligitur, idque ne fluxu temporis contingat rei penite memoriam, *can. Sapientia xxi. q. 2.* ubi etiam præcipitur ei, cui precaria facta, rem quam accipit, utiliter colat.

Precarium jure civili cognitum differt ab isto contractu, cum fiat ad certum tempus, imò ne quidem ex partium conventionem tempus admittat, *l. Cum precario 12. D. de precario;* sed ad libitum concedentis, cui rem precario datam revocare est liberum quancumque, *l. 1. D. d. r. c. fin. hoc tit.* Non debet tamen esse revocatio intemptiva, & præcipitata, sed ex arbitrio judicis dandum intervallum temporis, quo commode illi, qui precarium accepit, recedere à re liceat, cujus restitutione non semper commoda est occasio; ut si contingeret propter rerum dispositionem precario habenti non tam factum esse beneficium, quam injuriam, & noxamentum. Abbas in *d. c. fin. n. 12.* Revocatur non tantum

expressè, sed & tacite per alienationem, *d. c. fin.* Venit præstandus dolo & culpa lata dolo proxima, *l. Quasi sum 8. §. cum quoque D. d. r.* quatenus facta habentis res facta deterior, qua de re videantur tradita *D. h. r.*

TITVLVS XV.

De Commodato.

SUMMARIUM.

- 1. Commodatum quid?
- 2. Actio commodati duplex, directa & contraria.

Superiori vicinum est Commodatum, quo res datur alteri utenda gratis, ad certum tempus vel usum, eo finito restituenda. Est species aliqua alienationis, quoad usum saltem: ut in rebus Ecclesie non ita obrineat, nisi quatenus cessat ejus detrimentum. Distinguitur in eo à precario, quod ante usum concessum, aut tempus temerè non revocetur, *l. In re 17. §. sicut D. h. r.* Haber locum in rebus tam immobilibus, quam mobilibus.

Actio hinc est & directa ipsi commodanti, ut restituatur; usu aut tempore finito, & refarciatur, quatenus culpa commodatarii res facta deterior, etiam levissima; quando solius commodatarii causa agitur: nam si simul & commodantis, tantum levis culpa venit præstanda; & lata tantum in casu, quo commodatum iniuriam gratia solius commodantis, secundum distinctionem in *l. Si ut certo 5. §. nunc videndum D. eod.* Contraria est commodatario, ad repetendum, quod in rem insumpsit, & refundendum damnum, quod vel ex intemptiva repetitione rei accepit, vel ex re viciosa data, ne non tam decipiatur quam adficiatur beneficio, *d. §. in fine;* qua de re latius *D. hoc tit. c. In fin. Quib. modis re contrah. oblig. §. Item, in casu.*



TITULUS XVI.

De Deposito.

SUMMARIUM.

1. Depositi quid?
2. 3. Depositi actio directa ad quid datur, & ad quid contraria.

Depositum est contractus, quo res alteri gratis custodienda datur. Habet locum in rebus mobilibus, secundum nomen, etiam Ecclesie, quia non tam subest detrimentum, quam beneficium. Ad Custodiendam tantum datur non concessio usus, nisi aliter convenerit, etiam tacite, ut si pecunia non obsignata deponatur, l. Die 25. in fine D. h. t.

2. Duplex hinc actio est. Directa Deponenti datur, qua reperat depositum quandocumque, cum ei beneficium fiat, quod non datur invito; restituendum in specie, etiam pecunia numerata deposita, quatenus consignata, aut in specie deposita: nam si ad certam summam, non habita ratione specierum, summam in communi aestimatione reddi sufficit Bart. in l. Paulus 99. in fine D. De solut. Competit & eadem actio ad rei deteriorationem aut amissionem, que contingit dolo vel lata culpa depositarii; neque enim ultra tenetur, qui beneficium alteri prestat. De levi tunc tenetur, si deposito se obtulerit, quia promittere videtur diligentiam, aut pro custodia quid receperit, c. 2. h. t. quia tunc agitur etiam depositarii commodum. Ad usuras actio tunc erit, quando in mora est depositarius, l. 2. C. eod. Est enim hic contractus bonae fidei, in quo per moram usurae veniunt, quam bona fides multatam vult. Compensationis aut deductionis exceptio non juvat depositarium, propter perjurii periculum, quod promissio restitutionis ipsius rei ad libitum deponentis non ferat moram, quam injiceret ejusmodi exceptio, d. c. 2. Datur tantum contra ipsum depositarium, etiam Clericum, cujus nomine non potest impeti Ecclesia, que non debet gravari facto alieno, etiam Clerici: nisi res sit conversa in Ecclesie utilitatem, nunc enim æquum, ut qui sensit commodum, teneatur & ad onus, c. 1. h. t.

Contractus est depositario ad verus deponentem, ad id, quod nomine depositarii datur, ut quia in id impendit, aut ex vitio suo damnum accepit, ne officium suum sit illi damnosum, qua de re actum latius, D. hoc tit. & infra. Quib. modis re contrah. obl. §. Præterea.

TITVLVS XVII.

De Emptione & Venditione.

SUMMARIUM.

1. Pretium in emptione quale esse debet.
2. Res qua & qualis vendi possit.
3. Dos & donata propter nuptias vendi non potest.
4. Censuræ quid & quotplex.
5. Censuræ sive redditus realis emptio licita.
6. Non obstante, quod ultra sortem quilibet tenetur.
7. Reditus personalis est & extra usuras.
8. Satisfit argumentum contrariis.
9. Censuræ ad incertum tempus sive vitium, similiter licitus.
10. An & ad certum tempus constituitur?
11. Vendi res aliena potest.
12. Quo casu venditor emptori tenetur ad restitutionem.
13. Evictio quibus casibus cesset.
14. Ab emptione-venditione abesse fructus debet.
15. Læsiō ultra dimidium iusti pretii facit rescindi contractum.
16. Remedium l. 2. C. De rescind. vend. an emptore locum habeat?
17. Læsiō qualiter tunc constituenda.
18. In quibus rebus & contractibus d. l. 2. d. 1. 2.
19. Actio ex d. l. 2. adversus quem datur.
20. Et ad quid.
21. Re perempta an sit locus huic actioni?
22. Pacta, in hoc contractu usuraria.
23. Pactum de retrahendo inter creditorem debitorem an usurarium, ad intelligendum §. h. t.
24. Actio empti-venditi cui & ad quid datur.
25. Venditor tenetur præcipue tradere rem.

Superiores contractus ad eos, qui tenentur, spectant, subjunguntur illi, qui tenentur solo incuntur, inter quos est Emptio

venditio, cujus substantia consistit in communicatione rei & pretii per consensum. *

1 Pretium in pecunia numerata consistat necesse, alias transferretur in aliam contractus speciem. Sic etiam certum, secundum ea, quae sunt tradita D. *Instit. h. t.*

2 Res exultat, & talis sit, quae in commercio est: neque enim rei sacrae aut spiritualis, eive adnexa est venditio, citra labem simoniae. Venditio rei ad Ecclesiam pertinentis quamvis sit in commercio, non alias tamen tenet, quam concurrentibus requisitis, de quibus sup. Tit.

3 19. * Dotalis ne quidem consensu uxoris recte venditur, quod ejus alienatio sit à lege omnino inhibita, l. unica §. Et cum lex C. De rei uxori ad. uti nec donata uxori propter nuptias, nisi secundo post biennium consenserit, & sint aliae res viro, per quas mulieri sufficienter sit consultum super indempnitatem donatorum. Auth. Sive à me C. Ad S. C. Vellejan. aut venditio rei cesserit etiam in uxoris usum, & à tempore venditionis lapsi sint triginta anni; tunc enim sustinetur venditionem rescriptum c. 4. h. t.

4 Quæritur. An hoc jure recte ematur annuus census citra usuram? R. * Census à censendo, id est estimando dictum, nomen esse *pro censu*, id est variae significationis, Molin. ad *Consuet. Paris.* p. 2. in *proem. num. 7. & seq.* Frider. Martini *De jure Censuum cap. 1.* hic vero capi pro legitime constituto jure recipiendae annuae pensionis ex re vel obligatione aliena. Alium esse reale, qui rebus sive praediis est impositus; alium Personalem, qui in sola Personali obligatione consistit, sine hypotheca. Illum alium esse fundarium, quando dominus fundum suum in alium transtulit, eà lege, ut annuam pensionem ex eo præsteret, quae solarii nomine in jure venit, l. *Etiam 15. D. Qui potiores in pig. hab. ex eo*, quod pro solo pendatur, l. 2. §. *si quis nemine D. Ne quid in loco publ. alium Constitutum*, quem quis fundo aut rebus suis imposuit.

9 Quantum ad reditum sive censum reale, et si fuerint, qui illum ab usura non esse liberum contenderint, quos citat Covarr. 3. *Var. Ref. c. 7. num. 2.* quibus adde Guil. Bontium *Quodlibeto Lovanii habito de Usuris num. 3. & seqq. ex eo*, quod nomine pecuniae detur annua pensio, non citra usuram, cum pecunia

non fructificet: certum tamen est, esse extra labem usurariam, cum Martinus V. anno 1423. & Calixtus III. an. 1455. in *Extravag. 1. & 2. h. t.* eum permiserint, ut à labe usuraria alienum: siquidem usura tantum in mutuo constitat, in quo creditori competit repetitio, & conditio sortis suae prohibita; è contra census hujus sive reditus creditori, ad sortem à se numeratam condicendam, nulla competat actio, sed tantum jus recipiendi annui reditus, quod est loco mercis, & pretio considerabile, cujus nomine fors, tamquam pretium, soluta. Deinde potest quis talem obligationem super rebus suis alteri constituere & donare; quidni & vendere, & uti totam rem, ita & partem rei, censum ei imponendo alteri præstandum? Ut horum redituum constitutio habeatur à plerisque justa & æqua, uti videre est apud Covarr. *d. loco.*

Nihil movere debet, quod ultra sortem 6 quid recipiatur, quodque partiales pensiones tandem sortem vel exequent, vel etiam excedant; quia non emitur ipsa pecunia sive pensio, sed jus eam recipiendi, nec illa recipitur nomine sortis, sed nomine juris. Ut quod pensionum multiplicatione per partiales solutiones contingat excedi sortem, non sit estimandum, cum & fructus alicujus praedii percepti per multos annos ipsam praedium longe excedant, non tamen ideo damnetur emptio praedii. Deinde partiales illae solutiones multum habent incommodi, & subsunt periculo rei, quo aut interire posset, aut fieri litigiosa, & aliis, ut recte id ipsum compensetur per partiales solutiones, licet tandem excedentes pretium datum. Et hoc sive census sit perpetuus, sive redimibilis, sive irredimibilis; quae res nihil mutat nisi quoad pretium, quod minus dandum pro redimibili, majus autem pro irredimibili; sive sit reditus pecuniarius, cujus pensio in pecunia consistit, sive fructuarius, cui facit per partem suppurum, ut olei, frumenti, vini. Vid. Molin. *De contractib. usur. num. 17.* Navarr. *Comment. de Usuris num. 69. & seqq.* Gail. 2. *Obser. 7.* Gaspar. Rodericus *De reditib. annuis lib. 1. g. 4.* Fachin. 8. *Contr. c. 7. adversus Hotom. Fild.* Martini *De jure cens. c. 3. n. 137. & seqq.* & Molina *De Inst. & jure Disp. 38.*

Major quaestio est, An reditus sive census 7

FF perfo.

personalis sit licitus? R. Videri non paucis, esse illicitum. Primò, quod, cum pecunia sit sterilis, nullumque sui fructum præbeat, id, quod venit reddendum, non possit dici nisi lucrum ultra sortem, quæ salva manet ereditori, ut non possit videri intentum, nisi implicitum lucrum ex mutuo. Secundò, quod Martinus & Calixtus PP. approbaverint solos reales redditus, super fundis scilicet constitutos. Tertio, quod damnaverit Pius V. anno 1568. personales redditus; qui sine hypotheca in sola obligatione personali consistunt. Ita Navarr. *de Vjurijs n. 81. & plures alii, quos citat.* Verùm ulius etiam mere personalem passim recepit; & probabile est, nihil in se vitii continere magis huic, quam istum priorem, cum & in isto principalis obligatio ponatur in persona (quamvis in quibusdam locis requiratur, ut id ipsum exprimitur, alias cum repetiret obligatio) accessoria autem sit realis, pro securiori solutione. Quod patet ex eo, quod re supposita destructa, aut extincta, nihilominus obligata persona debitoris maneat, qui cogi non potest solvere totam summam, ut expr. scè habent dictæ Extravagantes: ut debeat manere persona obligata, cum PP. istis locis satis fateantur jus ad redditum manere, quod non potest esse nisi personale, extincta re, super qua ante positum. Et ita tenet Covarr. alios citans, *d. c. 7. n. 5. Molin. d. loc. cit. 22. Conradus De contractib. qu. 74. & seqq. Solus De just. & jure lib. 6. q. 3. art. 1. Lessl. De l. & i. l. 22. Dist. 4.*

8 Non obstat primum argumentum, quia non intenditur lucrum ex mutuo, sed tantum jus suspensionis, non secus atque in reali: & licet lucrum excedere possit per pensiones frequentes adhuc salva sorte, hoc tamen ex jure emptionis, non etiam mutui ratione, cum ad sortem non sit actio emptori, nec repetitio, uti est in mutuo. Nihil faciunt Extravag. Martini & Calixti, quæ approbant quidem redditus reales, non tamen ideo dicendi sunt improbate personales, cum de facto consulti Pontifices isti decidant tantum id, quod propositum erat. Constitutio Pii V. damnat quidem mere personales, ex recepta tamen sententia non obligat extra terras Pontificii patrimonii; sive quia non est extra eas promulgata, si-

ve quatenus est de mere personalibus damnandis, ex civili quadam magis ratione procedi quam divina ac naturali: ut Principes sacrosancti, eorumque subditos non liget. Ut tamen sit licitus super persona tantum constitutus redditus, est tamen cavendum emptori, quod periculo se exponit perdati summam principalem, quod facile sit personam obligatam ejusve heredem (nam & hic tenetur ad obligationes personales defuncti) fieri non solvendo. Hæc quoad censum personalem perspetuo.

Est & census qui ad incertum tempus constituitur, ut quoad vixerit emptor, quem talium vocant, de quo dubitari possit, an sit licitus? R. Hinc contra etiam iustitiam videtur, propter incertitudinem lucri, ut *l. Si ea lege C. De usur.* Ut si lucrum contingat datum sortem in duplum, triplum, quod plura excedere, hoc tantum casui sit imputandum, cum è contra contingere possit, ut immatura morte emptoris ipsa fors tota, vel bona ejus pars resideat apud venditorem: ut cum iste faciat nihil illiciti contingere ejusmodi tractum. Si tamen pretium commensuratum iuxta spem probabilem vitæ, aliarumque circumstantiarum, Covarr. *d. c. 7. n. 3. v. l. & hac Navarr. d. Tract. de Vjurijs n. 1. Molina Disp. 388.*

Quid si census constituitur ad certum tempus? R. Videri, ejusmodi census constitutionem non esse à labe usuraria immunem, cum salva exactione sortis, lucrum ultra eam contingat emptori, non sine labe; nisi exactionem cessans aut probabile periculum, etiam nomine pensio datur. Quod si fors non sit salva, sed tantum pensiones ad annos aliquos sint præstandæ, quæ junctæ sortem non excedant, nihil vitii talis contractus continet. Si vero excedant, videtur quidem abesse vitium usuræ, quod est circa mutuum, in quo est labe conditio sortis, quæ hic cessat, non tamen omnino abest, propterea quod ultra sortem lucrum resideat penes emptorem, per multiplicatas pensiones; quia nisi hac in materia lucrum cessans, aut damnum emergens, probabile: xp. n. futuræ, aut alud periculum rascuset, hujusmodi contractus non esset admittendus. Covarr. *d. loc. cit. 4.* Hæc ita, quatenus iusto pretio census emittit: quod major est in

perpetuo, id est non ad vitam, quam in temporali, id est ad vitam; majus etiam est in irredimibili, quam redimibili, cum gravius onus quod imponitur venditori per censum perpetuum, cumque irredimibili, gravius sit luendum, quia in re locorum consuetudines sunt attendendae.

- 11 Res sit propria, an aliena, parum interest, quantum ad contractum; nam & alienae venditio procedit, eo quod non tam jus in rem per eam adquiratur, quam in personam, & tradendo vacuum possessionem rei venditae venditor satisfaciatur. * Si tamen res evincatur, tenetur de evictione venditor emptori, D. C. De evict. idq; ex natura contractus, etiamsi nihil convenerit, l. Evicta 16. D. de Evict. ne cum aliena jactura lucretur venditor.

Quod tamen limitatur in c. fin. h. t. Primò, 13 Ut non alias procedat, quam si emptor motam super re litem denunciaverit venditori, cui poterant esse iustae defensiones rei: ut si denuntiatione omiserint, non habeat quod impetret venditori, sed sibi, l. Si parentes 20. C. d. t. Denuntiatione eam opus etiam in casu, quo venditor scit litem esse motam non obstante, quod certioratus non sit amplius certiorandus, nam ea regula obtinet, quando certioratio sit solum in eum finem, ut habeatur rei notitia, non etiam ut ultra adsumatur rei defensio. Nisi tamen denuntiatio fuerit remissa, aut non potuerit emptor denunciare, l. Si dictum 26. §. pen. C. l. Herennius 63. in princ. D. de Evict. quia nulla est emptoris culpa. Secundò, Si nihil possit imputari emptori; nam si propter ejus contumaciam fuerit res evicta, frustra ager, d. c. fin. quia non est aequum eam alii nocere, quam auctori. Si: & h. cum potuerit rem usucapere emptor, non usuceperit, vel omiserit exceptiones, non ager de evictione, ex dicta ratione d. l. 46. Tertio, si per injuriam iudicis res sit evicta, d. c. fin. quae non debet nocere venditori, qui culpa vacat. Cessat praeterea evictio si sciens rem alienam emerit, l. Si fundum 27. C. d. t. si convenerit de non praestando evictionem, l. Ex empto 11. in fine De actionib. empti & vend. habet enim quod sibi imputet emptor.

- 14 Vitium si quod rei subsit, dabit locum aedilicio edicto; de quo C. & D. eod. Praecipue tamen hic inculcat Pont. in emendo, vendendo cesset fraus circa praesuras & pondera, quam

committentes jubentur poenitere in pane & aqua triginta diebus, c. 2. h. t. ultra restitucionem injultè eo modo ablati. Mandat & Pont. exigi pretium justum & commode, nec vendi carius uni, quam alteri, ultra quam forum habet, praecipue transeuntibus cum quibus potius humaniter agendum, & ut agatur advigilandum Episcopis, c. 1. h. t.

Pretium excedens, etsi non ponat extra grave peccatum, non facit tamen emptionem rescindi; uti nec defectus pretii, nisi laesio excedat dimidium iusti pretii, c. 3. C. 6. h. t. l. 2. C. de rescind. vendit. Cujus ratio in eo consistit, quod non ob quamlibet laesionem fiat lites movendae, sed ob majorem. Quo modo non potest dici decipiens alterum circa pretium esse immunis a restitutione, cum expectet ad male ablata, aut aliena male detenta, quae restituenda sunt, ut dimittatur peccatum, c. Peccatum, de R. l. in 6. quatenus dicta laesio est alicujus momenti. Nam naturale est, ut inter contrahentes non semper servetur aequalitas praecisa; quia modicam laesionem mutua & tacita quadam indulgentia consentur contrahentes sibi invicem remittere, l. in causa 16. pen. D. De minorib. Ultra dimidium iusti pretii laesus esse dicitur venditor, quando non habet dimidium ejus, quod dedit.

Loquitur autem tam d. l. 2. quam d. c. 3. C. 6. de venditore laeso: ut dubitetur, An istorum locorum decisio habeat locum in emptore? R. Hoc omnino negare Cujac. in c. 3. h. t. C. 16. Obfer. c. 18. quod dicta loca tantum loquantur de venditore, quam necessitas rei familiaris compellit vendere pretio minori. Verum rectius & emptori accommodari postulat ipsa iuris & correlativorum regula, quae non patitur in uno correlativorum statutum in altero non obtinere; stante pari utrimque ratione. Nihil facit, quod d. l. 2. C. d. c. 3. tantam meminerint venditoris; hoc enim ideo, quia ita de facto consulti PP. & Imp. Non etiam obstat, quod necessitas magis impellat venditorem vendere: nam non tam in necessitate vis decisionis posita est quam in enormi laesione, quae cum tam contingere possit in emptore, ultra justum valorem dando, quidni & in eodem statuendum? Pinel. ad d. l. 2. p. 1. c. 2. in princ. Vide dicta ad t. D. De rescind. vend. n. 5.

- 17 Alia hic ventilata quaestio, Quo modo in emptoris persona sit constituenda laesio ultra dimidium? R. Communiter receptum esse, tunc dici emptorem laesum, quando rem valentem decem emittit sedecim, quod absint eidem sex, quae excedunt dimidium iusti pretii, quod est decem, *Gl. in d. l. 2. praxi recepta*. Verum dicta l. 2. *et d. c. 3. et 6. menti & aequitati consonum, tantum competere dictum remedium emptori, quando res valens decem est empta viginti & uno, aut valens quatuor est empta novem: nam tum demum abest, et priori ultra dimidium eius, quod dedit, eum pro novem tantum receperit quattuor. Et ita postulat aequitas inter emptorem & venditorem: quae enim est ratio, quod in venditore ut laesio ponatur, necesse sit plus duplo excedat valor rei pretium conventum, in emptore autem minus duplo sufficiat? Vetus hic Glossa: & Practicorum fuit error & paralogisatio, ut tradit Covarr. 2. *Var. Resol. c. 3. num. 8. Pinel. d. loco num. 4. et dixi ad D. d. tit. De rescind. vend. num. 6.**
- 18 Habet locum ista Decisio quando agitur de rebus immobilibus, aut mobilibus pretiosis: nam pro rebus quibusque vilibus concedere rescissionem, nec est ex mente legis, nec ex usu Reip. quae popularium liticulis in finitibus turbaretur, juxta dicta D. *eod. n. 10.* Loquuntur autem dicti textus de emptione-venditione, quorum decisionem communiter extendunt ad alios contractus, saltem bonae fidei, quatenus continent conventionem commutativam, ne quis alienam jacturam locupletetur, quae de re latius D. *eod. n. 17. et seqq. Pinel. d. p. 1. c. 3. in princ.*
- 19 Datur haec actio contra eum, cum quo contractum, non etiam contra tertium possessorem; est enim personalis ex contractu, rem ipsam non adiciens, l. *Dolus 10. C. De resc. vend. sive possessor habeat ab emptore causam lucrativam, sive onerosam: si tamen persona emptoris fuerit integra; nam alias possessor ab eo habens causam lucrativam conveniri posse videtur, ne locupletetur damno alieno, ut recte tradit Covarr. d. l. n. 10. alios citans.*
- 20 Non intentatur hoc remedium praecise ad rescissionem, sed alternativè, posito in electione ipsius emptoris, an velit pretium justum

supplere, an rem restituere d. l. 2. *et d. l. 2. et 6. et ex parte venditoris, ipse velit pretium excedens refundere, aut rem recipere, tum pretio restituito.*

Quid si res perierit? R. Frustrà venditor hoc remedium intentare, etiam ad pretii supplementum, quod praecise non debetur, ad quod praecise non potest cogi emptor, ut dictum, habeat electionem, & quod debet respectu certae speciei eius interitus reverti, juxta communem regulam hoc in casu a supplendo pretio, cum non superstitet, sed ius respectu illud suppleatur. Si tamen pretium apud emptorem extiterit ex re distracta interitum, non videtur immunitas a pretio suppleendo, quatenus habet, eo quod ratione pretii existentis apud emptorem videatur extiterit res, & praecipue ne videatur locupletari damno venditoris, in qua ratione est fundata rescissionis concessio. Emptorem re interitum nihilominus ad pretii superabundantiam restitutionem agere potest, est aequissimum, ut satis esse debeat venditori, habere iustum pretium, ne malo alieno diffeatur, Covarr. *Var. Resol. c. 4. num. 13. et dixi ad D. d. tit. De resc. vend. num. 30. ubi latior hujus rei in d. d. locus est, ut et ad d. l. 2. Cod. eod. tit.*

Admittuntur hoc jure hoc in contractibus etiam varia pacta: cuiusmodi sunt additio d. d. i. lex commissoria, retractus; nisi circumstantiae additae faciant subesse vitium contractuum, ut in specie *c. 5. h. 1. ubi pactum detrahendo inter creditorem & debitorem quod tamen omni jure est licitum* habetur scriptum labis usurariae.

Ubi dubitatur de ratione istius decisionis sunt, qui in eo ponant, quod cum usufructus in initium; verum hoc ex textu non convincitur. Alii in pretii exiguitate, verum nec hoc sufficit, cum liceat cuique remittere pretium. Alii in pacto de non retrahendo ante tempus verum & hoc licitum est, habita tamen ratione pretii, quia tale pactum rem facit pretio valere, quam sine isto valeret, propter fructus qui interea percipiuntur. Dicendum, cum Covarr. 3. *Var. cap. 8. num. 3. vers. Ex contrario*, in eo fundari decisionem Pontificis. Primum quod ex pacto isto redemptio sit facienda multo minori iusto pretio, imò infra

Amidum iusti pretii, ut patet ex textu *d. e. s. in vers. que vix*. Nam licet pactum istud faciat rem minoris valere, non tamen ita excessivè, ut quis possit videri suum iactare, non citra suspicionem. Secundò, quod relutio sive retractus certo tempore erat circumscriptus, non faciendus autè septennium, nec post novennium, ut interea fructus cederent emptori, quod non vacat vitio usuræ. Similis casus habetur ut in *ello vos inf. De pignorib. de quo ibi*.

24 Ex hoc contractu venditori est actio venditi, sive ex vendito, contra emptorem, ad pretium, non tamen antequam rem tradidit, vel tradere est paratus. Iniquè enim petit conventionem ab alio impleri, qui ipse non satisfacit, arg. *l. cum proponas 21. C. De pactis*. Emptori est actio empti, sive ex empto contra venditorem, qua petat sibi rem tradi, non quoad dominium, sed quoad vacuum possessionem, soluto tamen aut oblato saltem pretio, *l. Iulianus 13. D. de act. empti simul & fructus à tempore perfectæ emptionis perceptos per venditorem, propterea quòd continuò à contractu perfectò res sit periculo emptoris, ut eo nomine etiam commodum sentire debeat, ut traditum *Instit. h. t. s. cum autem emptio*. Quorum nomine vicissim ad usuras teneri emptorem venditori rescriptum est in *l. Curabit Cod. de actionibus empti*, citra labem, cum dentur in compensationem fructuum, cuiusmodi species non est reprobata, ut tradit Covarr. 3. *Variar. c. 4.* & multis probat Barbosa *ad l. s. nu. 38. D. Solutio matrim.* Quo modo si nulli fructus extiterint, non est, quate eorum nomine teneatur emptor ad usuras, nisi in mora fuerit post rem traditam. Non in contractibus bonæ fidei, cuiusmodi est hic, usuræ ex mora sunt præstandæ *l. 2. C. Depositi*. Quod iure Canonico non aliàs procedit, nisi quatenus mora causavit inter se venditori, ut dicitur infra *De usuris, & dictum D. de action. empti & vend. num. 24.**

25 Tenei autem venditorem præcisè ad tradendum, nec liberari offerendo interesse, aut æstimationem, ex eo clarum est, quod citra traditionem ejus, quod debetur, nemo se liberet, & quòd, solvendo aliud pro alio creditori invito, non contingat liberatio. Æstima-

tio autem aut interesse est alia à re vendita, quæ de re latius *D. d. rir. num. 12. & seq.*

TITULUS XVIII.

De locatione & Conductione.

SUMMARIUM.

1. Locatio-conductio quo modo contrahatur.
2. Habet locum etiam in rebus Ecclesiasticis.
3. Non tamen ad vitam alicuius.
4. Sed ad triennium àsumtaxat, ex Extravag. Ambrosiæ De reb. Eccl. non alien.
5. An facta ultra triennium subsistat ad triennium.
6. An rectè fiat pro duobus aut tribus trienniis?
7. An ut finito primo triennio, etiam secundo res sit conducta?
8. Hodiè¹, Extravagans non passim recepta.
9. Actio locati ad quid detur.
10. Conductor præstat dolum & culpam levem, non casum.
11. Mercedis remissio quando facienda.
12. Actio conducti ad quid competat.
13. Conductor ex quibus causis à locatore expelli possit.
14. Successor in beneficio an teneatur stare locationi per prædecessorem facta?
15. Emphyteusis quid?
16. Emphyteusis concessio quatenus permissa Prælati.
17. Emphyteuta cadit iure suo, cessans in solutione canonis.
18. An eo casu emphyteusis ipso iure committatur?
19. Partis solutione non evitatur commissio.
20. Sterilitas non excusat à solutione canonis.
21. Committitur & emphyteusis rei alienatione.
22. Venditio quando permissa.
23. In emphyteusim res datur melioranda.

Superiori similis est Locatio Conductio cum constet consensu in usum rei & mercedem certam, consistentem in pecunia numerata; nisi agatur de locatione fruendi, in quam venit pars fructuum, loco mercedis,

1. Si olei 21. Cod. h. t. uti latius probatum D. eod. num. 4.

2. Locum habet in rebus, quæ sunt in commercio, etiam Ecclesiasticis, c. 2. h. t. ubi dicuntur fructus decimarum ad firmam dati, id est locari, Nec mirum, cum per hunc contractum non transeat rei dominium, ne quidem utile, l. non solet D. h. t. cum tempus non sit modus domini transferendi, præcipue ubi aliud agitur, uti hoc in contractu, in quo agitur tantum de fructibus acquirendis: ut rectè dicat Imp. ex conducto possidentem non sibi, sed domino rei possidere, Præterea hic contractus non tam detrimet Ecclesiæ, quam ejus commodo sit, quippe cui annua hoc nomine pensio præstetur.

3. Ut tamen contractus iste non transeat in alienationem, prohibet, ne locatio ad vitam alicujus fiat, Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. aut ad certum tempus, longum scilicet, quale communiter habetur, quod est decem annorum. Ratio est in eo, ne contingat fluxu temporis perire memoriam, & Ecclesiam re sua privari. Quomodo supra Tit. 14. dictum precariam singulis quinquenniis renovandam. * Hac de causa Paulus II. in Extravag. Ambitiosa. De reb. Eccl. non alien. hoc tempus contraxit ad triennium, ultra quod strictè vetuit rem Ecclesiasticam elocari cum irritatione locationis protraxit in longius tempus Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 9. c. 2. & lib. 7. cap. 10. qu. 3.

4. Ubi quaeritur, An locatio facta ultra triennium, saltem subsistat ad triennium? Resp. Hoc videri posse, per Reg. in c. Utile De R. I. in 6. quæ habet, Utile per inutile non vitiari. Facit, quod donatio excedens quingentos solidos sit prohibita; non vitiatur autem nisi pro summa excurrente, Sancimus C. de donat. Verius tamen ne quidem ad triennium subsistere, cum contractus ejusmodi omnino annihilentur, d. Extravag. Ambitiosa. Pro qua parte facit ratio, quod in illis, quæ pendent à voluntate duorum, & agitur de contrahenda obligatione, si actus non valet, ut agitur, non valeat quoque ut valere potest, ne contra mentem ad aliquid teneatur altera partium, in sui dispendium, cui non est tam commodum pro triennio tantum habere rem conductam, cum sumptus faciendi etiam in plures annos

possint proficere. Adducta pro altera parte habent in iis, quæ separationem facile admittunt, & mens partium non refragatur. Coram 2. Variar. Resol. cap. 16. num. 8. Azor. d. c. 1. qu. 4. & d. cap. 10. qu. 4.

Alia hic quaestio est, An rectè fiat locatio pro duobus aut tribus trienniis, ut tot fructificationes, quot triennia, & uno finito altera incipiat? Resp. Baldum velle, non esse juri communi contrarium hujusmodi contractus l. voluntas C. de fideicom. ut tradit Covarr. loco num. 4. quo teste communis contractus receptum, quod per ejusmodi locationem legi fraus, ex continuatione diversorum temporum; ut patet ex Nov. de non alienat. p. 3. vers. neque illud; ubi non potest restitui di in emphyteusis, ut una generatione finita altera in hæretur, cum ea res tendat per continuationem in rem Ecclesiasticam alienationem. Quo casu licet unus sit contractus, non tamen vitiosus nisi pro ea parte, cuius repugnat; cum contractus iste divitibus admittat, ut pro parte valere possit, jura l. sancimus. Sarmient. Select. Inverp. d. ad l. num. 2. D. de leg. 2. Azor. d. c. 2. qu. 3.

Quid si convenerit, ut finito primo triennio, etiam secundo habeatur res conducta Resp. Et hanc conventionem non tenet quoad secundum triennium, si ab initio facta sit in una scriptura, quod fiat fraus legi. Si autem non fiat mentio secundi triennii, sed promissio sit facta, non tamen potest dici locatio secundum promissionem ad alterum triennium extensa, cum promissio hujusmodi non tendat, quæ ut locatio prior finita teneatur conventionem. Quod nihil habet improbi, cum eidem conductori res sine vitio iterato elocatur. Azor. d. c. 2. qu. 3. vers. Dubium est.

Hæc ita in locis, quibus dicta Extravagatio usu est recepta: nam in plerisque recepta non est, aut si recepta aliquando, contracta consuetudine abrogata, cum passim in plures annos fiat ejusmodi locationes ultra triennium, non tamen nisi intra longum tempus, quæ excedens locatio videretur sapere quantum alienationem, hoc jure prohibitam, proprio oblivionem rei ad Ecclesiam pertinentem, quæ induci posset, uti dictum, Vid. Nav. in Manu alii c. 27. num. 149. Azor. d. c. 2. qu. 1.

9 Duplex ex hoc contractu, uti ex præcedenti est actio. Altera locati, qua locator conveniam mercedem, etiam solo consensu exigat; cum præter consensum ad huius contractus substantiam nihil desideretur: simul & usufras, ex mora; quia contractus est bonæ fidei, in quo usura præstantur ex mora, l. 2. Cod. hoc 2. Rem restitui petat, usi & tempore, ad quod locata, finito: item restitutionem deteriorationis circa rem datæ ab ipso conductore, quatenus ejus arguitur culpa.

Culpa autem venit levis, quia contractus hic utriusque respicit utilitatem, secundum decisionem l. Si ut certo §. nunc videndum D. Commodati. Quod facit & Contractus 23. De R. I. quæ ait, in hoc contractu præstari dolum & culpam, scilicet levem; nam ea culpa simpliciter posita nominæ venit, non etiam levissima, ut patet ex §. præerea Instit. Quib. modis re contrab. oblig. nisi quis artem & industriam certæ rei professus operam suam locaverit, ut in l. Merces 25. §. qui colummam D. h. r. Casum non venire, sed domino cedere, postulat ratio d. l. 23. De R. I. nisi aliud habeat pactum.

10 Ita tamen ad mercedem urgendus conductor, nisi sterilitas aut calamitas usum rei impeditur, quæ facit vel totam mercedem remitti, vel partem ejus d. l. 25. §. vis major hoc 1. Neque enim ratio fert, ut qui ex re nihil percepit, vel parum, cogatur solvere mercedem integram; nisi tamen cum ubertate præcedentis anni vel sequentis compensetur sterilitas, cap. 3. h. tit. Et l. ex conducto 15. §. si uno. D. eod. In solitam sterilitatem, non præcedente aut subsequente sterilitate, non causare argumentum Pensionis, verior habet opinio, secundum Pinel. ad l. 2. p. 1. cap. 3. num. 34. C. de rescind. vend. per d. §. vis major, in verbis, cui immo dicitur lucrum non auferunt. Vide plura de hac materia ad D. h. r. n. 20. Et seq.

12 Altera, quæ ex hoc contractu oritur, actio conducti datur conductori, qua liberum usum rei ad tempus conventum præstari petit, qui nisi præsterit, ad interesse ei actio est contra locatorem, d. l. Ex conducto 15. §. pen. D. hoc tit. Nisi aut casu aut vi maiore impediatur, tunc enim sufficere pensionem remittere, non etiam ad interesse tenebitur, ne quis citra culpam puniatur, d. l. 15. §. 2. Et seq. * aut

nisi locatorem causa excuset, quæ quadruple refertur in cap. 3. in fine hoc tit. Et l. 3. Cod. eod. Primò. Si propriis usibus rem sibi necessariam probaverit dominus: ipse enim potior est, si tamen non erat eadem necessitas locationis tempore, d. cap. 3. quia alias foret quæstra fraus. Secundò. Si res egeat necessaria refectione: nam licet possit aliqua subesse injuria conductoris, illam tamen non causavit locans, ut proinde eam non luat, sed satisfaciat pensionem remittendo. III. Si in re conducta male versetur conductor, etiam si sub pona convenit, ne expellatur: nam subest ea conditio, ut colat ad modum boni patrisfamilias, arg. l. Quæro 54. §. inter D. hoc tit. IV. Si mercedem biennio continuo solvere distulerit: ea quippe subest conditio, si pensionibus paruerit, etiam si convenit, ne expelleretur ante tempus, d. §. inter. Eadem actio est hæredi conductoris contra hæredem locatoris, l. Ex contractibus 49. D. de oblig. Et actionib. qui personam repræsentat defuncti. Contra singularem successorem hæc actio non est saltem de jure scripto, l. 9. Cod. h. r. ubi emptor non tenetur stare colono, nisi ea conditione emerit, quam tenetur servare. De consuetudine in aliquibus locis contra se res habet, quia perfertur conductor emptori & alii singulari successori. Vid. Gomez 2. Var. c. 3. n. 19. & dicta de his ad d. h. r. n. 33. Et seq.

Controversum est, An successor in beneficio teneatur stare locationi factæ per lecessorem? Resp. Hoc velle Angelum C. num. 6. eo argumento, quod in consideretur tamquam successor universalis. Cujus opinio vera erit, si locatio facta fuerit à Prælato, tamquam administratore, in utilitatem Ecclesiæ, per l. Si ruela 8. D. de administr. Et peric. tutor. ubi tutoris factum tenet pupillum, quia legitimus administrator: ut idem in Prælato dicendum sit, cui secundum Gloss. in can. fin. v. q. 3. liberior administrandi res Ecclesiæ potestas, quam tutori. Aliud est si à possessore beneficii proprio nomine res beneficii elocata fuerit, qui cum jus restrictum ad vitam tantum habuerit, non potuit ultra elocasse, & obligasse, pro tempore, quo sua non erit, per l. fin. in fine. D. contr. emp. Facit quod uti infra Tit. 25. dicitur, beneficium obtinens

73

non fit nisi loco usufructuarii, cuius morte finitur locatio, ut ne quidem ejus successor universalis teneatur, *l. si quis dominum 9. §. 1. D. hoc tit.* Multo minus singularis; qualis est hoc casu successor beneficii, qui non succedit in jus prædecessoris, quod morte ejus extinguitur, sed novum creatur tempore novæ collationis, in eumque transfertur. Hæc quidam limitant, nisi Superior approbaverit ejusmodi locationem, sed minus rectè, quia ne quidem Superior pro lubitu suo potest futuri Prælati aut beneficiarii jus deminueri nisi ex causa. Unde rectius dicitur, si Superior pro lubitu suo super certa re stipendium constituerit, quod, ut potest rem istam mutare, & aliam loco stipendii dare, ita & elocando successor præjudicare: nam cum quod plus est conceditur, ei quod minus est, non denegatur, Vide Covarr. 2. var. Resol. c. 15. num. 6. Barbosa in *l. Si filiosam. 25. §. fin. num. 17. D. Soluto matrim.* Wam. Conf. 324. n. 6. 9. 11. h. t. & Conf. 326. Hæc ita de jure: nam secundum statuta quorundam locorum locatio ad parvum tempus tenet successorem, etiam singularem.

De Emphyteusi.

Hæc de locato-conducto. Fit & mentio hoc in Tit. Emphyteuseos, quæ etiam venit sub nomine alienationis, ut patet Extravag. *Ambrosia De reb. Eccl. non alienar.* Per eam enim deminuitur ius domini, cum fit contractus, quo res alteri possidenda traditur, quasi jure domini sub lege annuæ pensionis & meliorationis. * Quo modo etiam prohibita Prælati nisi accedentibus solemnitatibus, de quibus supra Tit. 13. Et hoc ut res de novo in emphyteusim dentur; nam quæ solitè dari in emphyteusim, si ad ecclesiam revertantur, non impeditur Prælati iterum in emphyteusim dare; non obstante juramento, quo se non alienaturum res Ecclesiæ obstrinxit. *arg. c. 2. inf. de feudis.* Facit ratio, quod non tam alienet, quam non adquirat, aut non utatur, nisi in usum, ad quem destinata: quatenus tamen durat prima concessionis causa; nam ea cessante, videtur alienatio per Canones prohibita, ut vult Abbas *c. Vi super 8. num.*

10. *sup. tit. 13.* Quod & dicendum, si Ecclesia fuerit res incorporata, ut non possit Prælati salvo juramento, de novo rem in emphyteusim dare, *d. c. 8. ubi Innoc.* quod alias latere esset, *d. c. 2. inf. de feud. ubi dicitur plerum.* Transit hæc res in hæredes, etiam extraneos, secundum leges primæ concessionis, quæ tamen quandoque ad suos restringitur. Fama & interdum post certam generationem, ad quam restricta.

Habet autem Emphyteustes conditiones, Prima est ut annuus solvatur canon, in quo si cessaverit emphyteuta per biennium cadit jure suo, quoad Canonicam emphyteusim, *c. fin. h. t.* Nam in civili requiritur triennium, *l. 2. C. de jure emphyt.* non concessa moræ purgatione, quam Canones admittunt ut expressum, *c. fin. h. t. in verbis.* Nisi celebri satisfactio sibi consulisset. Ubi aliqui celeberrimam satisfactionem eam vocant, quæ fit ante citationem iudicalem: quod non ferunt verba *d. c. fin.* quod habet, non requirit nuntiationem ad hoc, ut mittatur. Unde moræ purgatio ad modicum tempus referenda; quod aliqui decem dies existimant, per *l. Promissor §. 1. D. de constit. p. aliqui*, quia non fit determinatum, iudicis arbitrio delinquant. *Glos. & Abb. d. c. fin.* Rectius dicitur purgatio in cententi faciendâ, per biennium, quia continuè jus quæsitum domino declarandi rem committam.

22
23
Quætionis est. An ipso jure dicatur commissa? Resp. Probabilius esse ipso jure non committi: tum quia mora purgari potest, tum jure Canonico, secundum iam dicta, tum etiam quia requiritur declaratio domini, quam indicet se habere rem pro commissa, non satisfaciat sola dilatio, præcipue cum agitur de pœna, quæ non facile inferenda sine veritate, & non nisi positis requisitis. *Inf. in l. 2. n. 6. de iur. emphyt.* Inter requisita autem esse, ut dominus declarat voluntatem, ut ante eam declaratam non possit dici esse locus committendi. Post declarationem non tantum iudicalem, verum etiam extrajudicalem, commissa quin habeatur res, non est dubitandum, *d. c. 2.* Non licet tamen domino propria auctoritate expellere emphyteutam, quod nemo nisi iudex dicat, sed hoc agendum auctoritate publica. Vide plenius de his dicta ad *D. h. t. n. 34.*

19 Hæc ita procedunt, nisi sibi præjudicaverit dominus, recipiendo pensionem debitam, quia videtur remittere caducitatem. Partis solutio non excusabit emphyteutam, quia pro parte non rectè solvitur. Qua ratione, uno hæredum pro parte sua solvente, non evitatur commissio totius, *argum. l. Hæredes 25. §. idem juris D. Fam. etc. §. dixi ad D. eod. nu. 78.* Ut nec excusabit compensatio, cum fiat ipso jure; hic autem requiratur factum hominis agnoscentis Dominum superiorem, secundum dicta *ibid.*

20 num. 80. * Sterilitas etiam non excusabit, quia non datur canon tam ratione fructuum, quam recognitionis domini, quod manet & proinde recognoscendum, quatenus poss. hio est peccus emphyteutam: quæ si auferatur, redacta in hostium potestatem, aut alias perdit, liberabitur etiam à canone præstando emphyteuta, quia non est, cujus nomine præstetur. Vide de hac re tradita *D. eod. n. 38.*

21 Secunda conditio est, ne res alienetur, l. 3. C. De jure emphyt. quia interest Domini, rem apud alium esse, propter actionem personalem, quam non debet cogi transferre in vitus. Alienationis nomine quilibet actus venit, quo res Dominum mutat, ut etiam donationem sub ea concludi rectè dixeris. Sit tamen alienatio perfecta per traditionem, nam ante cum res in bonis emphyteutæ maneat, non potest dici alienata.

22 Moderatur autem Imperator istam alienationis prohibitionem, ut non procedat in venditione, quam permittit citra metum commissionis, quatenus tamen emphyteuta Domino venditionem denuntiavit, & ille vel recusat emere, vel post denuntiationem bimestri siluit, *d. l. 3. §. c. fin. h. t.* Cujus ratio posita videtur in necessitate emphyteutæ, qua posset premi, aut etiam lucri amissione: ut non facile trahatur ad alias alienationis species, in quibus non est eadem ratio. Exceptio enim ex causa venditionis sumat regulari quoad casus non exceptos. Debetur autem eo casu ipsi Domino honorarium, non pro lubitu Domini petendum, sed restitutum per *d. l. 3.* ad quinquagesimam pretii partem sive æstimationis, quod vulgo Laudemium dicitur.

23 Tertia conditio est, ut res melior fiat, secundum nomen, & concessionis rationem. Daban-

tur enim olim agri deserti & minus fertiles aliis, ad culturam redigendi, ut in eo peccans fundum potius negligendo, videatur expelli posse, *arg. c. 3. in fine h. t. §. l. 3. C. Locati.*

TITULUS XIX.

De Rerum permutatione.

SUMMARIUM.

1. Permutatio quid, & qualiter fiat.
2. Prohibita in rebus Ecclesie.
3. Etiam in mobilibus Ecclesie utilibus.
4. In beneficiis transactio quatenus prohibita.
5. Spiritualium inter se commutatio licita, accedente Superioris auctoritate.
6. An, ea omissa, sit obnoxia visio Simonia?
7. Tractatus prævius de permutando an sit locus?
8. Superior quis hic dicatur.
9. Auctoritas Superioris an generaliter & indistinctè requisita?
10. Legatus à Latere rectè admittit permutationes.
11. Item Capitulum, Sede vacante.
12. In beneficio juris patronatus an & quatenus requiratur consensus patroni.
13. Beneficium unum cum unico aut pluribus permutabile.
14. Beneficia inæqualia rectè permutantur.
15. Vti & beneficium, habens fructus cum alio non habente fructus.
16. Excessus tamen non potest compensari pecunia.
17. Vt neque in beneficio digniori cum simplici tenuiori.
18. Inæqualitas in fructibus an suppleri possit.
19. An rectè pensio detur in supplementum excessus hujusmodi.
20. Beneficium manuale cum alio simili permutari potest.
21. An & beneficium commendatum?
22. An jus in re cum jure ad rem?
23. An beneficium litigiosum cum alio non litigioso?
24. Quid si alter tantum apparens jus habeat?
25. Quid si quis spoliandus sit beneficio?

26. Penſio an rectè cum beneficio permutetur.
 27. Beneficium non rectè permutatur cum alio jure ſpiritali.
 28. Permutationem non impedit gratia expectativa.
 29. Impedit eam reſervatio per Pont. facta.
 30. Permutationis effectus.
 31. Reſignatione ab uno facta, altero recuſante, eſt locus poenitentia.
 32. An tunc ſit opus nova collatione?
 33. In permutatione hac an habeat locum l. 2. C. De reſcind. vend.
 34. Reſignatio beneficiorum alia libera, alia non libera.
 35. Reſignationi qua pacta obſint.
 36. Reſignatio ab infirmo facta quando teneat.
 37. Reſignatio publicanda, & intra quod tempus.
 38. An & ea, quæ ſit ex cauſa permutationis?
 39. Publicatio quo loco faciendæ.

Permutatio ad contractus innominatos pertinet; eſtque rei unius ad alteram mutua præſtatio, ut colligitur ex l. 1. D. h. s. Non capie initium niſi ex re tradita, cujus dominium hinc inde transferendum: ut proinde neceſſe ſit, permutantes ſint rerum Domini, neque enim rei alienæ ſubſiſtit permutatio, d. l. 1. §. ſi deo que. Ex quo apparet, quatenus ab emptione differat.

Pertinet ad alienationis ſpecies, c. nulli §. ſup. tit. 13. de reb. Eccl. non alien. ut rebus Eccl. ſia ſit prohibita, niſi ſub ſit cauſa, & accedat ſolemnitas, de qua d. tit. 13. & expreſſè reſcriptum c. 1. & 2. h. s. Quo modo accipiendum c. 6. h. s. quo diverſarum Eccleſiarum fundi permutantur, ita poſtulate utilitate, quæ colligitur ex eo, quod res alterius Eccleſiæ alteri ſit magis vicina, atque ita commodior. Ubi etiam declaratur nihil in ſe involvere indecentiæ, ſuppleri quantitate, quatenus alterius res alteri præponderat, ad ſervandam æqualitatem, ceſſante vitio Simonia, cui non eſt locus in permutatione rerum temporalium. Ubi tamen cavendum, ne occasione jurium ſpiritalium, quibus altera præponderat, aliquid temporale veniat, d. c. 6. in fine. Inconſulte facta permutatio à Præſb. retractanda, non tantum à ſucceſſore, d. c. 2. v. etiam ab ipſo Præſb. qui alienavit, ſecun-

dum tradita ſup. d. tit. 13. n. 3. in fine & a. * Quæ commutandi prohibitio etiam locum habet in mobilibus, quæ utiles Eccl. ſia, & mancipiis, quæ non niſi libertatis cauſa commutanda, nec diſtrahenda niſi ſup. va. §. 3. & 4. h. s. quia non utilia.

Quantum ad beneficia, in iis gratuita poſitio admiſſa, non etiam tranſactio, c. ſup. eo ſup. de tranſact. quod non ſit extra laboriſimoniam, ut ibi dictum, ſaltem in ita parte privata partium: nam judicis auctoritate arbitraria poteſtate factam non reprobat. cit bonum pacis & utilitatis concurrens quæ eam ſua ſit, c. Niſi 21 ſup. De præben.

Spiritualium inter ſe commutatio nihil detur mali includere; veluti beneficiorum Superioris accedat auctoritas, quam juſſim requirit, c. quaſtum §. h. s.

Ubi Primò dubitatur, An omniſia Superioris auctoritate permutationem faciat obnoxiæ moniæ vitio? Reſp. Eſſe, qui jure divino ſimoniacam cenſent, quo ſecundum præceptum Chriſti, Matth. 16. gratis acceptum non debet gratis, ſed pro alio, quod ſit loco pretii. Verum hoc ſuſtineri non poteſt, cum beneficium clericale ſit quid ſpirituale, ut commutatio unius pro alio, ſi pure fiat, id eſt, ſine adjecto vel reſervationis alicujus temporalitatis, ut ſolius juris divini Simonia non ſit obnoxia. Quod & jure Can. dicep dum videtur, ut hoc fieri nequeat, ut res ſpiritalis habeat rationem pretii in quo conſiſtit ſimoniacæ pravitas. Eſt enim de ratione pretii, ut ſit temporale & materiale, quale hic non eſt beneficium. Nec videtur rectè dici, temporale eſſe miſſum ejuſque ratione poſſe eſſe fundamentum Simonia prohibita: nam temporale illud tantum acceſſoriè venit ut non ſit in conſideratione, ſed id tantum ſpectetur, quod eſt pretiale, quale hic eſt ſpirituale. Facit, quod, ſi permutatio iſta foret ſimoniacæ, non poſſet beneficii auctoritate Episcopii, qui non poteſt diſpenſare per jure communi. Verum communis opinio habet, eam ſimoniacam, circa auctoritatem Episcopii, factam de jure Canonum: per Canones enim rectè fieri prohibita, ut ratione prohibitionis ſit talis, non etiam proprie, quæ non intervenit quid temporale pro ſpirituale. Fundamentum ponunt in d. c. quaſtum §. h. s.

quod habet, præbendarum commutationes nõ fieri de jure, præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia aut us adnexa labem semper continet simoniacam. Ubi pactionem aliqui accipiunt de ea, quæ venit temporale dandũ ultra beneficium: quod dici nequit, cum ejus rei non fiat mentio d. c. 5. nec decisio subiecta respondeat, scilicet quod commutationes præbendarũ sunt prohibita. Ratio prohibitionis et Canones consistit in temporalibus quæ sunt adnexa beneficiis, licet accessorium: nam contingit ordinem perverti; accessorium magis amari, quàm principale; ut, pro dolor! non infrequens hac in materia; atque ita ejus causâ peccari. Quod vult vertere Ecclesia, prohibendo, ne aliàs habeatur rata commutatio, quàm auctoritate Episcopi. Vid. Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 29. q. 2. c. 3.* Suarez. *De Simonia lib. 3. c. 31. c. 32. Less. De Just. c. 3. lib. 2. c. 35. dub. 3. c. Dub. 4. n. 30.*

7 Q. II. An ergo nõ liceat partibus inter se prius tractate negotium de permutatione? Resp. Possibile videtur, non licet, esse, per d. c. 5. ubi propter pactionem præmissam dicitur consuetudine labens contrahere simonia: quod videtur velle Innoc. d. c. 5. Verum dicendum, nihil habere mali tractatum prævium de permutatione, quando quidem ille non ponat consummatione actus, sed preparationem tantum; quæ moraliter loquendo prohiberi nequit, si permutatione præmissam velimus. Nihil obstat d. c. 5. quia reprehendit actus consummatione propria auctoritate. Quod facit c. s. h. e. in quo Pont. non tam improbat tractatum permutationis, quàm permutationem ab altera parte completam. Imò licitum etiam est partibus, permutatione ipsam concludere, præbendo mutuum consensum, in ordine tamen ad consensum Prælati, ut colligitur ex c. 1. eod. in 6. c. 1. eod. etiam cum obligatione de perseverando in ejusmodi consensu; quia nihil habet ista res mali aut prohibiti, non seclusa auctoritate Prælati, per quem res consummetur, & in cujus manus resignatio facienda venit, non etiam immediate in manus partis, à qua non potest accipi beneficium citra vitium, quia non foret collatio Canonica, c. 1. De R. I. in 6. Vid. Silvett. in *Summa V. Permutatio 2. qu. 5. Az. d. c. 29. qu. 18.* Suarez d. c. 32. n. 8.

8 Q. III. Quis hoc casu sit Superior? R. Passim mentionem fieri approbationis per Episcopum

facienda, d. c. 5. c. 1. in 6. Cujus ratio est tum quod nemo se liberet propria auctoritate, aut renuntiet beneficio, nisi coram suo Superiore; tum præcipue, quia ad Episcopum spectat beneficiorum collatio jure communi, ut ipsius sit, providere, fiat dignis, etiam ex causa permutationis. Ubi nomine Episcopi videtur venire omnis ille, qui habet jurisdictionem Episcopalem, etiam si Episcopus non sit. Verum cum præcipua ratio in eo consistat, quod non possit novum beneficium obtineri citra collationem Canonica, d. c. 1. De R. I. in 6. qualis est, quæ facta per eum, ad quem collatio spectat; spectat autem non raro etiam ad inferiores, uti Decanum, Capitulum, & alios; videtur eorum sufficere auctoritas ad concludendam & exsequendam permutationem, quod carens censentur habere Episcopalem jurisdictionem. Quæ sententia probatur c. 1. eod. in 6. quod tantum dat Episcopo auctoritatem approbandi permutationem beneficiorum, quorum collatio ad ipsum spectat; ut, si non spectet, requiratur collatoris ordinarii consensus, qualis cum possit esse inferior, secundum dicta, videtur ejus approbatio sufficere. Et hæc sententia apparet valde verosimilis, prior tamen quia communior, etiam in praxi tutior; nisi consuetudo præscripta inferiori collatori licentiam concesserit; quæ valida est, cum secundum omnes jurisdictionis præscribi possit. Aliàs, cessante consuetudine ista, approbatio permutationis faciendæ per Episcopum, collatio autem per eum, ad quem de jure vel consuetudine spectat. Vid. Azor. d. c. 29. qu. 4. Suarez d. c. 32. n. 9. Less. lib. 2. c. 34. dub. 36. n. 196. Garl. de Benef. p. 1. c. 4. n. 68. c. 1. seq.

Q. IV. An approbatio ista per Superiorem generaliter sit requisita, citra exceptionem? Resp. Innoc. in d. c. *Quæstionum s. h. t.* excipere permutationem beneficiorum ejusdem Ecclesiæ modo eodem ordine censentur, & non spectent ad alicujus investituram; verum non fundari ratione istam opinionem; tum quia prohibitio est generalis; tum maxime, quia quoad titulum non potest fieri permutatio propria auctoritate, cum nemo possit se privare titulo, aut etiam eum acquirere sine Prælati consensu, ut acquisitio sit Canonica. Quantum ad præbendam adnexam, illa non

Gg 2 potest

potest separari à quo titulo privata auctoritate. Et ita communiter receptum per Doct. d. c. 5. & Clem. unica eod.

- 10 Legatus à latere, cum sit loco Ordinarii, secundum dicta sup. De officio Legati, qui possit permutationes admittere, non est dubitandum. Non etiam Vicarius generalis Episcopi, nisi ex ejus mandato, ut est colligere ex iis, quæ dicta sunt sup. De officio Vicarii & c. 2. eod. tit. in 11 6. * Capitulum hoc posse, Sede vacante, patet ex eo, quòd succedat in jurisdictionem Episcopalem. Azor d. c. 29 qu. 4. vers. Dubitatur, Garf. latè d. c. 4. n. 75. & seqq.

- 12 QVI. Quid si beneficium sit obnoxium juri patronatus, an requiratur consensus patroni? Resp. Requiritur, per c. Nobis 25. inf. de jure patron. Innoc. ad d. c. 5. h. s. Felin. in c. cum Bartholdus 18. num. 15. sup. de re judic. ne ei in suo jure præjudicetur: omisso tamè ejus consensu non tam irritam ponit permutationem quam potius irritandam, arg. c. Quod sicut 28. sup. de elect. Idq; si intra tēpus consensum præsentationi reclamaverit, ut tradit Guido Papæ Decis. 374. Et hoc, nisi fraus directa in perniciem patroni causet nullitatem, etiã non secuta sententia declaratoria, ut vult D. Wamel. hic cons. 340. alios citans. quod illa non tam favorem mereatur, quam odium. Quod si absque justa causa patronus consentire recusaverit, & tendat permutatio in commodum Ecclesiæ, videtur Superior posse auctoritatem suam præstare, neglecto patrono. Abbas d. c. 5. num. 7. h. s. Quod facilius proædet in patrono, vel eo, ad quem spectat nominatio sive electio, tam Clerico quam laico, nam illi facilius præjudicatur, quam huic. Vide plenius tractatam hanc quæstionem per Garf. De benef. p. 11 c. 3. n. 12. & multis seqq.

- Ex dictis patet, requiri utrumque beneficiũ, sive unum, sive plura, nam unum cum pluribus posse permutari nullibi est inhibitum. Neque enim pluralitas quidquã vitii ponit quoad hanc materiam, c. 6. sup. de elect. ubi Abbas n. 4. quando scilicet simul haberi Ordinarii concessione possunt, ut dictum sup. De præben. Nam si sint incompatibilia, & habeatur ex dispensatione Pont. secus dicendum, quod dispensatio non transeat de persona ad personam, c. sanè inf. de pri. vil. Ut sit necessaria Pontificis dispensatio interzeta. Azor, d. s. 29. q. 12.

Beneficia inæqualia rectè permutantur quidquam obstat inæqualitas sive quoad temporalia, ut quia unum sit pingue, alteri tenuius sive quoad spiritualia, ut quia unum habeat junctam dignitatem, etiam aliud, aut quia unum sit curatum, alterum verò simplex; cum non agatur de dignitate beneficii, sed tantum de mutatione ipsorum nudè & purè, quæ ista est, accedente Superioris auctoritate, cum ut ait Zabarella in Clem. 1. num. 10. locum eodem in omnibus sit ratio. Vid. Azor. d. c. 29. q. 15. Suarez d. lib. 4. De Simonia c. 34.

Quod aded procedit, ut beneficium non habens fructus cum alio fructus habente non permutetur; cum non curetur de fructibus tantum agatur de jure spirituali, cujus sit permutatio. Nec poterit præsumi fructus, cum generali regula nemo præsumatur malus, ut probetur, & cuilibet uti jure suo liceat. Ita Andr. in c. 1. n. 6. eod. in 6. si aliud nihil cooperat, quod fraudem faciat poni, ut si mortuus aut senex permutet pingue cum tenui, fin. de renuntiatis. in 6. Azor. d. qu. 15. vers. Non id in dubio versatur.

Cæterum id certum est, excessum sive inæqualitatem in re spirituali non posse compensari pecunia, aut aliquo dono temporali; cujus in promptu est ratio, quia spirituale venderetur pro temporali, quæ res non veram materiam Simoniz, ut dicitur in Simonia: nihil hic faciente Prelati auctoritate, quæ vitium tollere nequit. * Quam & periret commutatio dignioris beneficii tenuius simplici pinguiori habita compensatio excessus dignitatis in uno ad excessum fructuum in altero, quæ aliàs de quidem in favori teriori præsumi poterit, si recta intentio cooperet de & purè fiat permutatio in manibus Superioris. Suarez. d. c. 34. n. 3.

Quæstio taurum est, An suppleri liceat inæqualitatem in fructibus per pecuniam, ut quod temporale? Resp. posse id videri per se facie, cum non tam habeatur ratio ejus, quæ est spirituale, quam quod temporale. Non obstante, quod uno actu & contra eum unum fiat, quia separata est intentio, juxta c. ad quæstiones 6. hoc tit. ubi in permutatione Ecclesiæ cum Ecclesia abundantia possessionum non suppleri potest ex parte alicujus, quæ dicitur

pecuniâ. Verum hujusmodi supplementum spectat ad pactiones, in spiritualibus prohibitas, ut labem sapientes simoniacam, *d. c. 5. h. 1. c. fin. sup. De pact.* præcipue cum pretium interueniat, quod sapit emptionem. Nec facit, quod intentio agentium sit, non dare illud pro beneficio, quatenus quid spirituale, sed quatenus habet fructus, qui temporales sunt: nam ista intentio non facit, quod minus pars illa fructuum supplendo ematur, quatenus adnexa spirituali titulo, ut illâ venditâ, non possit non videri venditus titulus, & sic res spiritualis; cum qui connexion alterum emittit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum in venditum relinquit, ut rectè ait Paschalis Pont. in *can. quis obijerit 1. q. 3.* Facit, quod eadem sit ratio partis & totius. Non potest autem ratione simplicis renuntiationis accipi compensatio in re temporali, ratione fructuum, ut notum est; nam hoc esset vendere rem spirituales, ut nec partis fructuum compensatio etiam ex causa permutationis sit licita. Nihil faciente superioris Prælati auctoritate, quæ vitium non tollit, ut apertè habet textus in *d. c. 5.* Non obstat *d. c. 6. h. 2.* quia tantum loquitur de commutandis Ecclesiis quo ad proprietatem, quæ in re rectè & citra vitium suppletur pecuniâ defectus in possessionibus alterius, cum tantum veniat temporale pro temporali. Covarr. *Par. c. 5. nu. 9.* Adde Suarez *d. c. 34. nu. 4. c. 5. q. 9.*

19 Alia est questio, An Pontificis auctoritate citra vitium pensio veniat in supplementum excessus fructuum alterius beneficii? R. Videri spirituale pro temporali etiam hoc casu commutari, non citra vitium, quod per Pontificiam potestatem honestari nequit. Dicendum tamen, cessare vitium, non tantum quo ad jus positivum, cui non est subiectus Pont. R. cum sit supra jus à se positum, verum & quantum ad jus divinum, quia censetur fructus separare à beneficii titulo, ut potest; Navar. in *Manuali c. 23. num. 109.* atque ita pro fructibus, qui sunt quid merè temporale, pensionem in pecunia dandum admittere, quod omnino vacuum à labe: & hoc non tamquam in pretium renuntiationis, sed tantum dispensatoriè, in vitæ subsidium ejus, qui pinguis dimisit. Cujus ratio consistit in summa potestate circa beneficia, quæ est sum-

mo Pont. non etiam aliis inferioribus. Vid. Suarez *d. c. 34. num. 15. 16. 17.* Garf. *De Benef. p. 1. c. 5. nu. 344.*

Sed & aliæ hic quæstiones circa eandem 20 materiam permutationis moveri solite: ut in primis, An beneficium manuale permutari queat? R. Rectè commutari cum alio manuali, cum nihil sit, quod impediat. Nam qui ea obtinent, jus habent in beneficiis istis, antequam priventur, nec est in uno major privationis causa, quàm in alio Azor. *d. c. 29. qu. 9.* Cum vero beneficio non videtur permutari posse; cum non contineat jus perpetuum, ut beneficii loco non habeatur, ut dictum sup. *De præbendis nu. 2. c. 54.* Est tamen quid spirituale, licet diversi ordinis, ut non requiratur permutatio inter species ejusdem ordinis. Suarez *d. lib. 4. c. 33. nu. 6.*

Secundo, An commendatum beneficium 21 permutetur? In perpetuum commendata videri posse commutari, quia sicut loco tituli, non etiam ad tempus tantum commendata, juxta *e. Nemo 15. De elect. 6.* cum hi, quorum sunt, jus & titulum non habeant; ut transferre nequeant; quia nemo transfert nisi rem suam & deinde non habeant nisi sibi commendata, quod personale est, ut in alterum id juris non transferant. Auctoritate tamen ejus, qui commendavit, hoc fieri posse, adserit Abbas in *c. Cum olim 7. nu. 3.* quem Azor. sequitur *d. c. 29. quæst. 11.* qui videtur alteri idem jus concedere.

Tertiò, An jus in re cum jure ad rem per- 22 mutetur? R. Id non licere, ex eo, quod jus ad rem non ponat beneficium, sed tantum spem. Rebuff. in *Praxi p. 2. tit. De permutat. nu. 23.* & tantum sit licita permutatio beneficiorum quæstorum, non etiam quærendorum. Navar. *Conf. 43. nu. 2. De Simonia, ubi addit communem hanc sententiam esse.* Quod maxime videri possit in gratiis expectativis & nominationibus, ut inter se non commutentur, propterea quod licet ponant jus, non tamen beneficium. Et probatur *c. 1. hoc tit.* in verbis, *sua beneficia permutare* ubi dictio, *sua*, requirit jus acquisitum: ut hæc permutatio non tam fieri nequeat quia simoniaca, cum utrimque ponuntur spiritualia, quàm quia ista jura sunt personalia, non excedentia personam ejus, cui concessa, non etiam causam, *c. Cui de*

non sacerdotali 27. De praben. in 6. Quo modo si concessa sit translatio gratiæ aut nominatio- nis, accedente Superioris auctoritate, nihil videtur contineri simonia i aut illiciti. Et vide- tur hoc probari per text. in c. Ad audientiam 21. sup. De rescript. ubi pro gratia expectativa accipiens beneficium non notatur ut simonia- cus: & hoc tenet ibi Felin nu. 11. in fine, & Bald. nu. 5. Vid. Suarez d. lib. 4. c. 31. nu. 19. L. fl. d. c. 34. Dub. 36. n. 199.

27. Quarto, An litigiosum beneficium cum alio non litigioso permutetur? R. Aliquos id negare, quod res litigiosa, quamdiu lis pendet, nequeat alienari: & deinde proprie non sit sua. Si tamen fiat commutatio, cessante fraude, & non in potentiorum, videtur teneri is, cuius erat li- tem proficere, quia ante litem petita non potest videri plene tradidisse: ut eo victo alter ad beneficium suum redeat, cum defectu ma- teriæ nulla sit permutatio. Petr. Greg. Synag. lib. 17. cap. 17. nu. 33. Flamin. De resignat. benef. lib. 2. q. 3. in princ. Rebuff. in Praxi De permut. nu. 33. Azor d. c. 29. q. 5.

24. V. Quid si alter apparenter tantum benefi- cium habeat, non etiam verè? R. Non tenere permutacionem: nam titulus coloratus, quo beneficium obtinetur, non dat jus, nec impe- dit nullitatem, ut ponatur defectus materiæ. Quo modo beneficia, quæ de jure vacant, et- si de facto obtineantur, non tamen commu- tantur. Nihil faciente consensu partis, qui hac in re non supplet vitium, sed aperiret viam fraudibus, faceretque collationem fieri à Su- periore per errorem, qui eam alias non erat fa- cturus.

25. VI. Quid si spoliandus quidem aliquis sit beneficio, necdum tamen spoliatus? Dicen- dum, ante privationem, licet ex crimine aut alias futuram, rectè fieri permutacionem, propterea quòd jus circa beneficium adhuc illi sit salvum, ut in alium rectè transferatur ante subsècutam privationem, per quam de- mum jus ad beneficium aufertur, c. Commissa 35. De elect. in 6. Rota Decis. 186. in antiqq. Et ita in terminis tenet Oldrad. Conf. 203 num. 1. non promotos ad Ecclesiam parochialem intra annum posse ante lapsum ejus permutare cum alio citra fraudem. Vid. Azor. d. c. 29. qu. 25. ubi alios citat.

VII. An pensio cum beneficio rectè pe- mutetur? R. Si pensio sit erecta in titulum be- neficii, nihil vitii habere permutacionem, cum talis pensio sit beneficium, secundum tradita à Garfia p. 1. c. 5. n. 5. & Azor. p. 2. lib. 2. c. 5. qu. 5. Alias communiter teneri, non vide- re permutacionem, imò simoniacam esse, quod tamquam temporalis judicetur, ut ob- servatur infra tit. De Simonia. Et hoc commu- niter quando est pensio temporalis, nam si sit spi- ritualis, data quippe loco beneficii, videtur permutatio permitti posse, saltem per Pen- qui aliquid spiritualitatis habet, ut non sit prohibita jure divino, sed tantum humano supra quod est Pont. Non datur idem utrius- que Episcopi, quia illi non permittuntur per- mutaciones admittere nisi beneficiorum: quia- le non est pensio, quia non continet jus popu- larium.

VIII. An beneficium rectè permutetur cum alio jure spirituali, ut patronatus, decimarum? R. Minimè; quia licet hæc aliquatenus spiri- tualia sint, tamen diversi ordinis à beneficiis, ut non possit videri eorum inter se permutatio licita Azor. d. c. 29. qu. 22. Suarez d. lib. 4. c. 31. n. 24. & seqq.

IX. An permutacionem impediatur expecta- va gratia per Pont. alicui concessa? R. Eam non impeditur, rescriptum cap. 1. eod. in 6. cum per- mutans jure suo utatur, & expectativa competi- tar ad ea, quæ liberè vacant. Ad eò ut vacent causa permutacionis neutquam veniat con- ferendum illi, cui concessa gratia, sed illi, cui- jus gratiam facta resignatio ex causa ista, reser- vatio beneficiorum per Pont. facit permutacionem subsècutam nullam: ut permutacionis liceat ad beneficia resignata ex ista causa vacare, quia non potuit vacans per Episcopum con- ferri, c. Si beneficia 2. De prab. in 6. ubi hoc do- tum ignorantibus, idque, ne iusta ignorantia ab- cui præjudicet Vid. Azor. d. c. 29. quæst. 10. Reser- vationem & permutacionem non videtur idem concedendum. Beneficia unita non rectè permutantur, quia non stant per se & di- riguntur secundum illud, cui unita Azor. d. lib. 4. c. 31. qu. 7.

Effectus permutacionis est, quòd, subsècu- tã resignatione in collatoris manus, vertentur beneficia, secundum rigorem, & potestatem

vinet alteri, quam permutanti, confertur, c. 1. eod. in 6. Vetuit tamen Pont. resignantes spe sua fraudati, qui alias non erant resignaturi, Clem. 1. b. t. Deinde non est libera resignatio ista, sed sub conditione facta, quam vult servari Pont. ab iis, in quorum manibus facta. Ubi alteri compermutantium, qui suum resignavit beneficium, incumbit urgere alterum ad resignandum, qui alias resignatum cum suo retineret: sicut evenit, quando resignans ante implementum alterius moritur, Rebuff. in *Praxi De Permutat. n. 12. Azor. d. c. 29. qn. 21.*

31 Quid si resignatione ab uno facta, alter resignare recuset? R. Cum contractus hic sit de genere innominatorum, esse admissam poenitentiam: ut etiam possit cogi ad permutationem complendam is, à cuius parte stat; non tamen p. excise, sed tantum quod datum condicendum veniat, l. 4. §. 3. C. h. tit. l. 1. D. eod. Perfitur enim permutatio, non nudo consensu, aut etiam alterius implemento, sed utriusque. Recuset tamen revertitur ad suum beneficium, qui resignavit, propter conditionem quæ subest, si non suspensivam, saltim resolutivam, idque per conditionem causâ data, causâ non secuta. Atque ita in c. 8. b. t. mandat Pont. restitui beneficium resignanti in prædicto casu, quod decepto sit subveniendum, etiamsi alteri sit collatum; nam, ut resignatio resolvitur, ita & collatio.

32 Ubi alia quaestio est. An opus sit nova collatio? R. Controversam hanc esse quaestionem, & plerosq; existimare, nova collatione opus non esse, sed viam redditus esse liberam, ut circuitus & ambages evitentur. Rationem fundamentalem ponunt in conditione quæ subest, qua non purificata habetur actus, ac si non esset initus, atque ita beneficium mansisse penes resignantem, secundum ea, quæ traduntur de conditionis natura & vi, ut in c. Si beneficia 20. De *prob. in 6.* in verbis *libere revertatur.* Quam opinionem tenet Joan. Andr. in c. 1. b. t. in 6. Boetius *De res. 97.* & alii, quos laudat Flamin. *Tract. De resig. benef. lib. 1. qn. 14. nu. 6.* D. Wamcl. *Conf. 340. nu. 32. b. t. Conf. 341. n. 8. Garl. p. 11. c. 4. n. 6.* Juri tamen conformior, & à pluribus approbata contraria sententia, scilicet nova collatione opus esse, Cujus ratio est in resignatione beneficij, per quam, licet ex causâ permutationis,

inducitur perfecta ac vera beneficij resignati vacatio; cum potuerit post resignationem alteri confertur, ut colligitur ex d. Clem. 1. b. t. ubi alias frustra prohiberetur, ne collatio aliis fiat, quam permutantibus: ut non possit resignans propria auctoritate illud occupare, manusque illi injicere; citra intrusionem, vitiosamque occupationem. Ut necessario petenda sit collatio nova à Superiore: quem non decet esse difficilem, ut decepto succurrat; alias propria auctoritate occupans non evitabit poenam, de qua in c. Eum qui 18. De *prob. in 6.* F. cit pro hac parte l. 1. D. b. t. in qua illi, qui transtulit rem in alterum ex hac causâ, si alter suam rem transferte recuset, non est salva vindictio, sed conditio. Hujus sententia, uti dictum, sunt plures, quos refert Felin. *ad c. 6. nu. 10. sup. De except. Redoan. de Simonia c. 10. nu. 28.* Flamin. *d. loco nu. 12.* Wamcl. *d. Conf. 340. nu. 43.* Idque ad evitandam intrusionem. Atque hanc partem judicat tutiorem Rebuff. in *Praxi tit. De rer. permutat. nu. 16.* & plus habere probabilitatis adferit Azor. *d. c. 29. qn. 21. in fine.* Nihil facit, quod videatur facta resignatio sub conditione, ut & alter resignet; nam ea non est tam suspensiva, quam resolutiva, quæ non facit, quo minus resignatio suum sit sortita effectum, licet decepto suum jus sit restituendum per judicem, imo potius ob causam sit facta, qualis non impedit translationem dominij, quod non vindicandum, sed condicendum, secundum d. l. 1. Non etiam obstat d. c. 20. in *v. libere revertatur,* quia hoc non accipiendum, quasi propria auctoritate, sed auctoritate superioris, juxta c. 1. De *R. l. in 6.*

Postremò non obstant allegata à Boetio Eponè. *Tract. De Saturnina Benef. permut. nu. 308. §. seqq.* ubi pluribus conatur probare, licet reverti ad beneficium sine nova collatione; quæ tamen æquitatem potius sapere, quam aliquam juris rationem videntur. Adfert Primò pro ratione, quod isti permutationi subit conditio, ante quam impletam actus sit imperfectus, uti certum est. Verum illa conditio tantum est tacita, & in mente retenta, ut nihil operetur, nec facit actum conditionalem, l. *Conditiones 99. D. De condit. §. demonstr.* Et deinde eadem ingit jure civili in simili specie permutationis: tamen certum est, quòd

quod non tam vindicetur res eo casu, quam potius condicatur. Condicere autem est actionis personalis. Non recte dicit conditionem iis quoque competere, quibus est rei dominium, l. 4. §. fin. D. De reb. cred. ubi qui Dominus est pignoris, utitur condictione: neque hoc mirum, quia creditor soluto debito pignus non restituitur furti vitio obnoxius; alias non datur condictio Domino, ut constat *Instit. De actionib. §. Sic itaque discretis*. Secundò, Pactum legis commissoriae & additionis facit ipso iure resolvi emptionem, & sine traditione reverti ad venditorem, argò &c. Resp. Ibi esse expressam conditionem, quae id ipsum operatur: non enim ponit actum conditionalem, eique lex eam vim addidit, non etiam tacita, d. l. 99. quia facit, quod ejusmodi subintellecta conditio faciat resignantem non tam per se repetere posse, quam superioris auctoritate sibi restitui facere d. c. pen. h. t. quod male pro se adducit Boetius. Quod praeterea addit, aequitatis intuitu potius ceteri factam permutationem sub conditione, quam sub modo, parum agit, quia ista aequitas non operatur aliud, quam quatenus verbis expressum est, aut lege canonice inductum.

33 Unum hic superest querendum, An in permutatione beneficiorum habeat locum, l. 2. Cod. De res. ind. vend. §. c. 3. & 6. sup. De empr. & vend. R. Communiorem opinionem esse, non habere, quod in iis, quae spiritualia sunt, non habeatur ratio aestimationis, imò non possit defectus unius beneficii suppleri per pecuniam aut pensionem; siquidem vera simonia committeretur, dato aliquo temporali, in compensationem rei spiritualis seu defectus reddituum alterius beneficii, ut dictum supra hoc ipso tit. nu. 16. Ita recte Covarr. Var. Res. l. c. 8. nu. 3. vers. *Ultima ratio*. Nihil facit pro parte contraria, quam tenet Calderin. Conf. 4. De res. perm. in quam videtur inclinari Pinellus ad d. l. 2. p. 1. c. 3. nu. 15. c. Ad quaestionem 6. h. tit. nam quod ibi compensatio per pretium admittatur, est, quia agitur non de Ecclesiarum permutatione, ut sunt beneficia, sed quoad proprietatem, in qua, quatenus unius possessiones praeponderant, resolutio quantitatis licita, citra ullum vitium, ad servandam aequalitatem.

34 Permutatio non fit sine resignatione, id est

cessione beneficiorum hinc inde, de qua dicitur aliquid superius, ad tit. De permutatione licet eam aliam esse tacitam, aliam expressam. Alia item est libera, quae sine ulla conditione, nullius respectu, quis resignat, aut se ab uno suo beneficio, quod libere pro lubitu condicere potest à Superiore: alia non libera, quae continet conditionem aut causam, veluti permutationis. Eam licitam esse patet, quod permutatio fit licita; & Pont. expressè refertur, *Clem. 1. h. t.* beneficio resignato ex illa causa aliis, quam permutantibus, consecrari inter. Ut & ea, quae fit in favorem tertii cum permutationem sit licita dicenda, facta non tantum in manibus Pont. sed & Ordinarii non sit pactum aliquod subjectum, quod vitium inducit vitii; cum & cognatis rectè conferuntur beneficia, si tamen sint idonei, ut dicitur supra De prob. nu. 34.

Pactum, vel modus, quo obstringitur prior alteri non conferre, quam ei, in quo favorem sit resignatio, facit eam simoniam, ut c. 5. h. t. Quo modo & illa improbat, quae habet clausulam, *Non alias nec aliter, nisi modo*. Sic & pensio nec rectè reservatur, nec rectè fit; cum regressu, accessu vel lapsu, nisi coram Pont. qui purgat vitium, & ius praesentia non indiget ea, quae facta simpliciter, in favorem tertii, qua dicitur in *Simonia*.

Ab infirmo facta resignatio, ut valde tenetur, nec resolvatur, opus est resignans super-vivat viginti dies, etiam ex causa permutationis; cuius ratio allata supra De veniunt.

Oportet etiam resignatio publicetur, si quidem, quae in Curia fit, intra sex mensibus die supplicationis oblate computandos, alio beneficio citra montes fuerit, sin ultra montes, intra novem menses, ea vero, quae fit extra Curiam, coram locorum Ordinariis, intra sex menses, ex Constitut. Gregor. XIII. Alioquin si contingat resignantem mori, antequam resignatorius ceperit possessionem, beneficium censetur vacare per obitum, & collatum sit, resolvatur, secundum Reg. Cancellariae De publicandis resignationibus, ubi Gomez. de buff. Vid. Azor. p. 2. lib. 7. c. 24.

Queri possit, An ea publicatione sit opus

in resignatione facta ex causa permutationis? R. Videtur, non requiritur eo, quod publicatio desideretur ad evitandas fraudes, quæ in clandestinis renunciationibus sunt obvix, non etiam in permutationibus, Deinde quod in dicta Reg. fiat mentio tantum resignantium simpliciter, non etiam ex causa permutationis, quæ non est simplex, sed qualificata. Facit argumentum sumptum à donatione, quæ simplex requirit inscriptionem, si excedat summam quingentorum solidorum, non etiam remuneratoria, uti tractatum D. De donationib. nu. 41. & seqq. Contraria tamen sententia possit videri probabilior, quod verbum, Resignatio, non tam referatur ad eam, quæ fit in favorem, quàm & ad eam, quæ fit ex causa permutationis. Deinde eadem ratio evitandæ fraudis subest etiam in resignatione ex causa permutationis, in qua non minus occultæ & simulatæ resignationes possent causare intrusionem, in grave animarum periculum. Atque ita in Constitutione Gregorii XIII, fit etiam mentio resignationis ex causa permutationis, quam citat Flamin. De resignat. benef. lib. II. q. 2. nu. 4. Vide Azor. d. c. 24. qu. 7. Garl. De Benef. p. II. c. 3. §. 4. nu. 273. & seqq.

39 Facienda autem publicatio in loco beneficii, sive resignatio fiat in Curia, sive extra. Flamin. d. lib. II. q. 6. nu. 2. Et quidem in ipsa beneficii Ecclesia, inter Missarum solemnias, secundum d. Constit. Greg. XIII. Quod tutius est, licet & valeat, si fiat in porta Ecclesiæ die solemnias, & populo conveniente ad Missarum solemnias, quod per eam sufficienter res innotescat, & fraudes evitentur. Flamin. d. loco nu. 21. Sed & in ipsa publicatione exhibendæ litteræ Apostolicæ de super confectæ, secundum modum & formam dictæ Constitutione præscriptam, quæ semper & ubique observari præcipitur, nec alia, vel æqui pollens ullo modo amittitur, Azor. d. c. 24. qu. 8.

TITULUS XX.

De Feudis.

SUMMARIUM.

1. Feudi origo, etymon, definitio.
2. Infeudatio rei Ecclesiastica prohibita.

3. An & rei in feudum dari solita?
4. An si juraverit Prælati non infeudare?
5. Dominus ex feudo sibi oppignorato fructus perceptos non computat in sortem.
6. Licet etiam fructus excedant servitia.
7. Quod tamen fallit servitia casibus.

Inter alienationis species est Feudum, non à Romanis originem trahens, sed ex moribus, ut videtur, Longobardorum. Etymon nominis à Fide seu Fidelitate deductum, Varia ejus traditur definitio minus commoda. Videtur rectè definiti ususfructus quidam rei immobilis sub conditione fidelitatis. Non male ususfructus ponitur loco generis, cum per feudum acquiratur jus utendi, fruendi re aliena, salvâ ejus substantia: quæ est definitio ususfructus, ut definitum ei conveniat. Non tamen negandum, multa esse in Feudo, quæ non sunt in ususfructu; ut quod transferat utile dominium; morte possidentis non finiatur, sed in generationes certas, ceterasve personas, ut masculos tantum, transeat, quibus deficientibus redeat ad eos, à quibus profectum, ad quos & ex aliis causis redit, ut refutatione vasalli, commissâ per eum feloniam, quo verbo notatur improbitas & ingratitude vasalli in dominum, qua de re latè in libris Feudorum.

Contrariet omnino speciem alienationis, cum secundum definitionem, transeat ususfructus perpetuus in vasallum, cum detrimento Ecclesiæ, qui est inter alienationes prohibitas l. Iubemus 14. C. De SS. Eccles. * Imò ipsa infeudatio rei Ecclesiasticæ specialiter prohibita, Extravog. Ambitiosa De reb. Eccl. non alienan. nisi concurrant ea, quæ sunt requisita ad justam alienationem, de quibus supra Tit. 13.

Unde queri hic posset, An istis opus sit in concessione feudali rei in feudum dari solitæ, quæ ad Ecclesiam reversa? R. non est quæstionem, an possit concedi, ultimo possessore adhuc superstiti, quia necdum vacat, ut non videatur quid Ecclesiasticæ rei transferri, c. 7. sup. De his qui sunt à Prælati, sed tantum esse quæstionem, si per mortem ultimi feudatarii feudum vacet; quod cum sit reversum ad Ecclesiam, videtur non posse alteri conferri per
Hh Præla-

Prælatum quia videretur de novo alienari, contra Ecclesiam prohibitionem, si non adhibeantur requisita. Responsum tamen ab Innoc. in c. 2. h. t. infundationem ejusmodi rei à Prælato liberè fieri. Nam licet per mortem vasalli, qui sine successore decessit, videatur reversa ad Ecclesiam, non tamen continuè aut simpliciter censetur esse de bonis, aut mensa Ecclesie, ut tradit Abbas in e. *Vt super sup. De rob. Eccl. non alien.* cum hoc ipso, quo vacat, non incorporatur Ecclesie, sed necessaria sit Prælati acceptatio; ante quam infundans alterum non peccat contra juris prohibitionem, cum potius ea res spectet ad repudiationem ejus, quod adquisit potuit, quam ad adquisiti alienationem: quo modo esse Prælatum extra pœbas alienanti propositas, dictum supra Tit. 13. num. 6. & ad D. *De acquir. vel omis. hered. nu. 46.* Quæ ut ita procedant, videtur tamen necessaria justa causa, ut utilitati Ecclesie consulatur, quia Pont. in d. s. 2. adjungit, *si videtur expedire.* Quæ concessio commodius procedet, si fiat secundo filio, vel consanguineo, ut habetur. d. c. 2.

4 Quid si Prælati juraverit non alienare, aut non infundare? R. Concedendo rem in Feudum, isto casu nihil facere contra juramentum, cum hoc comprehendat tantum alienationem, quæ sit de novo, non etiam rei, quæ alienari solita, ejus concessio non spectat ad alienationem: quo modo in d. s. 2. eam permittit Pont.

5 Illud singulare est, quod proponitur in c. 1. h. t. & c. 8. infra *De usuris*, non tenet Dominum ex Feudo à vasallo suo sibi oppignorato fructus perceptos computare in sortem, sed citra usurarium eos sibi retinere posse, salva exactione sortis. Super adæquata ratione istius declarationis Pontificie multum disputatur, eò quod citra usuram creditor non retineat fructus, salva sorte. Communiter eam tradunt, quod interim, dum est oppignoratum Domino Feudum, vasallus liber sit à servitio, quod Domino debet, in cujus recompensam Feudum habuit. Quæ res erit extra difficultatem si fructus non excedant servitia, ut post Innoc. in d. c. 2. tradit Covarr. 3. *Varias. Res. e. 1. nu. 4.* quia tunc nomine interesse fructus retinentur.

6 Quid si fructus excedant servitia? R. Covarr. & Innoc. ad locis satis insinuare, videri

usurarium, eos non computare in sortem, ad excessum. Verum text. generaliter loquitur, & indistinctè non facta mentione, fructus excedant, an respondeant servitio: ut illa ratio, et si ratione subnixæ, textui minus conveniat. Glossa d. c. 1. id ponit singulare in Ecclesia. Verum nec ejus nomine usura, divino, naturali, Canonico jure damnata toleratur. c. 4. h. t. ubi ne quidem ob causam piam lètè usura accipiuntur. Alii in eo vim ponunt quod utile dominium cum directo tunc solidetur, verum hoc falsum videtur, cum illis dominii jus sit salvum ipsi vasallo. Ratio vis ponitur in conditione Feudi, quæ est fructus cedant vasallo præstanti servitium, quo si cesset, eos non percipiat. Cessante in casu præferti, nec venit hic considerari excessus fructuum, si quidem ab initio libenter pro servitio fructus ampliores datur, quanto retinentur, cessante servitio.

Restringe tamen dicta: Primò Si gratuitum sit concessum, nam si data pecunia erit à labe usuraria alienum, non computantur fructus in sortem, quia tunc fructus excedunt servitio, nec est interesse Domini. Secundò res non sit multum aucta & meliorata abstrita & expensis vasalli, quia tunc exactione cessus fructuum cessat interesse, quod cedat in servitio, cui respondent fructus; & hoc Dominus sit laicus, sive Ecclesia, ut fructus cedentes sint computandi in sortem, ut Dominus ab usuraria labe liberetur. Ita Navar. & alios, quos citat, in *Manuali c. 17. nu. 218.* opinio mihi probabilior videtur. Ceterum quomodo Feudum dividatur, à quibus computantur, & quibus, quo modo ficiatur, non est jus loci; cum requiratur longiorem & longiorem Tractatum, quem separatim tractatum ad Usus Feudorum.

TITULUS XXI.

De pignoribus & aliis Cautionibus,

SUMMARIUM.

1. Fignus & Hypotheca quid?
2. Constituitur vel expressè, vel tacitè.
3. Prælati

3. Prælati bona tacite obligata sunt Ecclesie.
4. Pignori obligari qua res possunt. *[tum.]*
5. Pactum commissorium in pignoribus improbatum.
6. Nisi iuramento validetur.
7. Improbatur & pactum antichresios.
8. Debitor qui iuravit non repetere rem, nisi soluto debito, an componere fructus possit?
9. Reprobatur & pactum, de quo in c. Illo vos 4. h. t.
10. Finis contractus pignoratitii.
11. Ususfructus quid, & quotuplex, remissive.

P Rincipales contractus solcar mutui accessorii, uti Pignoriibus, Fideiussoribus.

* Pignus in mobilibus obinet, quod traditum ad creditorem transit. Hypotheca in immobilibus, qua res adficitur ex nuda conventionione. De usu nuda non sufficit conventio, nec alias tenet, quam si legis operæ, ut vocant, accesserint, idque ad evitandas fraudes, quæ ex clandestinis oppignorationibus oriuntur. Dat autem pignus sive hypotheca jus in rem, quod transit cum ea in quemcumque possessorem, *l. si debitor Cod. De distract. pig.*

Constituitur vel expresse, uti partium conventionione, iudicis decreto; vel tacite, ex dispositione legis, quale habet locator in res investas, illatas in prædium urbanum; filius in bonis debitoris; uxor in bonis mariti, nomine dotis, etiam cum prælatione, & contra quemlibet possessorem bonorum mariti, *c. s. h. t. mutans in domum rescindendam; pupillus, minor in bonis tutoris, curatoris, l. Pro officio C. De administrat. tut. civitas in bonis administrantium res ejus, per l. fin. C. Quo quisque ordine conven. lib. 11. de quibus, & aliis, agitur D. & Cod. In quibus causis pig. vel hypoth. tacite contrah.*

3. Quæritur potest, An bona Prælati sint tacite obligata Ecclesiis, ratione administrationis? R. Per Canones hac in materia nihil inveniti expresse dispositum; Glossam tamen in *d. c. s. h. t.* quam Abbas *ibid. nu. 11.* & alii sequuntur, tradere, ejus bona tacite esse obligata Ecclesiis, argumento ducto à minori, cui Ecclesia æquiparatur, *c. 1. sup. De restitut. in integ. Vid. Azor. Institut. Moral. p. 3. lib. 7. c. 4. qu. 9.*

4. Pignori obligari potest res qualibet; propria, non aliena, in quam cum nihil juris sit, nihil etiam juris in eam alteri dari potest, nisi Domini consensu: exstans in commercio, quo

modo res sacra, religiosa, liber homo, pignori non supponuntur, *c. 2. h. t.* Idque à Domino, cui libera est rerum administratio, quia præparat viam alienationi. Unde non habet locum in rebus Ecclesiæ, nisi ex causa, & solemnitate adhibita, *c. 1. h. t. qua de re sup. Tit. 13.* Hinc in *c. 3. h. t.* hæres ejus, qui rem Ecclesiæ pignora vit, cogitur eam redimere; tum quia res erat Ecclesiæ sacro ministerio deputata, tum quia aliena. Neque enim alterius res pignori capitur pro debito alieno: adeo ut ne quidem res mulieris capiantur pro delicto mariti, quod non luit alius, quam qui perpetravit, *c. Ne uxor pro marito, &c.* Quo modo in *d. c. s. h. t.* non tantum reddenda mulieri bona sua, quæ fiscus accepit propter mariti facinus, verum & eidem salva dos esse debet ex bonis mariti, etiam apud alium existentibus, secundum *l. fin. D. Qui potiores in pig. hab.*

Admittit pignus pacta honesta & licita: quale non est hac in materia pactum sive lex commissoria, capite penultimo hoc titulo cujus ea conditio, ut, si non luat pignus intra certum tempus, pignus sit commissum, & creditori cedat. Subest enim grave detrimentum debitoris, à quo non ratio res multò pluris debito valentes pignori supponuntur: ut eo casu, propter solutionis moram creditori accederet luctum, non sine labe usuraria. Unde & leges civiles ejusmodi pacta vocant captiones commissorias, eaque improbant, *l. 3. C. De pactis pignori.* Nihil obstat, quod in emptione lex commissoria sit admilla; quia nihil continet iniqui, non soluta ad dictam diem pecunia, rem manere penes venditorem tamquam inemptam, Vid. Covarr. 3. Var. Resol. c. 2. nu. 7. Azor. d. p. 3. lib. 7. c. 10. & dicta ad D. De pignoribus & hypoth. nu. 16.

Quid si debitor iuramento pactum istud confirmaverit? R. Servandum esse pactum, ut colligitur ex *d. c. pen. h. t.* idque propter vim iuramenti, quod servandum, ubi servari potest, citra detrimentum animæ jurantis, quale est hoc, *arg. cap. c. sup. De iurejur. ubi ea de re actum;* cum nihil involvat mali, ex parte jurantis, rem suam vili pretio penes alium relinquere: licet non sit tutum creditori, rem retinere, propter labem usurariam, & non impediatur debitor rem postea repetere, petita absolutio-



Pe. Qua opus non erit, si ante dictum tempus solvere fuerit impeditus, ut quia pecunia missa non fuerit tradita creditori per nuntii improbitatem. Nihil obstante juramento, quod non obligat in casu iusti impedimenti, *d. c. pen. in fine.*

7 Improbatur etiam hoc iure pactum antichresios, *c. 6. h. t. c. 1. & c. Conquestus 8. inf. De usuris.* quo pignoris fructus creditor lucratur, salva sorte, non sine labe usuraria, quod ratione dilatae solutionis fructuum lucrum percipiat. Nihil obstante lege civili, quae pactum istud non reprobatur, propter incertum fructuum eventum, & pretium, *l. Si ea lege C. De usuris, l. si is qui 11. §. 1. D. De pignorib. Quae ratio non tollit labem usurariam; ut recte Canones mandent fructus in sortem imputari, & ubi sortem adaequaverint, pignus liberum restitui debitori, d. c. 6. & dictum ad D. d. sit. De pignorib. nu. 15.*

8 Posset autem dubitari, An compensatio fructuum recte praetendatur à debitore, qui iuravit non repetere rem, nisi soluto debito? R. Dictum quidem esse superius, *De iur. iur. n. 72.* non impediri debitorem compensare, cum sit idem quod solvere; cui rei multum obstat *c. Ad nostram 7. sup. eod.* Verum dicendum, in isto cap. non proponi, per fructus esse satisfactum creditori, eosque sortem adaequasse sed praesupponi, necdum receptam eam copiam fructuum, aut non constare, quanti sint recepti fructus; ut non male dicatur ibi debitor contra juramentum suum pignus subtraxisse *Covarr. De pactis p. 1. §. 4. n. 14. & seqq.* Nisi dicamus in illo cap. esse juramentum interpositum de formali facienda solutione, qualis non admittit compensationem. Quantum ad *c. Salubriter inf. De usuris* ubi maritus lucratur fructus pignoris nomine dotis, de eo agitur *inf. eod. sit. De usur. quantum verò ad c. 1. sup. De feud. de eo ibi actum.*

9 Sunt & alia pacta damnata tamquam usuraria, quale est illud, de quo in *c. illo vos 4. h. t.* in quo videtur res quidem pure vendita, sed resolvenda: simulatam tamen esse venditionem, & verum contractum pignoris, & quidem usurarium, duae conditiones adiectae colligi faciunt. Prior est, quod intra certum tempus res sit redimenda, fructibus in sortem computatis. Quae licet nihil habeat contrarium naturae

emptionis, est tamen insolita & iniurata contractu isto, & propria contractus pignoratitii, ideoque ad palliandam usuram contractus emptionis apposita praesumitur, si aliae conditiones concurrant, uti hoc in casu. Altera conditio, quod ultra, quam datum, pretium debet restitui; quae conditio contractum factum usurarium, quia nomine dilatae solutionis dicitur quid ultra sortem; atque ita *Pont. in d. 4. damnat usurariae labe istum contractum. Vid. Covarr. 3. Var. Res. c. 9. Auger suspiciones emptoris qualitas, qui confectus excoisuras, cuius tamen Pont. in d. c. 4. non meminit ut ad damnandum praedictum casum sufficiat duae istae conditiones.*

Finis hujus contractus est, ut creditorem securitas super credito. Cui nisi tempore suo faciat, est licentia rem distrahendi, *l. fin. C. iure dom. impetran.* Ubi pactum de non distrahendo faciet tardiores distractionem, ut dicitur *D. & Cod. De distract. pignor.* In casu distractionis, pluribus existentibus creditoribus illi potiores, qui tempore priores, quae dicitur *C. Qui potiores in pig. hab.*

Ponitur hoc in *Tit. c. fin.* cuius contentum hanc ad materiam parum facit, cum spectat usum fructuum, qui est jus utendi fructibus aliena, salva ejus substantia. Istaque ad improprius, circa rem, quae usui non consumitur, jus integræ restitutio est faciendae ab ipso contractu, data super eo cautione de utendos arbitrio boni viri, deque restituenda re in specie tempore suo; alius improprius, circa quarum usus est in abusu, qui obligat tamen ad restituendum tantumdem ejus generis aestimationis, data etiam in eum finem cautione, quae de re plura videantur *D. & C. De pig. fructu, & aliquot tit. seqq.*

TITULUS XXII.

De Fidejussoribus.

SUMMARIUM.

1. Fidejussio quid, & qui fidejungere possunt.
2. Mulier jurato in ratu cedens an obligetur?
3. Clericis fidejungere quatenus licet.
4. Episcopus

4. *Effectus fidejussionis.*

5. *Fidejussori solvendi actio est ad versus debitorem.*

6. *Ante solutionem quando hac actio desit.*

1. Fidejussio est obligatio, qua quis alienam obligationem fide sua esse jubet, salva principali. Hæc tenet eos, quibus persona est habilis ad se obligandum. Mulieri post intercessionem salvum est. C. Vellejanum, de quo *Cod. & D. Ad S. C. Vellejan.* idque ac sua fragilitate sibi damnum det.

2. Quid si jurato intercesserit? R. Verius videtur, beneficium hoc ei salvum non esse, quod juramentum servari possit, citra detrimentum animæ jurantis, atque ita sit servandum. Pro qua parte facit *cap. Ex rescripto sup. De jurejur.* ubi mulier, quæ jurato intercessit, dicitur debere satisfacere. Ubi supplere, illam monitam renunciasse Vellejano, est divinate, cum textus iste ejus rei mentionem non faciat, & ratione juramenti in genere satis monita esse videatur beneficii competentis. Nihil facit, quod juramentum sequatur naturam actus, cui apponitur, salva scilicet exceptione actui adherente, *l. fin. Cod. De non numer. pec.* Nam hoc verum, quando salvum esse potest juramentum naturæ actus accommodatum: hic autem, exceptione concessa mulieri, secundum actus naturam salvum esse non potest juramentum, cum quod juravit se impleraturam, non impletet: imo contraveniret, non sine perjurio, cum licite quod promisit servare possit. Ut dicendum sit, naturam actus esse remotam. Abbas ad *d. cap. Ex rescripto nu. 9. And. Gail. 2. Obser. 77. nu. 10. ubi alios citat.* Quod & procedet si pro marito intervenit: nam licet, secundum leges civiles, nulliter. *Aush. Si qua mulier Cod. hoc tit.* juramentum tamen non vergit in detrimentum salutis mulieris, ut servandum sit, juxta *c. Cum coningat 28. sup. De jurejur.*

3. Clericis fidejubere non est inhibitum, eoque nomine tenentur. Non cogitur autem Clericum creditor invidus accipere, etiam locupletem, quod minus ei sit provisum, propter difficiliorem excussionem, quam caussat privilegium fori & competentæ, quo gaudent Clerici, *c. 3. inf. tit. seq. & sup. De*

compet. Non decet tamen clericos vacare fidejussionibus, ne secularibus se immisceant, & à divinis abstrahantur, *inf. Tit. 50.* Quo modo dicitur talis à Clerico abjiciendus, *cap. 1. h. r.* Ecclesia per Clerici fidejussionem nullatenus obligatur, nec inquietari potest: ut nec Monasterium, ratione mutui à Monacho accepti sine Prælati & majoris partis Capituli consensu, quæ minorem ligat, secundum dicta *sup. Tit. 17.* nisi mutuum sit versum in Ecclesie utilitatem, quam fieri locupletiore cum damno alieno minus æquum, *cap. pen. h. r.*

Effectus fidejussionis est obligatio etiam 4 singulorum in solidum, & excussio etiam ante principalem pro lubitu creditoris, *l. 3. Cod. hoc tit.* Quo casu subventum fidejussoribus duplici beneficio: altero ordinis, sive excussionis, quo ante excuti nequeunt, quam principalis excussus sit inventus non solvendo, *Aush. Præsent. Cod. hoc tit.* Altero divisionis, quo in solidum conventus unus ex pluribus rejicit creditorem, ut non conveniatur nisi pro virili, si omnes sint idonei; alàs frustra objicit hoc beneficium, *d. l. 3.* Competunt hæc beneficia non ipso jure, sed ope exceptionis tantum; qua omisa, solutio facta ab uno dat ei regressum contra creditorem, qui suum recepit, aut alios fidejussores, qui hoc ipso sunt liberati.

Est autem solvendi salva actio contra debi- 5 torem, qua petat ab eo sibi refundi quod ejus nomine solvit. Ad quod cogendi sunt etiam Clerici, pro quibus fidejussum: quos si constituerit religionem fidei & juramenti tergiversando aut recusando violasse, ab officio & beneficio suspendendi sunt, *c. 2. h. r.* Ante solutionem non est actio fidejussori, quia necdum mandatum peregit: nisi in tribus casibus, relatis in *c. fin. h. r.* Primò, Si diu in debiti solutione cessarit debitor: qui etiam per E. clefasticam censuram potest compelli liberare fidejussorem à molestiis, quas patitur à creditore, *c. 3. h. r.* Secundò, Si fidejussor fuerit condemnatus, quia videtur solvisse, cum sententia habeat paratam executionem. III. Si dissipare bona incipiat debitor, quia justè pro sua indemnitate est sollicitus fidejussor. Hæc de re latius *Instis. & D. eod.*

TITULUS XXIII.

De Solutio nibus.

SUMMARIUM.

1. Solutio quid ?
2. Ad solutionem obligati & Clerici.
3. Quibus tamen est beneficium competentia.
4. Nec cogendi cedere bonis.
5. Privi. competentia Clericus an renuntiare possit?
6. Debitor creditori non petenti quando solvere tenentur.
7. In devote solutum esse quis probet. [tioni.
8. Exceptio per errorem omissa locum dat repeti-
9. Effectus solutionis.

Obligatio nis finis ad solutionem tendit : quæ largius sumpta compensationem, acceptationem, confusionem, transactionem, similesque satisfactionis species continet. Propriè sumpta est ejus, quod in obligationem deductum, naturalis præstatio. * Ad hanc tenetur quisquis justè obligatus, etiam Clericus; neque enim illi hæc in re privilegium: imo & Ecclesia, ratione debiti, per Prælatum ejus nomine contracti, & successor ratione prædecessoris, quatenus obligatio concernit Ecclesiæ utilitatem, *c. 1. h. r.* Neq; alias Ecclesiam conveniri æquum: ut nec debitum proprio Prælato nomine contractum successorem, aut Ecclesiam tenet, etiam si Ecclesia sit deducta in obligationem. Quod minime permillum Prælatis, qui obligantes Ecclesiam pro suis aut alienis debitis, suspenduntur hoc ipso ab administratione & spiritualium & temporalium, *c. 2. h. r.* Quo casu in hæredes Prælati agatur, qui tenentur nomine defuncti etiam ad ea, quæ ex delicto veniunt, *c. fin. inf. De sepult.*

Est verdè Clericis beneficium competentia, id est ne possint exciri ultra quam facere possunt, juxta *c. Odonardus 3. h. r.* ubi sufficit, si Clericus, qui satisfacere non potest, idoneam cautionem præstet de satisfaciendo, ubi ad pinguiorum fortunam devenit, ut in carcere detru-di aut derineri nequeat, & excommunicationis sententia in eum lata sit relaxanda, ne cogatur ad impossibile. * Ubi aliqui volunt eum cogi cedere bonis: quod non est probabile, *arg. l. Adiles 6. D. De rejud.* ubi miles non cogitur ad cessionem, nec ultra, quam facere potest, conveniatur, ne avocetur à militia. Quæ ratio etiam in

Clerico militat, ne avocetur à divinis. Abbatis *d. c. 3. Covair. 2. Variar. Ref. c. 1. nu. 9. Bartholom. l. Alia 14. §. eleganter n. 13. D. Soluto marum.*

Quantur autem: An prædicto privilegio Clericus possit renuntiare? R. Non videtur, quod privilegium hoc sit concessum nomine ordinis, ne in ejus opprobrium Clericus bonis spoliatus cogatur mendicare, & à divinis avocetur. Ut hoc beneficium sit cætenus publicum, cui non renuncietur privatorum pactis, *l. us publicum D. De pactis.* Nihil facit, quod aliqui dicunt, militem posse huic privilegio renuntiare, per *l. pen. Cod. De pactis.* Nam nega optimè potest, *d. l. pen.* agi de privilegio publico, sed de eo, quod personæ concessitur, cui renuntiationem etiam Clerico competere non est dubium. *Barb. d. loco n. 20.* Quo modo privilegium Clero certæ provincie concessum, non cogi possit alibi ad solutionem, potest etiam Clerus sibi auferre, ei renuntians, quod tamen respiciat personas. Exemplum est in *de lecti 17. sup. De foro compet.*

Cæterum tenetur debitor solvere creditorem etiam non petenti, propter metum, aut aliam causam, eum invadere alienum & injustè detinere paria sunt, *c. pen. sup. De rebus spoliatis,* in ipsam detentionem hic in debitore causam metus, quo adficitur creditor, quod minus debitum exigit, cujus cessatio non debet debitum prodesse, nec inducere liberationem.

Indebitè à se solutionem factam allegari non auditur, nisi probet, *c. fin. h. r.* eo quod non præsumatur quis tam supinus, ut indebitas pecunias effundat, *l. Cum de indebito 25. D. De probat.* Nisi solvens sit pupillus, mulier, minor, aut alias rerum forensium imperitus, aut etiam cautio indebitè exposita dicatur, & indilicet loquantur. Est enim hic in casibus præsumptio contrarium, *d. l. 25. §. 1. c. §. fin.* Uti & si non primò insitatus solutionem, convictus de debito fuerit; tunc enim eum onerat præsumptio de debito accepto, ut probatio ei incumbat, debitum fuisse, quod recepit, *d. c. fin. h. r.*

Exceptio omissa per errorem, quærens solutionem & obligationem elidit, facit indebitum esse solum, datque locum repetitioni. Aliter se res habet, si exceptio tantum moretum solutionem, quia solum non potest videtur verè non debitum, ut repeti nequeat secundum

dicta D. De Condit. in deb. & Inst. Quibus modis de contrah. oblig. §. 2.

Solutionis effectus est, quod liberet, facta ab eo, cui libera rerum administratio & distrahendi licentia; cui debetur; ejus rei, quæ debetur, & quidem integrè, loco ac tempore debitor; quæ de re latius D. h. r. & Inst. Quib. mo. dist. tollitur oblig. §. 1.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

SUMMARIUM.

1. Donatio quid, & quos prolo.
2. Donare prohibentur Religiosi: item Clerici, Prælati, certis casibus.
3. Episcopo quatenus cedere concedatur de rebus Ecclesie sue.
4. Ecclesiarum donationes quando licite fiant.
5. Filiis fam. quando & de quibus donare liceat.
6. Quæ res donari possint.
7. Donatio quatenus stricti juris.
8. Effectus donationis.
9. Donatio acceptanda à donatario. (rum.)
10. Donatio revocatur ex supernascentia libero.
11. Item ex causa ingratitudinis.
12. An ex aliis causis non expressis in c. fin. h. r.
13. Heredi an revocare liceat?
14. An collatori beneficii?
15. Feudum ob ingratitudinem Prælati in dominum quatenus auferatur.
16. Donatio ex turpi causa facta, veluti à milite concubina, revocari potest.
17. An & à Clerico facta fœderata?
18. Donatio Constantini Imp. facta Silvestro Papa an rata & firma?

Donatio cum magis ad beneficii causam quam contracti negotii speciem pertinet, nec civilis, nec Canonum jure contractuum tractatui inferitur, etsi non male contractibus juris gentium nominatim adnumeretur, cum constet duorum consensus, donantis scilicet & donatarii, & habeat nomen specificum, & hodie actionem, quæ cogatur donans tradere rem donatam, ut infra dicitur.

1. Est autè liberalitas, nullo jure cogente facta. Alia est simplex, quæ & proprie donatio dicitur, ad quæ spectat dara definitio, cujus generis est donatio inter vivos. Alia ob causam, cujus generis est donatū nomine dotis, donationis

propter nuptias, eujusmodi proprium donationis nomen non merentur; causæ enim nomine ea venit, per quam quis cogitur ad donandum. Ut donatio mortis causâ rectè adscribatur donationi simplici, cum non coactè, sed libere fiat, quæ de re latius D. Cod. & Inst. h. r.

Donat quilibet, cui est libera rerum suarum administratio. Non donant ergò Religiosi, cum nihil proprii habeant, nec liberam rerum Ecclesie administrationem, non Clerici fructus suorum beneficiorum in usus profanos & inhonestos profundunt sine peccato. Prælati non alias donant res suarum Ecclesiarum, aut Monasteriorum, quam si parvæ sint quantitates, & ferat consuetudo, & h. r. Quas alias successor revocabit tam à Clericis, quam à laicis, c. 2. h. r. nisi causa & solemnitas ratam faciant donationem, sup. Tit. 12. aut tantumdem offeratur Ecclesie, c. 3. & 4. sup. tit. 12. In feudum posse Prælatum dare rem in feudum solitam dictum supra Tit. 20. & reperitur e. 5. h. r. Non obstante juramento de non infeudando, quia intelligitur de re non solita infeudari.

Concessum autem Episcopo donate constructo à se Monasterio partem quinquagesimam, aut alteri Ecclesie non monasticæ centesimam reddituum suæ Ecclesie, can. Bona pen. 12. qu. 2. quatenus ea res non cedit in grave Ecclesie suæ detrimentum; nam eatenus donatio revocanda foret, nisi hujusmodi revocatio legitima præscriptione aut alia exceptione excludatur, c. pen. b. Prædictam summam non excedit Episcopus, etiam si nullum subit detrimentum suæ Ecclesie, sine consensu Pontificis, d. c. pen. Hospitalari in suum præjudicium se & domum suam alteri loco religioso subicere donando non prohibentur, ubi contentus omnium adeft, c. 8. h. r.

Ecclesiarum donationes privatis quidem non fiunt personis, quoad beneficium, nisi vacent, secundum dicta supra Tit. 8. rectè tamen proprietas earum transfertur in locum religiosum ab Episcopo, etiam si non vacent quoad beneficia, salvo jure eorum quibus beneficia collata quoad vitam, c. 4. h. r. Ecclesiam pro loco concedens Episcopus simpliciter, videtur etiam concedere proventus omnes, consensu tamen Capituli sui; excepto Cathedralico, c. 7. 1004. quod solvitur in signum sub. sectionis, à qua

- non est libera ista Ecclesia, & in honorem Cathedralis: isto casu, si ex consensu patroni concedatur Ecclesia pio loco, videtur patronus jus suum remisisse.
- 5 Filiis familias de castrensi & quasi castrensi peculio donare est liberum; non etiam de aliis, nisi ex consensu patris, cui præjudicatur, *l. 7. D. h. r. Inter patrem & filium quod minus sit donatio, facit potestas Inter conjuges non fert honestas, ut dicitur libro sep. Tit. 20. morte tamen confirmatur, l. Donaciones 25. C. De donat. inter. vir & uxorem.*
- 6 Donatur res quælibet, quæ est in commercio sua, & quidem liberè, quia quilibet est rerum suarum moderator atque arbiter, *l. In re mandat. C. Mandati*. Nisi quod insinuatione sit opus, quando excedit summam quingentorum solidorum, *l. pen. in fine C. h. r. & §. Alia aut è Inst. eod. Excep. tã eã, quæ sit in remunerationem & piam causam, aliisq; casibus, de quibus actû D. eod. nu. 42. & seqq.* Ubi etiam dictum, *nu. 28.* omnium bonorum, præsentium & futurorum, donationem tenere.
- 7 Est autem donatio stricti juris; ut non præsumatur, cum nemo præsumatur suum jactare. Plenissimam tamen recipit interpretationem, *c. 6. h. r.* ne donantis mens excludatur, & impediatur liberalitas; nisi tamen jus commune obstat, aut tertii jus lædatur. Testamenta plenius interpretantur, quia non continent tam propensam liberalitatem: contractus verò plenè tantum, *d. c. 6.* ut actus valeat. Æqualitas enim in contractibus servanda, ne strictè aut largè agendo, odium unius, favor alteri procuretur, contra agentium intentionem.
- 8 Effectus donationis hodie, est, quod nudo pacto perficiatur, possitque ex ea cogi ad traditionem donans; quatenus inter vivos facta, que continud suam sortitur firmitatem, *Inst. h. r. §. 2. l. Si quis 35. C. eod.* Nisi effectus ejus differatur in mortem, cujusmodi est inter patrem & filium, maritum & uxorem; aut conditio subiecta vim ejus suspendat in sui eventum. Mortis causa donatio ante mortem non est perfecta, cum admittat poenitentiam, nisi ei subit pactum de non revocando, quod faciet eam transire in donationem, quæ est inter vivos irrevocabiliter, qua de re disputatur ad *l. Vbi ira donatur 27. D. de donat. mortis causa.* * Pro-
- cedit & dictus effectus, si donatio sit accepta nam ante acceptionem donans ne quibus naturaliter tenetur, cum requiritur duorum consensus: ut, donatarii consensu deficiente, non ei possit videri acquisitum, nec tenetur mans, qui potius donare voluit, quam dicitur *l. Qui absenti 30. D. de acquir. poss. Acceptorum firma est, ut temerè non revocetur, immo vult scilicet, Inst. h. r. §. 2.* cum jus quæsitum alicui auferendum.
- Sunt tamen duæ causæ, quæ faciunt donationem perfectam revocari. Altera est infirmitas liberorum ei, qui orbis donatarii bona sua, vel majorem eorum partem donavit: propter liberorum carentiam, non donaturus. Ut eorum natiuitas faciat donandi causam, atque ita res donatæ se sine causa penes donatarium, ut hoc ipso solvatur donatio: & ita decisum *l. Si nepos Cod. De revoc. donat.* ubi ista materia tractatur à diversis; & præcipue ab And. Toquello. Si tamen donanti liberi non fuerint potest donationis aut de his non fuerit cognitum; alias non nisi quoad legitimam hereditatis resolutionem, quam parens, vel natus, debet salvam relinquere liberis suis. Ratio conditionis istius est, quod nemo præsumatur posteritatem alienæ postponere velle. Hæc ita, si liberi iusti ex legitimo matrimonio pernascentur: naturales enim non causant hanc revocationem, cum in eos non sit tractatus, ne quidem si legitimus, quia aliud vile foret illudere donatario. Nisi legitimus per matrimonium subsequens, qui eodem tempore habentur, quo legitime ab initio natus dicitur inf. ad *tit. Qui filii sint legit. & dist. 1. l. num. 111. & seqq.* ubi plenius vide de hæc causa revocandæ donationis.
- Alterca causa est ingratitudo commissa per donatarium in donantem, quæ non tam nudo ipso facto donationem resolvit, quam potest vocari per ipsum donantem. Ratio est, quia quàm sit licentia & alienas res rapere, & ingratitatem donatoris irritare, & ipsum donatorem, ejusque res perdere. Causæ ingratitudinis referuntur quatuor *c. fin. h. r.* Si manus in donatorem injecerit, atrocem injurias intulerit, magna substantia: jactura auferat, vitæ periculum procuraverit, Adde

quinta in l. fin. Cod. De revoc. donat. si conventio subiectam non impleverit; quae tamen non spectat proprie ad ingratitudinem, sed ad neglectam conditionem.

12 Ubi quaeritur, An extra dictas causas possit alia ad huc? R. Id quidem plerumque velle, sed verius esse, non posse ex alia causa revocari donationem, quod ea revocatio sit poenalis, & proinde non inferenda sine textu; praecipue cum ipse textus sufficienter causas enumeret, & taxativè loquatur, restringens revocationem ad causas enumeratas. *V. dist. D. h. t. nu. 90.*

13 Q. II. An liceat haeredi revocare? R. Haeredi id non licere, nec ex ingratitudine in se commissa à donatario, quae non punitur hoc modo per leges, nec etiam in defunctum: si ve sciverit eam commissam, quia tacendo videtur eam remississe; si ve ignoraverit, cum hæc revocatio sit actus vindictæ, qui haeredi non est permittendus; & in dubio inclinandum in partem mitiorem. Quod facit, quod in d. l. fin. *et d. e. fin.* indistinctè negetur haeredi ista facultas. *Vide D. eod. nu. 104.*

14 Q. III. An collator beneficii, propter ingratitudinem beneficiarii, possit revocare collationem? R. Non posse, quod non sit propria donatio, respectu collatoris, qui confert tantum ex necessitate officii, & distribuit munera Ecclesiae: ut in ipsam ingratitudo commissam non causet hanc revocationem. Ecclesiae tamen si se ingratum ostenderit beneficiarius, privari beneficio poterit, *e. fin. sup. De postulando ubi en dicitur quid dicitur.* Abbas in *e. fin. in fine b. r.*

15 Ingratitudo Praelati in dominium, à quo feudum obtinet, facit ab eo feudum aufertur pro vita ejus, ne impunita sit ejus ingratitudo. Post cujus mortem ad Ecclesiam feudum revertitur, ne factum unius alteri obstat, *2. Feud. tit. 40. in fine.*

16 Sunt & donationes, quae ideo revocari possunt, quia factae ex causa turpi, de quibus D. *et Cod. De condit. ob turpem caus.* Inter quas est facta à milite concubinae, *l. 2. C. De donat. inter virum et ux.* Quod ita in milite statutum, ne contingat adulatione concubinae spoliatum avocari à militia. Quod & procedit in relicto testamento quae auferit filius, *l. Miles: ita §. 1. D. De testam. milit. l. Mulierem de his, quae ut indignis aufer.* Cum alias pagano non sit illi-

citum donare non tantum concubinae, sed & meretrici, *l. Adfectionis §. et l. Donationes §. D. h. r.* Imo & legare, *Jafon. Conf. 37. lib. 3. Covarr. ad c. Peccatum p. 2. §. 2. nu. 2.*

Ubi quaeritur, An idem procedat in Clerico: R. Ita plerumque velle, quos d. loco citat Covarr. alios allegans; ex ratione, quod Clericus sit miles Dei, & dicatur celestis militiae miles, *e. 2. De poenis in 6. & eadem subdit ratio, ne avocetur à divinis.* Quo facit, quod privilegia competentia armatae militiae etiam concedantur celesti. Et ita tenet Gl. in *l. §. D. De donat. & passim Interpretes, licet textus super ea te nullus exstet.* Vid. *Wamel. Conf. 369. num. 5. et 6. et Conf. 370. nu. 2. et per tot. h. t.* Et hoc ita in donatione: secus dicendum de pretio usus corporis, aut compensationis obsequiorum, quia non potest videri donatum, quod meretrici, licet turpiter agat, cum tamen talis sit, datum retineat, citra conditionem, cum turpiter non acceperit, *l. 4. §. sed quod D. De condit. ob turp. causam.*

Lubet subijcere de donatione Constantini Imp. qui Sylvestro Romano Pont. diadema aureum, chlamidem purpuream, aliaque Imperii ornamenta, simulque Imperatoris majestatis gloriam & potestatem dedit; urbem Romam, Italiam, omnesque Occidentis provincias reliquis disponendas sede Imperii in Graciam translata. Moveretur autem quaestio, An ea subsistat? R. Esse quosdam, qui negent unquam factam: alios in dubium revocare, & ut factam admittant, nullo tamen jure subsistere pertinaciter adferere, quod ab fuerit populi consensus, sine quo non liceat Principi Regni sui loca alienare, praecipue caput ipsam, & potissimam Regni partem. Cui opinioni adherent potissimum illi, qui Romanae Sedis parum sunt æqui judices, & quorum animus haeretica fæce imbutus, sanior & verior est sententia, eam non tantum validè factam esse, sed etiam videri profectam ex divina inspiratione, ad splendorem & durationem Ecclesiae, & quasi in remuneracionem, pro salute, victoris divinitus comparatis, fide aliisque beneficiis à Deo concessis. Nec est, quod defectum consensus populi quis culpet; siquidem is necessarius non fuerit, quippe populi auctoritate omnia translata

in Principem, ejusque arbitrio omnibus subiectis: ut ea possit Princeps, quae potuit populus, quem hoc potuisse certum est. Facit, quod tum temporis Imperatores non fuerint adstricti iuramento non alienare bona Imperii. Vacca ad l. Legatus D. De off. Praef. Deinde populum Romanum cum Nobilibus consensisse recte affirmatur, c. Fundamenta 17. De elect. in 6. ubi hoc ipsum adserit Pont. Verum ei tanquam in propria causa parum fidei habent adversarii. Unde addo, ad donationis istius validitatem, sacrum populi consensum sufficere; uti & approbationem quorundam subsequantium Imperatorum, quorum aliqui dictam donationem expresse etiam approbaverunt, can. Ego Ludovicus Dist. 63. Patet & ex variis historiis. Ut nihil sit laborandum super *can. Constantinus Dist. 96.* quem adulterinum & excogitatum plerique volunt, atque ita historiae fidem detrahunt: nec recte, cum ejus veritas aliunde patet. Ut non nisi perverse sint mentis hanc rem in dubium vocare, & facere sint jubendi Laur. Valla, Car. Molinaeus, & alii, qui calumniandi potius studio, quam veritatis indaganda, in sacrosanctam Ecclesiam debachati, donationem istam vel negarunt factam, vel improbarunt, quos percutere caput contra morem Murellum dicit Everardus, in *Loco à Verisimili n. 15.* in fine Vid. Praepos. in d. *can. Constantinus*, Abbas in c. *Inselesto 33. n. 6. sup. De iurejur.* Augustinus Steuchus *singulari Tract. hoc aere adversus Vallam.* Covarr. 4. Var. c. 16. n. 8. Molina *De iust. & iure Tract. 2. Disp. 25. §. Hinc dubitant.* Card. Baron. *Annal. Eccles. tomo 3. ad an. 324. nn. 117. & tomo 12. an. 1191. num. 53.*

TITULUS XXV.

De peculio Clericorum.

SUMMARIUM.

1. Peculium proprium quid, & quod Clericorum.
2. Clerici bonorum patrimonialium & quasi patrimonialium sunt veri domini.
3. An & fructuum beneficii Ecclesiastici?
4. An profane eos expendentes teneantur ad restitutionem?
5. Clericus an recte disponat de iis, quae parcius vivendo sibi subtraxit?

6. An & de fructibus ratione personae Ecclesiasticae percipiis?

7. Patrimonium sufficiens habens licet non fructibus beneficii.

8. Adquisita ex fructibus beneficiorum de relinquenda Ecclesiae.

9. Adquisita ex rebus Ecclesiae codam Ecclesiae. Bona Religiosi professi codant.

V Tapertius cognoscatur, quatenus alienatio Clericis sit permittenda, delictio Clericorum hic subijciunt: quod pro-

corum, qui sunt juris alieni, ut servorum horumfam. consistens in pusilla pecunia separata à patris vel domini rationibus habent, deducto quod ipsi debent, l. 5. §. Depaculio. Vocatur tamen hic Peculium Clericorum, etiam si sint sui juris, respectum, quae praedicti causa se ponunt, l. 5. §. 79. §. 1. De leg. 3. aut separatam ab aliis fructibus habent; cujusmodi sunt fructus beneficiorum, quorum causa separata à bonis patrimonialibus: quia patrimonialium Clericis est verum dominium & liberum arbitrium, quoad usum & abusum, non licet atque laicis, can. Episcopi xii. q. 1. Quod attendendum de quasi patrimonialibus, quia non sunt ea, quae Clerici quidem in tales laborant, sed intuitu sui laboris, veluti commendo, facta faciendo, confessiones audiendo, cum dentur quasi metes operis praestiti, sine ullo alio gravamine. Covarr. in officii n. 4. inf. De testam. Navar. *De iust. Eccles. q. 1. monito 19. & 39.*

Dubia autem inter DD. est quae sit fructuum beneficii Ecclesiastici dominatio, an verò usum tantum habeant Clerici? Ad hoc sum dumtaxat iis concessum videtur, secundum Navar. d. *Tract. De Restitut. Ecclesiasticorum* tantum dispensatores, non etiam Dominos fructuum. In quam rem adferuntur variae ca: & Primò *Dist. 44.* in cuius principio dicitur ex S. Hieronymo: Tibi, O Sacerdos, de illis vivere, non luxuriari permittitur. Secundo *Dist. xv. q. 1.* ubi quidquid habent Clerici dicitur esse pauperum, & ultra sustentationem competentem quid accipientes, quod superperum est, sacrilegium committere, & ab usum talium iudicium sibi mandatum & bibere. Contraria tamen sententia, *Dist. 40.*

Covarr. d. loco n. 11. & malis adstruit Sarmient, d. 17. De Rebus Eccles. p. 2. c. 2. Posterior pars probatur, ex eo, quod uti jam dictum, respectu beneficium sint potius fructuarii, quam usufructuarii; ut fructuum dominium adquirent, & liceat iis res suas disponere pro lubitu, citra laesam iustitiae legem. Quae tum laedi dicitur, quando de alieno in suam non permittitur disponitur, non etiam quando de suo, licet in usus malos, quia ea res non facit obnoxium restitutioni, cum nemo possit dici laesus, cui restitutio facienda. Quod facit, quod laici bonis suis abutentes non teneantur ad restitutionem; sua enim sunt nulli propriè debita: quod ipsum cum & obtineat in Clericis, idem etiam ponendum iuris. Strictius tamen hos tenet, propter perfectionis statum, certum est. Prior pars probatur, tum quod sit contra Canones & mandata Ecclesiae, ut patet ex Trid. d. c. 1. tum quod sit contra charitatem, miseris multis & fame pressis non subvenire, praecipue ex bonis in eum suam destinatis, ut eas possidentes elemosynas & opera pia exerceant, ut patet ex loco Trid. jam allegato.

Non obstat primum argumentum; quia loquitur de tempore, quo necdum erant bona divisa: vel accipiendum de dispensationibus non ex lege iustitiae, sed charitatis, ut peccato involvantur malè dispensantes, non etiam restitutioni obstringantur. Ad secundum dicendum, hoc onus ab Ecclesia impositum esse Clericis, ne rerum augendarum cupiditate & ambitione, patrimonialibus amplificandis in eumberent: ut nihil ea res dominium & dispensationem liberam deminuat. Ad tertium, praecipuum istud tantum respicere legem charitatis, non etiam iustitiae, cum contra illud factum non irritet, nec restitutionis ullam mentionem faciat. Ad quartum, illam quidem fuisse intentionem fidelium non tamen per eos modum & onus impositum fuisse, sed solum eà spe & intentione obtulisse sua Ecclesiae, qua in mente retenta nihil operatur, cum alias expressa induxisset legem iustitiae. Plura de hac quaestione vide apud Azor. d. c. 8. q. 2. Molin. d. Tract. 2. Disp. 144. Less. d. loco n. 44. c. 1. § 99.

Q. III. An Clericus super iis, quae paucius vivendo, necessariae & decenti sustentationi subtrahendo contrahit, liberè disponat? R. Hoc

adferre Navarr. De Rebus Eccles. q. 1. n. 10. & quem sequitur Azor. d. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 1. bene id ipsum Covarr. ad d. c. Cum in officio ubi alios citat; ex ratione, quod a Canonibus antiquis ista pars sit constituta Clerico, non si propria, & ei sit libertas eam utendi tamquam libera ab omni obligatione, quasi sua sit, & labore parta esset. Contra eos tamen, quod ejusmodi superflua debita sustentationi subtracta non sint aliter conditio, quae a, quae decenti & honeste sustentationi pertinet. Ut libera ab obligatione distinetur in pios usus dici nequeant, cum Ecclesiae conceptum sit generale, non distinguens modum perflua. Accedit, quod sordidus animus subtrahens non debeat esse melioris conditionis, quam liberalis, pro dignitate se suscipiens. Ita Abbas in repet. c. Cum esset in sacris. De testam. qui superflua ejusmodi non mittit ab obligatione dispensandi in pauperes, sequitur quae Franc. Sarmient, De Rebus Eccles. 2. c. 8. n. 1. c. p. 3. q. 5. Quae opinio magis patet secundum eos, qui volunt Clerici usum esse usufructus, quorum conditio est, ut quod utuntur, id domino cedat, ex natura usus.

Q. IV. An pensionis Ecclesiasticae lapsa libera sint ab ista obligatione elargiri in pios usus? R. Esse, qui pensionem suam beneficiorum seculant, quasi quidam temporale & profanum, datum loco alimentorum Gigas De Pension. q. 52. alios citat, & Covarr. ad d. c. Cum in officio n. 19. inf. De Rebus Eccles. Ut non sint obnoxia dictae obligationi, ista libertas pensionario ea pro lubitu disponendi ad instar patrimonialium, Probabilis, ista in pensionibus juris esse, quod in beneficiis quod scilicet ex iis superfluum non mittat dispensandum in pios usus, quam superflua ex beneficiis, cum nomine beneficii dantur pensiones, & ex ejus fructibus veniant percipiendae, ut non possint non sapere naturam beneficiorum. Non faciat, quod deatur loco alimentorum; nam ea causa non liberat ab obligatione elargiendi quod superest in pauperes, secundum jam dicta Navar. De Rebus Eccles. n. 7. Sarmient. d. c. 5. n. 7. Azor. d. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 12. c. lib. 8. c. 12. q. 4. Bona aliunde quam ex redditibus Ecclesiae quaesita, intuitu scilicet pauperum, sunt ab ista obligatione, quae major est in Clerico

Clericis quam in laicis, libera, *can. Tit. XXV. l. 1. q. 1.*

Postremo dubitatur, An Clericus patrimonio sufficientes habens, illo reservato, licite natus beneficii fructibus: Resp. Dubium movet ex *can. Pastor* & *can. Clericos l. 1. q. 2. can. Illi XII. q. 1.* quibus videtur hoc negari. Adfirmandum nihilominus, hoc licere, quod dignus sit operarius sua mercede, nemo militet suis stipendiis, bovi trituranti non sit obligandum os, alteri inserviens de eo vivere debeat, Innoc. & Abbas in *c. Episcopus sup. de praben.* Covarr. ad *c. 1. n. 2. c. 3. inf. De testam.* & ita communitur receptum. Non obstant allegata loca, cum potius consilium contineant, quam præceptum, vel referenda ad pristinum ulum Ecclesie, quo distributio fiebat in Clericis indigentes causa alimentorum: vel denique accipienda de maxima pauperum egesta: tunc enim bona sua reservans, & Ecclesiastica in suos expendens usus, pauperibus non subveniens, non est extra peccatum Boetius Epo. ad *d. c. 1. n. 62. c. seq. Azor. d. 6. q. 13.*

Hæc ita in Clericis secularibus, quibus licet iure domini fructus beneficiorum cedant, quatenus officio deserviunt, acquisita tamen ex fructibus sunt Ecclesie relinquenda de jure scripto, *c. l. c. 3. h. t. c. 1. inf. tit. seq.* quæ & eadem post mortem Clerici vindicantur non etiam ante, quod tunc eorum dominium Ecclesie quæ situm dici nequeat, cum ejusdem, cujus fructus, sint rationis, quos dictum cedere Clericis. * Exceptis iis, quæ pecunia aut ex rebus Ecclesie comparata sunt, cui incontinenti eorum dominium cedit, etiam si non Ecclesie, sed Clerici nomine sint comparata: quod in Ecclesia speciale esse tradit Covarr. ad *d. cap. 1. num. 7.* Quæ ex patrimonio habet & aliunde quam ex Ecclesie quæ situm redditibus, cedunt amicis An autem in dubio præsumantur quæ sita ex bonis Ecclesie, dicitur infra Tit. 27.

Quantum ad professos, illi ex voto paupertatis ne quidem rem sui patrimonii possident; nam & hæc cedit Monasterio, bonorum tamen capaci, *Auth. ingressi C. De SS. Eccl. cl. Qui sine consensu tacito vel expresso, sui Superioris quidquam recipere, aut receptum retinere, aut distribuere ausi sint, gravem reatum incuruntur* patet ex *can. Scimus*

9. c. can. Non dicatis XII. q. 1. Abbates & alii Superiores, etiam dominium non habeant, quod ratione Ecclesie est penes Religiosos in communi, *Trid. Sess. 25. c. 3. de Regular. Nicolaus III. in Extravag. Exiit,* habent tamen potestatem administrandi bona Monasteriorum in usus honestos & licitos.

TITULUS XXVI.

De Testamentis & ultimis voluntatibus.

SUMMARIUM.

1. Testandi facultas permissa jure Canonico.
2. Clericus de quibus bonis rectè testetur.
3. Adquisita ex fructibus beneficii cedunt Ecclesie, in qua quis beneficium obtinuit.
4. Ecclesia nomine quid hic veniat.
5. Licentiam testandi super ejusmodi bonis concedere Clericis potest Pontifex.
6. Hæc ea permissa, ex consuetudine generalis.
7. Consuetudo talis iusta & valida adseritur.
8. Testandi prohibitio an concernat pensiones?
9. Testandi licentia non est Religioso.
10. Ne quidem electo Episcopo.
11. Quam tamen Religioso concedit S. P.
12. Testamentum ante factum an convalescat per huiusmodi licentiam?
13. Licentia illa an expiret primo actu?
14. An finiatur mortis concedentis?
15. Testamentum an ingressu Religionis rumpatur?
16. Novitius est libera voluntas disponendi.
17. An quid circa hoc mutaverit Conc. Trid.
18. Excommunicatus quatenus testari possit.
19. Forma testamenti ordinandi hoc jure requisita quoad numerum testium.
20. Testium qualitas.
21. An mulier admittatur testis?
22. Testamentum ad pias causas an testem desideret?
23. Institutio sui hæredis, vel exhereditatio, etiam hoc jure necessaria.
24. Institutio in alienum arbitrium an rectè conferatur.
25. Legatum rei aliena an valeat hoc jure?
26. Intellectus c. Filius noster s. h. t.
27. Solemnitas quo ad numerum testium in terris

- Ecclesia obtinet, non Imperii.*
28. *Legittima Trebellianica detractio admissa jure Canonico.*
 29. *Heres non exequens voluntatem defuncti qualiter puniatur.*
 30. *Leganda res qua est in commercio, & capacibus.*
 31. *Res immobilis legata Ecclesie vel Monasterio an debeatur affirmatio?*
 32. *Portio Canonica cui debita.*
 33. *Portio Canonica Cathedrali Ecclesie quando debeatur.*
 34. *Prelato relictum quando nemine vel proprio vel Ecclesie relictum conseatur.*
 35. *A portione Canonica liberat privilegium vel consuetudo.*
 36. *Ecclesia exempta an libera ab hoc onere?*
 37. *Portio Canonica quantitas.*
 38. *Relicta alia libera à dicto onere.*
 39. *Executores testamenti qui esse possint, & eorum munus.*

HActenus de actibus inter vivos: nunc de ultima voluntate subjicitur, quatenus per eam alienatio licita; & hoc Tit. de eo agitur, quæ testamento explicatur. * Ea non minus permittitur hoc jure, quam civili; siue quoad institutionem, substitutionem, (quæ pupillaris expressa etiam matrem excludit, ut ne quidem ad legitimam illi sit actio, c. r. eod. in 6. & late probatum D. de vulg. & pupil. substit. num. 49) quod nec peccetur à patre testamentum filio faciente, qui non tenetur uxorem instituite, nec à filio, qui testamentum non condendo non potest videri impius in matrem) siue quoad legata, fideicommissa, codicillos, quatenus tamen testator est sui juris, habens legitimam testandi licentiam super rebus. Quo modo impubes, filiusfam. nec hoc jure testatur, nisi de castrensi, aut quasi castrensi peculio, ne quidem pro anima sua. Accedente tamen patris consensu relictum tenet. c. licet de sepult. in 6. Jul. Clarus §. Testamentum qu. 5. num. 7.

Clerico testandi licentia non est denegata super his bonis, quæ ante clericatum habuit, c. r. h. can. XII. q. 5. & quæ post eum adquisivit ex successione amicorum, aut sua indulgentia, etiam ratione ordinis: quæ licet ratione Ecclesie adquirentur, non tamen immediate ex ejus bonis

proveniunt, ut nulla Ecclesie fiat iniuria, quando ea alijs. Covarr. ad d. c. r. non 23. q. 1. Relatum 12. in fine eod. Navar. Tr. de testam. Eccl. qu. 3. Clarus d. §. Testamentum qu. 3.

Aliud juris est in adquisitis ex fructibus beneficij, quos exstantes, aut ex eis commutata, volunt Canones cedere et Ecclesie, in quo beneficium obtinuit Clericus, d. c. 1. quibus h. r. can. Placuit XII. q. 3. Non obstante, quæ tamquam dominus in vita us uti & abutitur, ut dictum Tit. superiori: potest enim Ecclesia legem & modum circa dominum illam præscribere, læso non dominio. Ut nihil obstat, quod concessum in vita non sit denegatum morientibus; quæ jure ab Ecclesia retingitur, aut mutari potuisse, non est dubitandum. Ratio est, tum quia nihil continet acquiritatis, ab Ecclesia profecta ad eam reatum verò præcipue, ut Ecclesiastici ab immobili opus congerendi cupiditate arceantur, & in vita liberalitatem erga pauperes exerceant studeant, suæque in usus pios potius committant & expendant, quam avarè multa accumulata non sine scandalo relinquunt. Hinc procedit in bonis tam mobilibus, quam immobilibus; nisi quoddam non judicetur improbatæ consuetudinis, mobilia quædam requere in pios usus, & in compensationem servitij, d. c. 12. * Ubi nomine Ecclesie dicitur venire ipsa congregatio, uti est Collegium Clericorum: ubi autem unus tantum ordinandus, ipse successor, præcipue in vacante Ecclesia, Cathedrali, Regulari, aut Collegio Ubi Capitulum, aut Collegium, singulis aliqua persona immiscere se prohibetur. Hoc à Prelatis relictis occupando, dividendo, consumendo, sub pœna suspensionis, doctores non restituitur, sed ea expendenda in usum Beneficiarum, aut futurò Prelato reservanda, nisi obvenientia tempore vacationis, c. Quia in 40. de elect. in 6. Clem. Statutum pen. eod. Postea supervenerunt novæ Constitutiones ratorum Pontificum, quibus spolia Clericorum (quo nomine veniunt, non tantum quæ obita negotiatione aut modo alio Clerici ad possessionem) reservantur Camere Apostolicæ. V. Navar. De spoliis Cler. §. 5. Molina De leg. d. 2. disp. 147.

Licentiam testandi super ejusmodi bonis per Pont. Rom. Clericis concedi posse, et si aliqui in dubium vocent, recte tamen sentiunt, qui adfirmant; tum quod ipsi Ecclesiasticorum bonorum administratio sit commissa; tum precipue, quod hæc prohibitio testandi sit juris humani, supra quod cum sit P. R. ejus relaxandi habet potestatem. Covarr. in c. cum in officiis 7. n. 20. h. t. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 2. Wam. Conf. 72. n. 1. de peccat. Clerico. An autem ista licentia primo actu fiat, mox inferius dicitur. Licentia hujusmodi hodie opus non est, quandoquidem generali consuetudine testamenti factio Clericis sit permissa, licet non passim omnibus Prælatibus ea comperat, ut post alios tradit Covarr. ad d. c. 7. n. 13.

Dubitat autem, An talis consuetudo sit dicenda justa & valida? R. Non esse questionem super testamento in pios usus, cum ista prohibitio sit tantum juris humani, cui derogari potest per justam consuetudinem, qualis est ista, per quam bona ejusmodi in usum, in quem d. stinata convertuntur, & facit eod. c. ad hæc s. d. c. Relatum 12. h. t. Tantum esse questionem, An etiam in non pios usus testamenta valida ponant? Negat omnino Navar. Tract. de rebus Eccl. caq. multis impugnat, hoc præcipue argumento, quod fructus isti non sint in Dominio Clericorum, sed ex lege justitiæ teneantur eos sustentationi non necessariis in pauperes, piosque usus distribuere; atque ita videantur de re aliena testari, quod non potest induci consuetudine. Verum falso nititur fundamento hæc Navarræ opinio quia supra probatum, Clericis Dominium cedere fructuum, & adquirentium ex iis, pro servitio, & non tam lege justitiæ, quam caritatis eos teneri superfluos fructus distribuere in pios usus. Facit, quod non nisi jure humano testandi prohibitio sit inducta, ut non videam, qui possit damnavi ista consuetudo, per quam juri humano derogari potest, dictum sup. De consuet. n. 4. & ad h. de quibus 32. n. 29. & seq. D. de legib. si non forte malitiam aut peccatum qualis hæc, cum nihil mali involvat, disponere super rebus suis, quod jure communi permissum, ad quod rediunt per istam consuetudinem. Quod attinet ad occasionem avaræ congerendi, illa accepta est, non data, atque ita non iudicat consuetudinem

per se justam & nixam bono fundamento. Deinde Ecclesiæ iste est finis, qui non semper avertitur, etiam ubi jus scriptum in usu est, cum non ideo minus aliqui inveniantur additi coacervandis pecuniis. De quibus propterea Clericus in profanos ac vanos usus disponens, divitibusque consanguineis bona sic adquirenda relinquens, neglectis pauperibus, non videtur à reatu mortali immunis: ut neque inter vivos disponens in hujusmodi usus est immunis a peccato, uti dictum Tit. superiori. Sed hominis hoc est vitium, non rei aut consuetudinis; propter quod ut dispositio non irritatur, ita nec ultima voluntas irritanda, cum abusus licentiæ non ponat juris iniquitatem. Fundatur enim in publica Reip. tranquillitate, quæ alias sæpe turbaretur, si ejusmodi testamenta non tenerent, & bona tamquam spolia occuparentur. Facit, quod Pont. sciens talem consuetudinem, nec eam improbandam, videatur approbare. Atque ita eam probat Covarr. d. c. 7. n. 24. & multis confirmat Franc. Sarmientus. Tract. de Reditib. Eccles. in princ. quibus adde Valq. De Success. tomo 1. s. 22. n. 36. Azor. d. c. 9. in princ. Boer. Eponem ad c. 1. n. 84. & seq. h. t. Less. De Inst. & jure lib. 2. c. 19. Dub. 4. n. 42. & seq.

Illud etiam controvertitur, An dicta prohibitio concernat pensiones, quæ recipiuntur causa resignati beneficii? R. Plerosque velle pensiones non contineri dicta prohibitione, inter quos est Gigas De Pensionib. qu. 52. Cov. in d. c. 7. n. 14. quod pensio non tam sit beneficium, quam merè quid temporale. Verum cum contineat partem reddituum Ecclesiastici beneficii contrarium dici posset, juxta tradita Tit. superiore nu. 6.

Religioso testandi licentia denegatur; tum quod per professionem omnibus se bonis exuerit, ut nihil proprii habeat, de quo testetur: tum quod in voluntatem alterius, cuius se obedientiæ subjecit, arbitrium suum contulerit, à quo non potest dependere ultimum elogium. c. 2. h. t. ubi Covarr. n. 17. & 18. Clar. qu. 28. n. 7. Licetum tamen ei, qui non facta dispositione est ingressus, post professionem inter liberos distribuere suam substantiam, parte ejus sibi reservata, quæ Monasterio cedat, & hoc non tamquam Domino sed

sed ut dispensatori à jure ad hunc effectum constituto, *auth. si qua mulier C. De sacros. Eccl. Nav. Comment. 2. de Regularib. num. 45. Lell. lib. 2. c. 41. Dub. 10. nu. 82. vers. Circa prædicta.*

10 Ubi quæritur primò, An si Religiosus eligatur Episcopus, liberetur à voto paupertatis, & ad instar aliorum Clericorum hodie testari possit? Resp. Minimè absolvi à voto paupertatis, ut nec ab aliis substantialibus, sed ita, ut antea, obstruigi, cum nullo Canone id sit expressum, & contrarium potius insinuetur in *can. de monachis xv. q. 1. & præcipue in c. Clerici pen. sup. de vita & honest. Cler.* ubi in Episcopum electus Monachus habitum Monachi deferre jubetur. Nec obstat *can. Statutum xviii. q. 1. ubi dicitur à jugo monasticæ regulæ absolutus; nam hoc verum est quoad jurisdictionem Abbatis, & alia Monasterii statuta, non etiam quoad tria vota substantialia, quæ non admittunt testamenti factionem, Gl. in d. can. de monachis, Covarr. ad c. 1. n. 26. h. t. Jason. in Auth. Ingressi n. 12. Cod. de SS. Eccles. Baldus in d. c. pen. in fine. Wamf. Conf. 404. n. 1. h. tit. Est tamen eadem administratio rerum Ecclesiæ concessa.*

11 Q. II. An testandi licentia possit Religioso concedi à R. P. ? Resp. Possit concedi super iis, quæ ad eos devolvuntur. Potest enim Pont. dispensare super voto, & ab eo eximere Monachum, ut traditur infra *De statu Monach.* ut possit eximere à voto paupertatis, quod in omni voto censetur excepta Superioris auctoritas. Et hanc esse communem opinionem tradit Covarr. in c. 2. num. 17. h. t. Boetius Epoad d. c. 2. num. 22. & seqq. multosque eam in partem allegat. Felta. in c. Si quando n. 5. De rescriptis.

12 Q. III. An ejusmodi licentia faciat testamentum ante factum convalescere ? Resp. Hoc posse videri, per *l. si quis o. §. sed et si D. de injusto, rupto &c.* ubi damnato concessa testamenti factio facit etiam testamentum ante factum subsistere. Dicendum tamen è contra, eò quod ista licentia sit futuri temporis, ut non trahatur retrò in confirmationem ejus quod factum inutiliter. Ratio est, quod cum istæ dispositiones sint odiosæ, c. 1. in fine de hinc presbyt. in o. non admittant extensionem ad alium actum, *Canonista in s. Postulasti 27. de*

*rescriptis, Abbas in c. ad aures 8. eod. tit. in l. quo minus 2. num. 174. D. de summissis. Bil. facit d. §. sed et si, quia loquitur in casu testamentum ante valuit, & irrevocum est factum per sententiam. Quæ irritatio non habet locum in testamento militis damnati ex crimine militari, *tex. ibi c. l. 1. D. de veteran. & non success. ut non possit trahi ad casum, quo dicitur ab initio testandi licentia testandi.**

Q. IV. An testandi licentia expirat actu ? Resp. Id aliquos velle, *arg. l. heres D. de verb. signif. c. l. Dotis 68. de jurat. ubi sermo simpliciter prolatus de primo ab intelligitur in eoque consummatur. Quæ gula ut habeat locum in actu non revocabilis non tamen in actu revocabili, qui ex tunc & conditione sua non finitur primo actu, sed non censetur consummatus, si revocetur qualis est actus testandi, qui ante mortem testatoris non habetur firmus. Quæ ratio in hanc posteriorem partem inclinat Covarr. ad d. c. 7. num. 22. h. t. Barbosa ad l. §. 3. p. 1. anno num. 19. Solutio maxime. Nam verba dispositiones debent intelligi secundum naturam actus, ad quem referuntur. Est autem natura sua testamentum revocabile. Debet non dari prima & secunda voluntas ultimus, sed unica tantum, & illa tantum voluntas dicitur, quæ suprema est. Nec prohibet, quæ vetsemur in materia odiosa, qualis ea censetur immutata conditio Religiosorum, non ideo concessiones ita interpretandæ, ut reddantur ridiculæ & captiosæ. Sarmient. de redditib. Eccles. p. 4. c. 4. n. 3. Azor. d. c. 9. p. 1. Fach. §. Contr. c. 99.*

Q. V. An ista licentia finiat morte concedentis ? Resp. Hoc posse videri, eò quod mandatum re integra, morte mandantis expirat, c. Gratium. c. Relatum sup. de deleg. Verum cum hæc res non tam ad mandatum spectet, quam ad gratiam factam, verum est, concedentis morte non finiri eam licentiam, c. si cui 36. de præben. in o. ubi gratia factam non facit extinguere mors concedentis, si integra, licet secus in gratia faciendâ. Navar. can. Placuit num. 162. de penit. dist. 6. Sarmient. d. loco num. 3. Azor. d. c. 9. qu. 4. Fachin. d. l. §. c. 100.

Q. VI. An testamentum factum ante

gressum per eum rumpatur? R. Hoc aliquos velle, si non cogitaverit testator de ingressu, quod per ingressum videatur tacite revocasse voluntatem, *Auth. Ingressi Cod. De SS. Eccles.* ubi ingrediens se & sua censetur Monasterio dedicare: & per *Auth. Nisi rogati Cod. ad S. C. Trebell.* ubi Monasterium habetur loco liberorum & quasi posthumi. Contrariam tamen opinionem esse veram indistincte, sive de ingressu cogitaverit, sive non; cum nullus textus distinguat, sed de liberam potestatem testandi ante ingressum de suis, *Novella de Monachis r. §. illud*, nec sit ratio distinctionis. Nam quod agunt de tacita revocatione, in casu, quo non cogitavit ingredi, nihil arguit, cum illi non sit ista vis, quæ ne quidem competit expressæ revocationi, nisi solemniter ut dictum *Instit. quib. modis testam. infirm.* Censetur enim testator tabulas approbare, quas non mutavit sequenti iusta voluntate. Nihil facit *auth. nisi rogati*, quia eius decisio tantum habet locum in casibus expressis, inter quos non est hic, de quo agimus, & quando ab intestato decedit ingressus ex tacita eius voluntate. Videtur hanc opinionem amplecti Covar. *ad c. 2. nu. 10. h. t. ubi Boet. Epo. n. 2. §. segg.*

16 Hæc ita in Professis. Aliter se res habet in Novitiis, qui cum necdum in potestatem altectus suam remiserint voluntatem, bonisque se exuerint, nec regulari se alligaverint, non possunt dici obligati Religioni, cum solus habitus non faciat Monachum, *d. c. 2. h. tit.* Ut habeant plenum & liberum arbitrium disponendi super rebus suis.

17 Dubitari tamen posset, An hoc non sit mutatum per Trid. *Sess. 25. c. 16. de Regularib. R.* Prohiberi quidem ibi dispositionem Novitii, nisi ex licentia Episcopi, aut ejus Vicarii, intra duos menses ante professionem, non eam, quæ est ultimi elogii, sed quæ sit inter vivos. De qua tantum agi patet; Primum, ex verbis, *renunciatio aut obligatio in favorem facta, etiam cum juramento sit irrita*, qualis spectat ad actum inter vivos. Nam disponere de rebus suis per ultimum elogium non est renunciare, aut se obligare. Secundo ex ratione Concilii, quæ est, ne spoliatus bonis ante ingressum, minus liberè ingrediatur, in Monasterii detrimentum. Quod non contingeret per ultimum elogium, quod non

privat aliquem bonis, cum non sortiatur effectum ante mortem naturalem, aut civilem, quæ inducitur per ingressum, ut ante non præjudicaretur Novitio. Tertio, quod non alias renunciatio aut obligatio Novitii teneat, quam intra duos menses, ex licentia Episcopi, aut ejus Vicarii qua non opus in testamentis, quæ non possunt dependere ab alieno arbitrio, & hic frustra requiretetur, cum nullibi sit adempta testandi facultas Novitio.

18 Usuratio manifesto, ante restitutionem aut cautionem de restituendo, non esse licentiam testandi dixi *ad D. h. t. num. 21.* & dicitur infra *ad tit. de usuris* Excommunicatum non esse prohibentem testari, ex eo patet, quod tantum sit prohibitus testari excommunicatus ob percussione Cardinalis, aut hæretico, *c. fin. De pœnis in 6. Auth. Credentes C. de hered.* Quod minimè extendendum, tam quia pœnale, tum quia exclusio unius est inclusio alterius. Covar. *de testam. p. 2. Rubr. n. 56. Clar. §. Testam. q. 24.*

19 Ad formam quod attinet, non desideratur hoc jure tanta solemnitas atque civili, cum sufficiat duorum aut trium testium præsentia, coram Parocho, *c. cum esses 10. h. t.* ubi dicitur in ore duorum aut trium stare omne verbum. Ut probationis causa videantur potius requisiti testes, quàm solemnitatis substantialis. Ut saltem hoc jure verior sit eorum opinio, qui volunt minus solemnæ testamentum obligare heredem, certum de voluntate defuncti, ad præstanda relicta, cum probationibus non sit opus, quando propria confessione constat de veritate, nec aliàs ad extraneam fidem decurratur, quàm si aliter non possit haberi veritas, ut ait *Imp. in l. fin. Cod. de fideicom.* quod & jure civili teneri posse diximus *ad D. tit. qui testam. facere poss. n. 43.*

20 Quantum ad testium qualitatem, rejiciuntur & hoc jure suspecti veluti domestici, quales hac in materia ponit potestas patria, non etiam cognatio, aut cohabitatio. Removentur & ii, quibus deest sensus, furiosi, impuberes: itè quorum causa agitur, quia nemo in propria causa idoneus testis. Vide dicta *ad D. ad n. 31. §. segg.*

21 Queritur autem, An hoc jure mulier hac in causa admittatur testis? R. Probabile esse, non admitti, cum *d. c. 10.* nihil mutetur de



qualitate testium, sed tantum de numero; ut procedat argumentum e. 1. *inf. de novi operis nuntiis*. Pro qua parte facit, quod & hoc iure desiderantur testes idonei & legitimi, *e. relatum 21. h. r.* quales in hac materia non sunt feminae, sed masculi. Hanc opinionem sequitur Covarr. *in d. e. 10. in fine*, Clarus §. *Testamentum qu. 55. num. 3.* Contrarium tenet Viglius, *in §. testes n. 3.* *Instit. eod.* quod in testamentis, quae iure gentium subsistunt [cujusmodi vult esse factum secundum iura Canonica] non inspiciatur sexus testium. Cujus opinio bene procedet in testamentis parentum inter liberos, quae cum valeant etiam sine ullo teste, modo de voluntate constet, valebit quoque teste muliere, cuius testimonium iure gentium est receptum. Quod & obtinet in testamento militari. Quoad alia testamentorum genera posset dubitari, cum non sufficiat in his quilibet voluntatem probandi modus sed desideretur coram testibus, duobus aut tribus, & Parocho explicetur voluntas: ut rectè dicatur ista testamenti factio non esse redacta ad jus gentium.

Alia quaestio est, An testamentum ad pias causas sine teste valeat? R. *In e. Relatum 11. h. r.* requiri etiam in testamento ad pias causas duos aut tres testes, eosque legitimos: nec ulli expressum in iure, sine testibus testamentum ad pias causas subsistere, excepto testamento parentum inter liberos, de quo in Constitutione Theodosii, *h. hac consultissima 21. §. eo imperfecto Cod. h. r.* à cuius similitudine sumptum argumentum fragile est & fallax: propterea quod nullum simile sit idem, & facile sit dare instantiam ac dissimilitudinis rationem: ut hoc in casu, quo liberi sunt magis favorabiles, quam pia causa, ut patet ex D. Augustini sententia, *can. fin. XVII. q. 4. D. Wamel. Conf. 376. n. 4. §. 6. de peculio Cleric.* Plures casus, in quibus fallit hoc argumentum, videre est apud Everardum, *in loco à simili*. Plerique tamen dictam Theodosii Constitutionem extendunt ad pias causas, ut, licet sine ullo teste sit conditum testamentum, nec publicatum, si tamen inveniatur scriptura perfecta quoad voluntatem holographa, id est scripta manu testatoris disponentis in pias causas, servanda ea sit, & pia causa admittenda ad bona: & ita communius receptum est, ut patet ex Tiraq.

De Privilegio pia causa Pr. 4. §. seqq. sit hoc, quia scriptura non vocatur in controversia quia alias nullam faciet probationem, ut tradit Mantica, *De consuet. ultim. volunt. c. 2. n. 9.* Mulierem admitti in tali testamento vult Tiraq. *d. loco n. 8.*

Ad formam testamenti maxime spectat institutio hæredis. Ubi si sine hoc iure institutus, sed vel institutus, vel nominatus, vel hæredatus, ad testamenti valorem non videtur ex nova cautum, de quibus Noyellus *de appellat. §. aliud quoque caput & h. r. movendam querelam*. Quod addo, quod exhereditatio facit testamentum subsistere, ut inveni possit per querelam; qua de re *D. de lib. & posthumis hæred. institutis §. de hæred. lib.* Vult autem lex civilis testamentorum iura per se firma esse, aliunde non deducere. Unde institutio sine ultimo aliquo alienum arbitrium eo iure non rectè coarctat. *l. illa institutio 32. de hæredib. instit.*

Ubi dubitatur, An hac in parte Canonici sentiant à iure civili? Resp. Id non patet, quod qui putant hoc iure in alterius arbitrium remitti dispositionem, per tertium expressum uti volunt, *in e. cum tibi 13. h. r.* qui habet, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur deesse de iure iustum, Quod plerique accipiunt dispositionem pias causas, in quam bona distribuuntur, tenet Abbas *ibi n. 3.* & Covarr. *ibid. n. 13. c. 10. m. n. ibi nulla fiat mentio pias causas*. Dico hæc in parte non dissentire Canones, cum in isto textu non velit dicere, talem scripturam esse testatam, sed tantum ad exclusionem episcopi, cui honorum ab interato dispensatione est mandata, ut patet ex *e. cum tibi 13. h. r. verb. signif.* cuius d. c. 13. est pars, ut patet ex Pont. Innocentii, & ad eum d. m. Episcopus scriptum, qui proinde frustra sibi adrogat dispensationem, utpote jam alii communi defunctum, qui eatenus non potest dici institutus. Ita subtiliter Sarmient. *Selec. Insuper c. 6. n. 33. §. seqq. Fachin. 5. Contr. c. 17.* Contra ter traditur, eum, cuius arbitrio dispensatione commissa, censeri institutum hæredem, & distribuere in pias causas. Abbas, Covarr. *e. d. loco*. Quo admissio non tam à legibus dantur Canones; quam consonant.

Relinquuntur etiam hoc jure legata, fideicommissa, non tantum testamento & codicillis, sed & ab intestato, nudis verbis, c. 4. h. t.

25 Ubi quaesitum, An in eo differant Canones à legibus, quod non admittant legatum rei alienae? R. Hoc aliquos velle indistinctè, sive res sit Ecclesiae, sive alterius privati, eo quod lex civilis tale legatum permittens fore aptum odiosum hæredi, atque ita non sit servanda ab Ecclesia, quia non sit in commercio. Fundatur in ratione textus c. Filius noster, s. h. t. in quo agitur de legata re aliena, Ecclesiae scilicet & resolvitur, contra legem Dei esse, rem alienam legare. Ubi aliqui dicunt, Pontificem minus intellexisse leges, aut probabilem aliquorum opinionem securum; contrariam vero esse probabiliorum. Quorum dictum ineptum, cum suscipere reverenter, vel suscipere potius Pontificum decisiones deceat. Unde dicendum, cum statutum juris civilis permittens legari rem alienam, nihil peccati includat (nam si quod includeret, esset ratione detrimenti domini, cujus res legata, quod nullum ei est, quippe cui invito non auferatur res sua, sed vendere volenti datur assensio, quae alias offerenda legatario tamquam ei legata, Inst. de legatis §. non solum) vetius esse, hac in parte Canones à legibus non recedere, & permittere legatum rei alienae.

26 Nihil obstante d. c. s. nam in eo tantum reprehendit Pont. apprehensionem, & detentionem rei alienae per legatarium, domino invito, ut patet ex finalibus verbis istius text. qui non cogitur rem suam invito alienare, cum in rem alienam alteri nihil sit juris, ne quidem per ultimam voluntatem. Ita Covarr. ad. d. c. s. Nec debet quemquam movere, quod ibidem post verba, si auctor ejus legaverit rem alienam, subjiciat Pont. Sed quia lege Dei vivimus: quia non referenda ad illa priora verba, sed ad subjectam decisionem, scilicet, Valde mihi videtur injustum, &c. Quibus non tam reprehendit leges saeculi, quae, ut dictum, hac in parte nihil mali involvunt, quam iniquum detentorem, saeculi leges perperam in sui defensionem allegantem, quasi sicut licet legare rem alienam, ita etiam auferre & detinere

liceret. Vide hac repetita D. de leg. & fideicommiss. cap. 2. n. 23 & 24

Quantum ad testamenti vel voluntatis mutationem, illa etiam hoc jure est licita, uti & Falcidia ac Trebellianica detractio, quam in piis causis nec Canonico nec civili jure obtinere, recepta habet sententia.

Ex dictis patet, in testium numero & solemnitate Canones differre à jure civili; quorum tamen statutum non obtinet nisi in terris Ecclesiae manente requisita solemnitate à jure civili, in terris Imperii. Usus tamen passim se auctoritatem odavit decisioni juris Canonici.

27 Est & in eo differentia, quod jus Canonico cum admittat detractioem duarum quartarum, legitimae scilicet, tamquam à suo, & Trebellianicae, tamquam ab hærede gravato, c. Raynaldus 16. c. Raynaldus 18. h. t. cum leges, secundum vetiorem sententiam, tantum admittant alterius detractioem, cum passim velint, retento quadrante, reliquum doctantem restitui, ut traditum D. Ad S. C. Treb. n. 92.

28 Ad effectum testamenti, alteriusve ultimae voluntatis pertinet, ut hæres eam exsequatur intra annum, c. 3. h. t. Qui si legata pia distulerit solvere, donec judicio conveniatur multatur in duplum, §. ex malificiis inst. de actionib. Jure Novellarum monitus à judice non adimplens intra annum quod jussus est, privatur omni emolumento, quod posset consequi ex hæreditate, excepta tamen legitima, Auth. Hoc amplius Cod. De fideicom. Cui videtur ob stare textus in c. licet inf. de voto: de cujus intellectu ibi commodius agatur.

29 Solvenda legata iis, quibus relicta: nisi is, cui relicta sunt, sit inhabilis, aut res talis sit, quae relinqui non potest, quia non sit in commercio, licet etiam stipulatoris tantum, adeo ut ei non debeatur estimatio, l. multum §. 4. D. de V. O. Sic Ecclesiae aut piis locis ex statutis quarundam Regionum, uti & harum ex Constitut. Caroli V. an 1520. non relinquuntur res immobilis.

30 Ubi occurrit quaestio, An legatum rei immobilis Ecclesiae sit omnino inutile, ut ne quidem pretium debeat? R. Controversam hanc esse quaestionem, patet ex iis, quae tradit



D. Peckius in *Tract. de Amortizat. c. 9.* communio-
re tamen & benigniore opinione esse receptū,
ut debeatur rei relictae aestimatio, quasi statuta
ejusmodi nō resistant acquisitioni pretii seu a-
estimationis. Quae opinio probatur per l. *Fidei-*
commissa 114. § si quis alicui de legat. 1. Facit
eodem *Clem. Exrv de verb. signif.* quae rerū im-
mobiliū Frāciscanis legatarum, quarum sunt
incapaces, vult praestari pretium, Et hoc quare-
nus res relicta est aliās in commercio: nisi tamen
elāusula irritans decreto prohibitionis sit adje-
cta, ut in dicta Constitut. Caroli V. quod nolite re-
linqui Ecclesiis aut piis locis bona imobilia: quae
cum sit loco formae, facit quasi non extitisse
defuncti voluntatem, aut nihil ex ea sequi, l.
Non dubium Cod. de legibus. Admonet tamen
Peck. d. loco in fine, si de voluntate certō con-
stet, etiam isto casu mitiorem viam esse eligen-
dam viro bono, & praestandam aestimationem,
ad eximendum omnem scrupulum juxta tex-
tum in *cap. Consilium inf. de observat. jejun.* Et
hoc omnino, si testator voluerit dari ejus preti-
um, quia talis voluntas nequaquam contradicit
dictis statutis, quae tantum prohibent adquisi-
tionem rei immobilis, quae hic non acquiritur,
nec relinquitur, sed pretium ejus non prohibi-
tum. Vide plura hac de re ad *D. de leg. & fidei-*
com. num. 27. & seqq.

32 Receptum hoc jure, ut ex relictis Ecclesiae
portio Canonica debeatur Praelato, & e con-
tra ex relictis Praelato sua portio praestetnr
Ecclesiae Cathedrali, non etiam inferiori, cum
qua non est tanta communio. Et hoc nisi
reliator reliquerit quid Episcopo ipsi, citra
fraudem, ut eo contentus esset, & ille accep-
tauerit, c. *Officii 14. h. 1.* Aliās non potest re-
liator impedire, quō minus portionem suam
salvam habeat Episcopus, aut eam deminuerē,
sive conjunctim, sive separatim Ecclesiae sit
relictum, cum debeatur de jure communi,
cui non derogat privatus. * Non semper
autem Cathedrali Ecclesiae sua debetur por-
tio ex relictis Episcopo, sed tum demum,
quando contemplatione Ecclesiae est relictum
Episcopo, non autem si contemplatione per-
sonae, c. *requissisti 19. h. 1.* Quare autem Praela-
tus hac in parte sit potior Ecclesia, rationem
dat *Gloss. ibi v. secus*, quod nomine Ecclesiae
contineatur & Episcopus, tamquam ejus ca-

put, quam approbat ibi Abbas & Cor. m.
Quando vero censetur quid relictum
lato suo nomine, quando nomine Ecclesiae
dubitatum fuit, & distinguit *Port. 12. d. 1.*
Nam vel est relictum Praelato à proprio
vel ab extraneis, hoc casu relictum ma-
tu Ecclesiae censeri; illo vero Praelato ma-
tū, quod consanguinitas faciat personam
tius electam videri, arg. l. *si plures 5. in adq. in fine*
D. de vulg. & pupil. Idem dicitur
in relictis ab amico arg. l. *Nemo 38. D. de adq. in fine*
dib. insit. Relictum illi, qui proprium ha-
re potest, nec ullam administrationem
sua habet, illius proprium est, sive relictum
propinquo, sive ab extraneo, quia censetur
relictum personae intuitu, nisi aliud apparetur
15. in fine.

Debetur autem dicta portio Episcopo
omnibus Ecclesiis ejus diocesis. *Hoffm. Summa inf. de sepulc. n. 12.* nisi privilegium
presum eas liberet, aut consuetudo legitime
praescripta, secundum Abbatem, in c. *capitulum*
9. n. 6. & 7. inf. d. 112.

Verum dubites, An & Ecclesiae exemptae de-
beant hanc portionem? R. Hoc adverte-
stien, d. loco, ex eo, quod habeatur respectus
personae, à qua sunt oblationes, non est
loci, cui sunt, contrarium verius, & commu-
niter receptum, secundum Abb. in d. c. *Officiis*
6. h. 1. quod non tam debeatur ratione elec-
tionum, aut relinquentium aliquid, quam ratio-
nate, quae est Episcopo super Ecclesiis: quia
nulla sit super exemptis, non est etiam ratio
quare ei quid debeatur.

Ceterum portio ista interdum est quarta
interdum tertia, aut alia, pro locorum
suetudine, quae servanda, d. c. 9. inf. *De sepulc.*
Boëtius Epo ad d. c. *Officii in prim.* ubi
portio parochialis, quae debetur parochiae
Ecclesiae, de qua agemus inf. *De sepulc.* ubi
frequas ejus mentio. * Sunt etiam quaedam
relicta extra hujus portionis detractionem
ut quae sunt relicta pro ornamentis, sicut
luminaribus, anniversariis, in perpetuum
tum divinum, cessante tamen fraude, c. *fin. d. 1.*
& c. *Ex parte 31. inf. de V.S.* Sunt & illa
ab hoc onere, quae Ecclesiis ab existerentibus
donantur inter vivos, c. 4. inf. *de sepulc.*
1. inf. *de statu Monach.* Sunt quoque extra illa

equi arma, relicta in subsidium terræ sanctæ. c. In nostra 10. inf. eod. Item relicta pauperibus simpliciter, quod censetur relictum personis, non locis, secundum Gloss. in c. 2. inf. eod. & Jo. an. Audr. in d. c. In nostra. Et licet textus loquatur de portione parochiali, idem tamen dicendum de Episcopali, cum parificentur in jure & privilegio. Dixi, ab existentibus sanis; ne obstat d. c. 2. quod accipiendum de datis ab ægrotis, ex eo morbo decedentibus.

39. Porro ut faciliorem habeant exitum ultimæ voluntatis, solent testatores certos delegare executores, c. penult. h. t. live laicos, live Clericos, etiam Religiosos, accedente tamen Superioris auctoritate, quod ipsi velle aut nolle non habeant, c. fin. eod. in 6. imo etiã Prælatos, Clem. un. eod. Quorum est adimplere testatoris jussum, intra tempus assignatum, aut eo non assignato, intra annum; alias ad Episcopum devolvitur executio, c. 3. h. t. Qui & potest cogere executores, ut citius voluntates exsequantur. Covar. in c. o. nu. 4. h. t. Ex pluribus datis, alio mortuo, absente, aut recusante, alter exequi non impeditur, in favorem voluntatis, nisi testator aliter providerit, d. c. fin. eod. in 6. Post executionem ratio ab executore reddenda loci Ordinario, quem non excusat prælationis officium, d. Clem. un. h. t.

TITULUS XXVII.

De Successione ab intestato.

SUMMARIUM.

1. Bona Clericorum patrimonialia, vel quasi, ab intestato quibus deferantur.
2. Adquisita ex fructibus beneficii cui succedant.
3. An in dubio præsumantur ita adquisita?
4. Consuetudo an rectè admittatur ab intestato ad hujusmodi bona proximis defuncti?
5. Monachi bona cui adquirantur.
6. Mixto monasterio cedunt novo.
7. Monacho facti Episcopo cui bona cedant.
8. Decedenti in novitiatu Monasterium non succedat.
9. In Monasterio manens quatenus se & sua censatur ei dedicasse.
10. Statuta prohibentia adquisiri bona immobilia piii locis an iusta?

21. An & ea, quæ arcent Religiosos à jure succedendi.

22. Monacho recusante, an Monasterium possit a dire hereditatem?

23. Fructus pendentes cui competant, hæredi, an successori in beneficio.

24. Consuetudo ea in re varia.

25. Fructus anni primi ac secundi an statuto rectè referantur domui mortuaria ac fabricæ?

26. Decretum Conc. Trid. hæc in re.

Patrimonialia Clericorum Ecclesiæ ab intestato cognatis I defert, can. 1. xi. q. 4. pro linea & gradus prærogativa, secundum distinctionem traditam in Novella 118. De hæredib. ab intest. venientib. probatam potius, quam improbatam per Canones, d. can. 1. de qua actum Insit. c. D. in materia de successione ab intestato. Si nulli fuerint cognati, bona deferuntur Ecclesiæ, c. 1. h. t. eo modo, quo fisco bona laicorum decedentium abque hærede deferuntur.

Quantum ad collecta ex fructibus beneficii, ea spectant ad Ecclesiæ, in qua beneficium 2 obtinuit defunctus, d. can. 1. Si in pluribus Ecclesiis defunctus habuerit beneficia (quod fieri posse dictum sup. de præben.) pro rata singulæ admittuntur, c. Relatum 12. sup. De testam. Ubi cautè advertendum, an defunctus bona ante clericatum habuerit, aut aliunde quam ex fructibus beneficii: nam attenda eorum qualitate & quantitate, cum iis, quæ ab Ecclesiæ acquisivit, pro rata inter hæredes defuncti ad Ecclesiæ eorum fiet distributio, d. can. 1. c. 5. sup. De testam.

Ubi quaeri potest, An in dubio præsumantur adquisita ex bonis Ecclesiæ? R. Si alius de 3 non demonstratur advenisse, præsumi adquisita ab Ecclesiæ ejusve nomine, arg. l. Quintus 31. D. De donat. inter vir & ux. c. l. 6. Cod. eod. Quæ tamen loca non ita convincunt, quandoquidem ibi præsumptio talis sumatur ad evitaadam suspitionem turpis quaestus ex parte mulieris, quæ hic cessat. Communem tamen eam esse opinionem, testantur relati à Covar. ad c. 1. nu. 9. c. seq. sup. De testam. quod & tenet Cujac. ad Nov. De Eccl. iis. 137. Nam cum non appareat bona ante dignitatem Clerico aliqua fuisse, aut aliunde advenisse, ve-

Kk 3

relatius

similiter est, ex bonis Ecclesie provenisse, & data aut relicta potius: x pietatis & religionis intuitu, quam personæ, sive possessio sit apud heredem, sive apud Ecclesiam. Et ita in dubio; nam præsumptio pro altera parte stans transferet onus in adversarium.

Hæc ita de jure scripto: cui consuetudo plerisque in locis derogavit, ab intestato admittens ad bona, etiam ex fructibus beneficii quasita, proximos defuncti, exclusâ Ecclesiâ.

An vero ista consuetudo sit proba, dubitari potest. Quæ consuetudo testandi de bonis adquisitis per Ecclesiam probata Tit superiori. Quod facit argumentum ab expresso ad tacitum, in jure validum, cum procedat ex eadem potentia causæ efficientis, ut videre est apud Everardum, in loco *Ab expresso ad tacitum*. Facit etiam, quod per eam evitentur lites atque alia inconvenientia, causata ex eo, quod nesciatur, unde bona superflua sint adquisita, ex fructibus Ecclesie, an verò aliunde. Erit a plerique eam probat, citati à Covarr. in *e. Cum in officio nu. 24. sup. De testam.* quamvis non desint, qui velint istam consuetudinem procedere quidem in foro exteriori, non etiam interiori; eo modo, quo diximus antè, ad Tit. *preced. testantes de bonis quasitis ab Ecclesia posse peccare contra ordinem charitatis, omittis pauperibus, aut Ecclesiâ, ea relinquendo divitibus.* Vid. Molina *De Just. & iure Tr. 2. Disp. 147. concl. 8.*

5 Monachus non habet alium heredem, quàm Monasterium; imò non habet heredem, cum ipso ingressu adquirantur omnia ejus bona Monasterio, *e. 2. sup. De testam.* Quia in re nihil operabitur consuetudo, cum bona Monachi etiam patrimonialia per ingressum adquirantur Monasterio. Cui similiter cedunt, quæ postea ex successione, aut alias Monacho deferuntur, *d. c. 2.* Nisi mutaverit Monasterium; nam post mutationem adquisita cedunt novo Monasterio, cum jus hoc sit personale, ad hærens personæ Monachi: ut quia sequitur personam, & cum ea transeat. Covarr. in *e. 1. nu. 29. sup. De testam.* An autem bona delata ad Monasterium prius secum deferat transiens, dicemus infra, ad Tit. *De Regularib.* Hæc ita, si Monasterium sit bonorum capax, & ante non disposuerit in-

gressus de suis bonis, uti licet dictum Tit. superiori.

Quid si Monachus sit factus Episcopus? Tunc bona non ad Monasterium, sed ad Ecclesiam spectant, ad quam adscriptus, deus esse censetur, non etiam Monasterium, merito illi querat, *can. Statutum xviii. q. 1. Molin. De Gl. in can. De Monachis xvi. q. 1. Molin. De Gl. Tr. 2. Disp. 240. in fine.* Nihil facit, quod omnia sua Monasterio detulerit, atque ad spem ad futura; nam hoc verum est, quantum ad Episcopatum. Quod facit, quod dicitur Tit. *sup. nu. 10.* liberari eum per hoc a regno Monasterii. Idem obtinet & in eo, qui mittitur ad parochialem Ecclesiam subiectam Episcopo: nam isti Ecclesie acquirunt; Monasterio verò non alias, quàm si Ecclesia sit subiecta.

Illud etiam hic queri posset, An Monasterium succedat ab intestato decedenti in novitatu? R. Minime: nec ad id spectare Novitatus, si aliter non sit ab eo dispositum. Nona translatio corporis nulla est ante professionem, ita & bonorum; sequitur enim accedens suum principale: ut super his maneat Novitatio plena libertas disponendi, sive in testamento, sive ultimo elogio. Cui etiam non detegatur cultus redeundi ad sæculum.

Si tamen in Monasterio maneat, nonlibi dispositione, se & sua ei censetur dedicat. *Auth. Ingressi C. De SS. Eccl.* Quod veniens in quibusdam locis tantum quoad mobilia non etiam quoad immobilia, uorum translatio in Ecclesiam prohibetur statutis eorum. *Proviciatium, ex Constitutione Cassin. an. 1520.*

De quibus, A, sint iusta, dubitatur: R. Hæc dicendum esse, cum non directè contra Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, nec per rebus Ecclesiasticis sint concepta, sed profanis tantum, & quidem in bonum profanis tantum; tum ne crebra & perpetua facultas acquirendi jurisdictioni laicorum misceatur, cui manum mutantia in alterius generis jurisdictionem, Ecclesiasticam sollicit, translatio & eximantur à vecligialium, & similia dispositionum onere, in gravamen laicorum tantum, auctis ultra modum secularibus.

luzuriandi, lascivivivive causa præbeatur, cum destructione boni ordinis, Gail. 2. *Offic. c. 32. nu. 8.* Wamel. *Conf. 432. n. 3. b. 1.* Quæ ratione & statuta probari possunt, quibus Religiosi à jure succedendi cognatis [quod jure communi eos habere, quatenus Monasterium est bonorum capax, certum est, sive inspicias jura Canonica, can. *Abbat. xviii. q. 2.* sive civilia, l. *Deo nobis 56. C. De Episc. & Cler.*] secluduntur, Chassan. *ad Consuet. Burg. Rubr. 7. §. fin.*

11 Ut autem de jure sit Monachis saluum jus succedendi, ex causa cognationis, eisque deferatur hereditas, non tamen sibi quarunt, sed Monasterio. Wamel. *d. Conf. 432. num. 5.*

Ubi querat aliquis, An Monacho adire delatam hereditatem recusante, possit adire Monasterium? R. Pro negantium parte facere text. in l. 3. *Cod. De jure delib. ubi servus, cui Monachus comparari solet, potest non adire, quod aditio sit facti, & facienda per personam vocatam, atque ita Dominum impedire, quo minus hereditatem consequatur. Frequentius tamen receptum, hæc ratio in casu Monasterio adire, non tantum Monacho adhuc vivente, sed etiam post delatam hereditatem mortuo, aut ad alium Monasterium translato: propter jus ex delata semel hereditate quaesitum, quod per mortem, aut translationem non tollitur. Rationem plectique dant, quod Monachus velle aut nolle non habeat, secundum c. *Si religio 27. De elect. in 6.* Verum ea ratio non admodum urget, cum & servus velle aut nolle non habeat; quo tamen invito non acquiritur Domino hereditas, d. l. 3. Unde dicendum, Religiosum potius comparari filio hæc in parte, quam servo, vel in genere filio aut servo comparari, prout Monasterio est utilius. Atque ita, ut, filio recusante adire delatam sibi hereditatem, patri est concessum adire, l. *fin. Cod. De bonis qua liberis & c. ita & Monasterio liceat adire, recusante, vel mortuo, translatove Monacho. Covarr. ad c. 1. nu. 31. sup. De testam.**

12 Hæc ita in fructibus perceptis. Quid in pendentibus statuendum? R. His, qui omnes successores servandos putent, neutiquam autem hæredi competere, in casu, quo ab intestato devolvitur hereditas Clerici ad proxi-

mos, ex consuetudine. Ducuntur argumenta eorum, que sibi dicta de usufructu, fructuarium scilicet fructus non perceptos ad heredem non transmittere, quia jus tantum habeat personale, quod cum ejus persona extinguitur; sit autem loco fructuarii Clericus, uti dictum supra Tit. 25. Pro qua parte facit textus in c. *fin. De officio ordin. in 6. & c. Quia sape 40. De elect. in 6.* Veriorem judico eorum opinionem, qui pro rata temporis volunt eos dividi inter hæredes defuncti & successorem, arg. l. 8. §. 1. *Solutio matrim.* ducto argumento à matrimonio carnali ad spirituale, de quo Everardus, in *sum. Læcis.* Quod procedit, quando est paritas rationis, uti hoc in casu: nam ut ibi sunt onera matrimonii, cujus nomine fructus percipiuntur pro rata, ita & hic servitium Ecclesiæ præstitum, nam alias alteri deserviens, ab eo non aleretur. Ut nihil faciat argumentum ab usufructu desumptum; cum in eo non habeatur ratio onerum, uti hoc in casu, argumento matrimonii. Et licet sint majora in matrimonio onera, quam in beneficio, non tamen ideo convincitur, beneficiorum causam non esse onerosam Covarr. 1. *Var. Resol. c. 14. nu. 21.* Et hoc ita de ratione juris teneri possit: nihil obstante d. c. *fin. & d. c. Quia sape.* quia accipienda de fructibus aliis qui non debentur defuncto.

Verum hæc in re consuetudo plurimum potest: quæ alibi dividit fructus pro rata temporis, alibi successoribus assignat, præcipue Prælato, juxta d. c. *fin. & d. c. Quia sape De elect. Clem. Statutum eod.* alibi Ecclesiæ reservat; alibi etiam totum annum sequentem assignat domui mortuariæ, sive hæredibus defuncti, quem vocant annum gratiæ. Imò & secundi anni fructus alibi attribuuntur fabricæ, aut alteri uli Ecclesiæ, ut successor in beneficio toto biennio carere debeat fructibus.

Ubi quaeritur, An valeat talis consuetudo, aut statutum? R. Videri, si non manifestam iniquitatem & irrationabilitatem, saltem duritiam aliquid continere; tum quod successor in beneficio, ad quem regulariter pertinere fructus constitutum est, pro servitio Ecclesiæ, iis fraudetur totius anni vel biennii tempore: tum quod absurdum sit, fructus ad eos deferri, qui non sunt beneficii possessores, nec ei deserviunt, quod repugnat intentioni Eccle-

Eccle-

Ecclesie. Quibus & aliis non obstantibus, videtur Joanni Andree sustinenda consuetudo, in c. Nemopotesi 79. n. 3. & seqq. De R. L. in 6. propterea quod consuetudini sit vis derogandi Canonibus, secundum dicta sup. De consuet. nu. 8. si non tendat in detrimentum Ecclesie: hæc autem non tendit, cum solum præjudicet successori, cuiusdem jus post mortem reservatum. Adferit ipse super hac re fuisse antiquas Decretales: nec esse omnino improbandam talem consuetudinem patet ex Constitutione Jo. xxii. in Extravag. Suscepti De elect. qui eam ad moderationem redegit & restrinxit, ut saltem aliqua pars primi aut secundi anni successori adsignetur. Verum ea Constitutio in Regionibus præsertim Ultramontanis vel non recepta, vel usu & consuetudine abrogata, & prædicta consuetudo in usu remansit, ut patet ex variis Doctorum responsis. Oldrad. Conf. 140.

16 De reform. consuetudinem & statuta, quibus successor in beneficio gravari solet, tempore admissionis, & institutionis. Et secutus Pius V. insistentes Tridentini vestigiis, Constitutione suâ editâ anno 1576. incip. *Durum nimis*, eadem improbat, non obstante confirmatione Apostolica, aut tempore immemoriali, aut etiam quod juramento sunt confirmata, ipsa juramenta irritans; & tantum permittens, si fructus ultra semestre fabricæ, aut alterius pii loci usibus reperiantur concessi, dimidiam partem fabricæ aut alii pio loco attribui, reliquam dimidiam fructuum anni concedi successor.

TITULUS XXVIII.

De Sepulturis.

SUMMARIUM.

1. Sepeliri quo in loco quis debeat.
2. Sepulturam eligere cuique licet.
3. Inducere quem ad eligendum non licet.
4. Mulier sepelienda cum viro.
5. Pater liberis impuberibus sepulturam eligit.
6. Portio Parochialis qua dicatur.
7. Sepultura Ecclesiastica quibus debita, vel non.
8. Infidelibus & hæreticis deneganda.

9. An excommunicato non vivando?
10. Occultè excommunicato non deneganda.
11. Hæres ad damna ex delicto defuncti datur & quatenus teneatur.

VT habetur ratio bonorum defuncti ex testamento, sive ab intestato in corpore habenda; quod sepeliendum in hoc sacro, propter participationem precum, quibus pro defunctis funduntur, can. Cum gratia 17. & can. Non assememus xlii. q. 2.

Sepeliendus quisque in loco, in quo Sacramenta percipit, etiam alibi fortè in curia, & c. 3. h. e. in 6. Alienum parochianum sepeliendo restituit & corpus, si peratur, & quod percipit nomine percipit.

Licet tamen alibi eligere sepulturam, licet ex d. e. 3. Exceptis Religiosis, qui curiam vel aut nolite non habeant, nec el. thonen, sepeliendi sunt in suis Monasteriis; nisi loci ab his absint, c. 5. eod. in 6. Wam. Cap. nu. 3. h. e.

Est autem strictè inhibitorium, inducens quem ad eligendam penes se sepulturam, hoc obstringere pacto, juramento, vel alio interpositâ, ut & impedit, eadem sepulturam immutare. Quo casu & corpus restituitur sive parochie intra decem dies, omniaque occasione sepulturæ percepta, c. 1. eod. in 6. ab Ecclesia, & cœmetæria eorum, manent sub interdicto, donec restitutio sit facta.

In sepulturis majorum alibi positus quis sepelitur, c. 1. h. e. * Mulier cum viro sepelienda. Si plures habuerit, cum posterore quod ejus domicilium & honorem retinet, vel posset hoc videri unioni dandum, cum maritus cum uxore sepeliatur. Abbas c. 7. h. e. Si tamen verus fuerit maritus, & alibi sepulturam non elegerit, d. c. 3. * Pater impuberibus liberis sepulturam eligit, si ita fuerit consuetudo loci, non alias, d. c. 1. h. e. 4. eod. h. e. Pubes quisque eam sibi eligit, d. c. 1. h. e. 1. h. e. Licet eod. in 6. etiam in Monasteriis, quibus privilegium est concessum, c. In nostris 10. de p. si ei per pactum cum Parocho sit derogatum, c. fin. De pactis in 6. Quod sustinetur, cum hæc revertamur ad jus commune, quo non licet Monachis recipere alienos parochianos, c. De pactis in 6.

6 Electa autem alibi, quam in propria parochia, sepultura, debetur propriae Ecclesiae eorum, quae relicta sunt loco, in quo electa sepultura, portio tertia aut quarta, major aut minor, pro loci consuetudine, *c. 1. s. & 9. h. t. quae vocatur Parochialis*. Quam portionem sibi non adrogat Ecclesia, in qua sunt parentum sepulchra, si ea dimissa alibi eligatur sepultura, sed debetur ei, in qua defunctus solitus erat audire divina, *c. 2. in 6. Ex relictis Ecclesiae, in qua quis non sepelitur, non est praestanda haec portio Ecclesiae parochiali, secundum Innoc. in c. 2. h. t. quia tantum praestanda ex iis, quae causa sepulturae & funeris relinquuntur. Quo modo nec debetur ab eo, qui sanus intrat Monasterium, se suaeque ei dedicando, *c. 2. h. t.* Nihil obstat *d. c. 2.* quia loquitur, quando quis morbo adfectus intrat, & ex eo moritur, ut recte ibi supplet Glos. idque ne fiat fraus propriae Ecclesiae. Cessabit etiam quarta istius ex actio, si Ecclesiae parochiali tantumdem sit relictum, quia non videtur laedi, quod & dicunt, si aliquid sit relictum; cum condicione tamen sit contenta illa portio, & acceptaverit, juxta *e. Officii 14. sup. De sepelam*. Quamvis aliqui putent tenere relictum, & esse locum actioni ad supplementum. Relicta fabricae, pro cereis, ornamentis, divino ministerio celebrando, & aliis, ut non diminuantur per portionem Episcopalem, uti dictum sup. *De sepelam* ita nec parochialiam.*

7 Dicta de sepeliendo cadavere humano in loco sacro, locum habent in baptizatis, & in fide orthodoxa mortuis, etiam repente & casu, *c. Ex parte 11. h. t.* ne talis privationem iustae sepulturae sentiat, non sine nota; qui publice non tam praesumitur nocens, quam bonus. Nisi sibi manus violentas intulerit, *d. c. 11. ubi Gl. V. non sponte*, cum homicidium sui sit peccatum mortale; aut in peccato mortali occisus fuerit, ut furto, latrocinio, *c. 2. inf. De furtis*. Quod & dicendum viderur in defunctis cum notorio peccato mortali: quo adfectis sepultura sacra non tam absolutioem quam majorem damnationis cumulum adfert, *d. can. Cum gravia xii. q. 2.*

8 Infidelibus, [quo nomine & veniunt Christianorum liberi non baptizati,] haereticis, excommunicatis, terram sanctam denegatam esse certum est, quorum etiam of-

sa, si inter nosci possint, erueda & procul a sacris locis abjicienda, *c. Sacris 12. h. t. & can. Ecclesiam 27. cum seq. De consecrat. Dist. 1.* Vid. Card. Baron. *tomo xi. ad an. 1034. s. 17.* ne loca sacra polluant, ut dicitur infra *Tit. 40.* Quibuscumque enim non communicamus vivis, nec cum iisdem mortuis communicandum. Quia tales scienter sepeliunt, ipso jure excommunicationem incurrunt, *Clem. 1. h. t.* ubi eadem pena manet sepelientes nominatim interdictos, & usurarios manifestos.

Quaeritur autem, An excommunicatus non vitandus, juxta Bullam Martini Quinti, de qua iusta, possit sepeliri in loco sacro? R. Ita adferre Navarr. *Conf. 4. h. t.* ex ratione quod per istam Bullam liceat fidelibus communicare cum talibus excommunicatis, uti in vita, ita & in morte, ducto argumento a contrario ex *d. c. Sacris h. t.* Facit, quod prohibitio non communicandi non cadat in excommunicatos, sed in alios fideles, quibus non aliter est prohibita communicatio per sepulturam, quam quilibet alia, *c. Episcoporum 8. De privil. in 6.* ut haec permilla etiam illa dicenda sit permilla. Facit &, quod violatio sit in prohibita communicatione, qua limitata, limitatur & violatio. Dubia tamen mihi videtur haec opinio Navarr. cum communicatio cum tali excommunicato non alias a Martino V. sit permilla, quam ut sine eureretur timoratis conscientia: ut minime relever ipsos excommunicatos, uti & Bulla ipsa exprimit. Quae ratio cum tantum habeat locum in vita, non extendenda decisio dictae Bullae ad eam, quae fit post mortem, contra jus antiquum, cuius correctio non est inducenda, si non sit expressa. Atque haec posterior opinio videtur etiam tutior, cum agatur non tantum de communicando, sed de violatione loci, qui polluitur per ejusmodi sepulturam. Uti & violatur per sepulturam infantis non baptizati; infidelis, qui non vitandus: uti & haeretici sepulti. Ut permilla communicatio inter vivos non tangat sepulturam, quae spectat ad locum sacrum, in quo reponi eum, quem constat publice, uti praesupponitur, esse excommunicatum, est indecens, *d. can. Cum gravia*. Quo facit, quod peccato mortali adfectus non sit sepeliendus in loco sacro, cum ea res non tam

leuet sepulturam, quam graves, uti paulò antè dictum. Ubi aliqui excipiunt, nisi dederit signa pœnitentiæ: minus rectè, cum id nihil faciat ad forum exterius, de quo agimus, si non sequatur absolutio, quæ etiam post mortem sequi potest, in casu, quo de pœnitentiâ constat. * Oc-
 10 cultè excommunicato deneganda non est sepultura; cum & occulto peccatori non sit denegandum Sacramentum Eucharistiæ, nam cum privatio sepulturæ sit publica, requirit & publicam causam, ne alias pœnæ delictum excedat, & qui habetur bonus, hac via infametur. Excommunicato propter crimina, ut homicidium, incestum, percussionem violentam Clericorum, etiam Ecclesiarum violationem, si in extremis agens & pœnitens absolutus fuerit, terra sancta non est deneganda, c. fin. hoc rit. & c. 5. inf. De reprobis. ubi hæredes dicuntur monendi; & censura Ecclesiastica compellendi ad satisfactionem damnorum per facinora defuncti contra iustitiam aliis illatorum.

11 Ubi quaeritur, An hoc procedat simpliciter? R. Jure civili non alias teneri hæredem ex delicto defuncti, quam quatenus ad eum pervenit, aut à defuncto lis est contestata, l. unica C. Ex del defuncti in quant. hæred. conven. & Insti. De perpet. & temporal. a. J. Jure Canonico hanc rem esse controversam, tamen communioem & veriorum videri sententiam, hæredem teneri ad omnia damna per delictum defuncti data indistinctè, quatenus sunt substantia relicta, per text. in d. c. fin. & ibi Gl. communiter recepta. & in d. c. 5. Verum eam sententiam ita accipiendam putat Abbas, si defunctum pœnituerit; quasi tunc ex cautione ejus teneantur hæredes, quod alias pœnitentiâ non accipiat, nisi promissa satisfactione, non etiam si impœnitens decesserit, per text. in d. c. fin. & d. c. 5. quorum uterque loquitur in casu pœnitentiæ. At verò ratio dictorum textuum non est fundata in pœnitentiâ delinquentis, sed in exoneratione conscientie ejus, qui ut tenebatur actione ex maleficio ad damni refusionem, ita & hæredem relinquere obligatum, ad quem transeunt obligationes activæ & passivæ. Quæ ratio tam habet locum in hærede ejus, qui impœnitens est defunctus, quam qui pœnitens, cum ea res non minuatur jus alteri quaesitum. Facit pro hac parte text. in c. Una nos 9. inf. De u-

sur. ubi, non facta distinctione inter pœnitentem & non pœnitentem, dicuntur utrumque hæredes cogendi ad restitutionem usurarum. Non rectè quis objicit, agi quasi ex contractu, nam idem in hærede furis, & aliorum, qui eundo non minus obligantur, quam utrumque si pro 7. & 9. D. De condic. furt. Nec obstat quod mutuum sit contractus, cum utrumque exactio veniat citra naturam contractus maleficio. Covarr. 3. Var. c. 3. n. 7. sub l. illud. Casus 5. fin. q. 15. n. 16. & Vaquius Illustr. Casus 90. n. 27. ubi alii allegantur.

TITULUS XXIX. De Parochiis & alienis Parochianis

SUMMARIUM.

1. Parochia & Parocia unde dicta.
2. Sacramenta in sua quisque parochia parati.
3. Missa similiter in propria parochia audienda.
4. Missa audienda diebus Dominici & Festis.
5. Festo locali quinam teneantur audire Missam.
6. Peregrini, veluti Studiosi, an & quatenus teneantur.
7. Missa integra an audienda sub peccato?
8. Pars omissa in una Missa an & qualiter compleri in alia possit.
9. Missa qua intentione attentione, audienda.
10. Evangelium stando audendum.
11. Quæ causæ excusent ab auditione Missæ.

DE Parochiis superius facta mentio, plenius hic subjungitur. * Dicta videtur vel à præbendo Sacramenta, ducto enim à verbo Græco παρασκευα, id est præbere, secundum alios, à verbo τραγουσια, id est parodia, unde voluit legendum esse Parocia. Designat verò loci Ecclesiam, quam quisque tenetur ratione domicilii.

Quisquis autem Sacramenta in sua Parochia accipit, præcipue pœnitentiæ; non etiam in aliena, cum alieno Parocho non suscipiatur in alienum parochianum, sine qua tenet absolutio: uti & matrimonium iudicandum non nisi coram suo Parocho, ex Concilio Trid. decreto de quo infra lib. IV. Vagabundis quicumque confitentur Parocho, & eorum

quocumque nuptias contrahunt, quia non est major ratio de uno, quam de alio, cum nulli subiant, & ubique forum sortiantur.

3. Est & audienda Missa in sua parochia. In aliena non recte auditur; adeo ut Parochus alienum parochianum abicere possit ab Ecclesia sua, si tamen cesset contempnus. *e. 2. h. 1.* Et ita consuetudo permittit alibi sine noxa audire Missam. Vid. Navar. in *Manuali e. 21. nu. 5.* Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 7. c. 6. qu. 4. c. 5.* Joan. Filesc. *Tract. De orig. Parochiarum c. 1. Missa parochialis audienda c. 6. c. 7.* Sacramentum quoque poenitentiae recte accipitur in Ecclesiis quorundam Religiosorum, nisi quod festo Paschali SS. Eucharistia Sacramento in propria parochia quisque se munitur jubetur sub poenis, de quibus in *d. c. Omnis inf. De poenit. c. remiss.* Navar. in *manuali e. 21. nu. 51.* Cui rei, ut commodius fiat, assignari dies quatuordecim, scilicet à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis exclusivè, qui ante aut post, licet pluries, susceperit venerabile Sacramentum, non satisfaciet Ecclesiae praecepto, quod est praecipuum, illos tantum dies concernens; licet seculi quidam aliter se sentiant & agere jactent. Dabit tamen dilationem causa rationabilis ex Parochi consilio, *d. c. Omnis in princ.*

4. Porro Missa audienda diebus Dominicis, & omnibus iis, qui ex praecepto, aut consuetudine habentur festis, *2. hoc rit. c. can. Missa. De consuetud. Dist. 1. l. idque ex praecepto, non tam divino, quam Ecclesiastico, nec tam jure expresso, quam ex traditione accepto.* Nam in *d. c. 2. hoc rit.* fit quidem mentio audiendae Missae, non tamen id tam praecipit, quàm praesupponit, quemlibet scilicet obligari audire Missam in sua parochia. Et quantum ad *d. can. Missa*, ille est Concilii provincialis, non universalis, nec loquitur de omnibus diebus festis, ut habet traditio, sed tantum de Dominicis, Vid. Suarez *De Relig. Tr. 2. lib. 2. c. 15.* Verum parum refert, sit expressum in jure istud praeceptum, nec ne, cum constet de universali traditione & consensu Ecclesiae. Ut inducat gravamen obligationem, quae in reatu mortali constituit omittentes baptizatos fideles, qui tunc incipiunt teneri hoc praecepto, ubi inter bonum & malum discernere possunt; aut non sunt capaces praecepti. Infideles hoc praeceptum non obligat, cum legibus Eccle-

siae non teneantur; sunt enim foris, non capaces istius sacrificii, cui ne quidem interesse possunt.

De festo generali non est dubium, omnes obligari, quocumque in loco fuerint. Tantum quaestio esse potest de festo locali. Ubi dicendum, cum Navar. *e. 13. nu. 5. c. 23. 120.* incolam in loco alieno, ubi festum non est, morantem eo die non teneri ibidem ad observationem festi sui domicilii, quia non alii aut non alias ejus observationi obligantur, quàm in loco inventi. Unde licet illis etiam pridie è loco inventi. Unde licet illis etiam pridie è loco suo exire, & alibi operas suas praestare, sine peccato; nisi illud caussetur per finem aut causam. Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 15. in fine c. Sanchez 3. De matrim. Disp. 8. q. 1.* Quantum ad incolam in loco audire Missam; non obstante, quod brevi tempore ibi sit mansurus, & alio perrecturus ad operas suas praestandas, Nam cum dies festus ipsum deprehenderit, etiam ad Missam eum obligavit, quanta audire tenetur; cum obligatio jam sit nata hoc ipso, quo ibi deprehensus, cui quantumvis satisfaciendum. Quod si tamen Missa serius dicitur, ut non possit expectari ejus hora, nisi cum detrimento incolae, qui alio tendit ad operas praestandas, posset dici is non teneri expectare; cum praeceptum non obliget ad inibi permanendum, sed tantum ad audiendam Missam: quae si non dicenda nisi serò, videtur non obligari incola expectare, Cesset tamen scandalum, & non obstat consuetudo. Suarez *d. lib. 2. c. 15. nu. 9.*

Quod attinet ad peregrinos, qui quasi domicilium habent, ejus ordinis sunt Studiosi, certum eos est teneri, cum hoc genus habitationis sufficiat ad forum adquirendum in ordine ad usum Sacramentorum, atque ita etiam ad obligationem festorum ibidem praepertorum: & absurdum esset, illos non teneri vivere secundum leges, quae alios stringunt. Suarez *d. lib. 2. c. 14.* Quod si peregrinus tantum ad aliquor dies mansurus in loco, idem dicendum, ut venatur ad observantiam festi localis, *can. Quia. contra. Dist. 2.* Si verò se habeat tantum instar transeuntis, non teneri ad Missam, licet teneatur abstinere ab operibus servilibus, donec in loco est, quia praeceptum est negativum. Quod si in loco dormierit, sed

sed statim perterritus in locum alium, ubi festum non est, non tenebitur audire Missam secus si in astatu bitoto tempore matutino: ut & si toto tempore matutino sit futurus in isto territorio, quia pro toto isto tempore obligat statutum loci ad Missam. Suarez. *d. loco n. 23.*

Q. An sit audienda Missa, quam majorem vocant? R. Videri id posse, per *can. Omnes fideles* *62. can. Cum ad celebranda 65. & can. 66. De consecr. Dist. 1.* quæ loca cum faciant mentionem solemnitatis Missarum, videntur accipienda de Missa solemniori & *can. Et hoc 52. d. loco* Quod etiam tendit *Extravag. Sixti IV. Vices, vers. Quodque fratres De treuga & pace.* Ubi prohibentur fratres mendicantes prædicare verbum Dei tempore Missæ in diebus festis & Dominicis, ne populus abstrahatur à Missa, scilicet solemniori. Ed estiam facit, quod tempore solemnissimæ Missæ sicut publicationes dierum festivorum, jejuniorum, & similium, quæ culpabiliter ignorantur. Quod ut ita observaverit antiquitas, & ita observari foret conveniens, contrarium tamen hodie induxit consuetudo, quæ vim legis habet: ut parvam & simplicem Missam audiendo satisfiat præcepto Ecclesiæ, etiam unam tantum, quia non est præceptum nisi ad unam, ne quidem die Nativitatis. Nec facit, quod Sacerdotes tres celebrent: hoc enim de indulgentia, non etiam de præcepto, ut dicitur in *De celebrat. Missar.*

Alia quaestio est, An integra Missa sit audienda sub peccato? R. Omnino, nec ante benedictionem Sacerdotis, quam accipere pius est, egrediendum: egredientem ante posse privari communionem, aut confundi per Episcopum, *d. can. Omnes & can. Missas De consecr. Dist. 1.* Unde patet, esse grave peccatum, Missam non audire, aut non integram audire, cum talis poena non veniat inferenda ex levi culpa. Non ponit tamen gravem culpam nisi notabilis partis omisio, qualis est, si post lectum Evangelium quis veniat: nam tum ponitur defectus partis notabilis, non etiam ab Introitu usque ab Epistolam, vel exclusive, ut quidam volunt, vel etiam inclusive, secundum plerisque. Ut audiens Missam ab initio Evangelii non censetur partem notabilem omisisse, & satis fecisse præcepto. Si tamen usque ad finem audiat, nam si statim post

communione sumptam à Sacerdote egrediatur, nimia erit licentia, nec res creditur prope peccati mortalis, sed oportebit, ut statim ad dimissionem populi. Si etiam ab Introitu Missæ adfuerit quis, & post communionem abierit, non exspectat in qua parte, non potest dici omisisse partem notabilem. Imò si ab initio quid omiserit, si sine, licet tum constitutur pars notabilis, tamen putem non continere peccatum mortale. Vid. Suarez *tomo 3. in p. 3. D. Th. Diss. 89. vers. Jejunio sequitur.*

An igitur licitum erit partem omnium una Missa, etiam voluntarie & absque causa in alia supplere, audiendo illam partem, quæ in priori omisa? Ita inter alios ceteri hunc in *Manuali c. 21. nu. 2. & ad can. Quando 7. de consecr. Dist. 1. Norab. 10. nu. 18.* quem sequitur Azor. *d. lib. 7. c. 3. qu. 3.* quia præceptum tantum obliget ad Missam audiendam, sed partem unius Missæ omisiam suppletur, non audit Missam integram, etiam si præceptum prius audiat posterior pars, deinde post. Verum non videtur proprie taliter audere quis satisfacere præcepto, quod requiritur, ut audiatur tota Missa. Proprie autem totum significat partes disjunctas, sed unitas debito ordine conjunctas, maxime si totum artificiale: ut partes taliter audire non sit dicere Missam. Alias sequeretur, posse quem implere præceptum de audienda Missa, audiendo simul duas partes Missæ, v. g. si una altari deventum ad medium Missæ, in alio autem inchoetur à principio. Consequens est absurdum nemo concesserit. Sequela patet, quia etiam ille audit Missam totam, per duas partes, quarum utriusque potest esse sufficiens præsens, & adhibere requisitam attentionem. Quod simul id fiat, non refert, quia potest simul duo præcepta implere, scilicet recitando Horas Canonicas, & audiendo Missam. Nichil etiam obstat brevitas temporis, quia ea est per accidens. Est que hæc aliquorum doctrina. *Gl. in can. Quorundam Dist. 23.* quæ potest contineri, ex eo, quod in Missa, cujus unitas est cujusdam solemnitatis, ex duobus imperpetuis possit constitui aliquo modo unum, ita ut sufficiat ad supplendum præceptum, cum quod deest ad perfectionem non est sufficiens.

ad peccatum mortale, & posset incidere cau-
sa etiam a veniali excusans. Verum merito
suspecta videri debet sententia ista, ut parum
consequanea intentioni Ecclesiastici præcep-
ti, & religioni ac reverentiæ debitæ huic sa-
crificio: cum ad substantiam præcepti illius
in primis pertineat, ut tota Missa audiat
continué & per modum unitis sacrificiis, ut au-
diens debite possit exhibere partes suas ad in-
regre offerendum sacrificium per Sacerdo-
tem, eo modo, quo sibi possibile. Vid. Azor.
d. 17. c. 2. q. 3. Suarez d. disp. 88. Sect. 2. vers. Sed
tunc.

10 Ut autem quis audivisse Missam dicendus
sit, opus non tantum corporali præsentia, sed
& debita intentione attentioneque, & quan-
tum in se est, audire & videre seu percipere ali-
quo modo Sacerdotis ministerium. Nam evan-
gelio mentis ad exteriora, & animus fabulis ac
confabulationibus super divitiis, mercibus, aut
aliis, ut aliquibus moris est, quibus divitiæ in
corde & ore, citra attentionem requisitam, pro
notabili parte faciet non esse satisfactum huic
præcepto ut rectè contra Medinam sentit Sua-
rez d. Sect. 3. §. Ex his autem. Adde Azor, d. lib.
7. c. 5. qu. 1. & 2.

Adit attentio interior. Quod probatur ra-
tione clara, quia lege præcipitur auditio Mis-
sæ, ut est actus humanus, sufficiens ad mora-
lem præsentiam. Sine attentione autem non
potest esse actus humanus, nec præsentia mo-
ralis. Aliàs qui tempore Missæ dormiret, stu-
deret legendo, scribendo non haberet præsen-
tiam necessariam, sed haberet se potius instar
absentis. Deinde præcipitur hic actus etiam
ut religiosus, & ad cultum Dei pertinens: ut
non quævis attentio sed religiosa requiratur,
ut Deum oret, ad verba Sacerdotis attendat.
Nihil obstat, quòd solum attentio exterior ca-
dat sub præceptum, non etiam interior actus,
qui non præcipitur lege humana; nec cadit
sub legem humanam: nam interior illa atten-
tio ita est conjuncta exteriori, ut si illa desit,
non possit dici hæc adesse, cum auditio Missæ
præcepta requirit actum humanum sufficien-
tem ad moralem præsentiam. Sine attentio-
ne autem interiori non potest esse actus hu-
manus constituens moralem præsentiam. Unde
voluntarie exercentes actus exteriores, at-

tentioni Missæ repugnantes, peccant contra re-
verentiam rei sacræ, & si magnam partem Mis-
sæ taliter consumant, peccant mortaliter, nec
possunt dici audivisse Missam. Navar. c. 13. num.
27. & c. 21. numer. 6. in c. m. Quando de con-
secr. Dist. 1. Nota. 10. num. 13. Suarez d. disp. 88.
Sect. 3.

Dum recitatur Evangelium, mandatur præ-
sentibus, non sedentes, sed stantes venera-
biliter curvi verba Dominica audiant, & fide-
liter adorent, can. Apostolica 68. de consecr.
Dist. 1.

Sunt autem causæ ab audienda Missa excu-
santes: ut impotentia; vel spiritualis, qualis
deriget excommunicatum, interdictum, cui
interesse sacris inhibuitur; vel corporalis,
qualem ponit infirmitas, quæ domo egredi
non patitur; periculum vitæ, proximi, cui ad-
sistendum, necessitas, aliæve impedimentum,
quod ponit carcer, sive justus sive injustus:
uti & officium, quod moram non patitur. Sic
militres custodientes castra, portas, muros,
excusantur. Dat & consuetudo excusationem
mulieribus ante purificationem, quæ ex qua-
dam decencia & reverentia non improbat,
c. un. de purificat. post partum. Consuetudinem,
qua viduæ nobiles ad certum tempus post ma-
ritorum mortem domo se continent, Missam
non audiunt, laudabilius foret non serva-
res: tamen verè introducta est, Prælati non
contradicientibus, excusat. Quod & dicendum
de ea, qua virgines nobiles domo non egredi-
untur nec Missas audiunt, quatenus suffi-
cienter præscripta. Convenientius tamen fo-
ret, ad audiendas Missas egredi. Vid. Na-
var. in summa c. 21. num. 9. Azor d. lib. 7. c. 7.
qu. 1. 2. & 3. Suarez d. disp. 88. Sect. 6. §. Sextum
capit.

TITULUS XXX.

De Decimis, Primitiis, & Obla-
tionibus.

SUMMARIUM.

1. Decima vel Decima quid?
Ll 3

2. De-

2. Decima quo iure debita.
 3. Decimarum quotia an iuste & convenienter determinata per Ecclesiam.
 4. Decima debetur ex omni re frugifera.
 5. Sum Personales, Reales, Mixta; & Personales unde debeantur.
 6. An ex adquisitis titulo lucroso?
 7. An & ex rebus illicitè quasitis?
 8. An meretrici ex quasiu corporis debeas decimas?
 9. An miles de prada ac stipendio?
 10. Pradiales qua, & unde debeantur.
 11. Non distinguitur inter pradia iuste vel iniuste quasita, ex quibus decima debeantur.
 12. Differentia inter personales & pradiales.
 13. Intellectus c. Non est 22. h. t.
 14. Mixta qua dicantur.
 15. Decimas praestare tenentur fideles baptizati.
 16. An & haeretici?
 17. Non tenentur Iudaei, Ethnici.
 18. An neque ad pradiales?
 19. Pauperes an & quatenus obligentur?
 20. An & Clerici, & ex quibus bonis?
 21. Pradia unius Ecclesia sita in alia parochia debentur decimas.
 22. Clerici simplices utrum teneantur.
 23. An Religiosi?
 24. Dominus anteneatur ex pensione, quam recipit à colono?
 25. A praestatione decimarum qui, & qualiter eximantur.
 26. Exemptio ea an & pertinet ad bona adquisenda?
 27. An ad conductores praediorum exemptorum?
 28. An ad pradia concessa in emphyteusis?
 29. An ad conductores ralsum praediorum?
 30. Laicos ab hac obligatione eximere potest S. P.
 31. An hoc possit sine causa?
 32. Praelatis inferioribus non est ea potestas.
 33. Consuetudo quid possit circa solutionem decimarum.
 34. Quis item praescriptio.
 35. Decimarum solutio imperari potest, non obstante privilegio, aut consuetudine.
 36. Idem privilegium amittitur & per usum contrarium solvendi decimas: & an per renuntiationem?
 37. Decima solvenda Ecclesia parochiali.
 38. Mixta cui debeantur.
 39. Debentur iure communi soli curam vicariorum habentibus.
 40. Etiam divitiibus.
 41. Etiam malis.
 42. Ex causa tamen privilegii, consuetudinis praescriptionis alius deberi possunt.
 43. Decima an per se sine parochia parochialis sint?
 44. Laicis deberi aut ab iis possideri nequeant.
 45. Fructus tamen earum per cipere possunt.
 46. Decima cur olim concessa Principibus ecclesis.
 47. Episcopis, aliisque Praelatis inferioribus feudare decimas laicis an & quando euerit.
 48. Summo Pont. an id liceat sine causa?
 49. Laici decimas in obventas in aliam vicariam transferre possunt?
 50. An saltem in ipsam Ecclesiam?
 51. An praescribere decimas?
 52. Anne quidem laicus contra laicum?
 53. Decima non valet, & non valet quid?
 54. Privilegium de non solvendis decimis tenendi debeat ad novatum decimarum?
 55. An & conjugendo decimas unius loci cum alterius?
 56. Et quid si ex privilegio Pene, aliter perant decima.
 57. Intellectus c. cum contingat 29. h. t.
 58. Communio laici cum Pastore non trahit ius.
 59. Decima offerenda non perita, & sine mora.
 60. In mora quando quis esse censatur.
 61. An peti ab Ecclesia possint actione realis.
 62. Non soluta an sequantur possessionem praediorum?
 63. Quo tempore solvi debeant.
 64. Primitia quid, unde & qualiter debeantur.
 65. Oblationes unde & quibus debeantur.
 66. An recte acceptantur à personis criminatis.

Qui spiritualia ministrant, merito rationalem sustentationem exigunt. *1. Cor. 9. & 1. ad Timoth. 5. ne a divitiis transigendam procurant. Hinc. etc.* debeantur Decima, Primitiae, Oblationes.

Ad Decimas quod attinet, frequenter hoc nomine in plurali utitur, & interpretatur

men & in numero singulari, c. 7. 15. 17. 19. b. t. Sunt autem quatuor pars bonorum licite quaeritur, c. 1. & c. 2. & c. 3. & c. 4. b. t.

2. Decimarum solutio est præcepti. Sed quaeritur. An divino, an vero humano jure debeantur? Olim lege divina illarum præstationem esse impostam ex consonantia quadam cum lege naturali, idque constare ex variis Testamenti veteris textibus: hodie vero rectè dici obligationem alicuius ministro Ecclesie esse de jure naturali, & confirmatam lege Evangelica per Christum & Apostolos, qui dignos judicantur mercede sua operarios, & altari inservientes de altari vivere oportere: modum autem sive determinationem hodie esse de jure Ecclesiastico. Cui non obstat, quod lege veteri decima pars sit præcepta: nam lex ista est judicialis, vel secundum quaedam caeremonialis: ut non obliget sub lege nova, per quam judicialia & caeremonialia præcepta sunt abolita. Nihil faciunt varia Capitula, adferentia à Deo esse instituta decimas, intelligenda enim quoad sustentationem, non etiam quoad quotam, quæ determinata est per Ecclesiam. ad exemplum legis veteris, decima scilicet. Navar. in Summa c. 21. n. 28. Covar. 1. Var. Resol. c. 17. Azor. late in Sin. Moral. p. 1. lib. 7. cap. 23. qu. 4. Less. De Just. & Jure 2. c. 39. Dub. 1. num. 4. Suarez. De Relig. p. 1. lib. 1. c. 9. & 10.

3. Ubi dubitatur, An convenienter id factum sit? Ratio dubitandi in eo est, quod non sit eadem ratio inter hoc tempus, & illud, hanc legem & illam; propterea quod in populo Israelico ex duodecim tribubus una erat Sacerdotalis, ut proportio esset inter partem decimam fructuum, & duodecimam totius gentis. In Ecclesia vero ne quidem vicefima pars populi pertinet ad Clerum, ut sufficere deberet. Deinde isti tribui Sacerdotali nulla pars erat assignata in possessionibus; Ecclesiasticis autem nostris sunt suæ possessiones. Dicendum tamen, istud præceptum quoad quotam justè & convenienter esse institutum; quod non tantum ex Canonibus, Conciliis, SS. Patribus, qui passim loquuntur de decimis, easque approbant XII q. 1. per eos, verum & ex auctoritate universalis Ecclesie constat. Facit eodem ministeriorum ratio & dignitas, quæ in Sacerdotibus novæ legis est major; functio gravior & excellentior,

quàm in Sacerdotibus legis veteris; ut indigeat majori splendore atque auctoritate, ut in debita habeatur veneratione. Præterea Sacerdotes legis novæ debent abstinere ab omni negotiatione, quæ non erat prohibita Sacerdotibus legis veteris. Denique etiam ante legem veterem, insignes Dei cultores, Abraham, Jacob, eam quotam elegerunt & obtulerunt, ad colendum Deum & recognoscendum omnium beneficiorum auctorem, non sine instinctu Spiritus sancti, non habita ratione paucitatis aut multitudinis ministeriorum. In 6. & naturali instinctu infideles ad gratias agendas suis Diis, decimarum sunt usi solutionibus. Per Greg. Tolos. Syntag. Juris universi lib. 2. c. 21. n. 5. & lib. 16. c. 8. n. 24. & 25. Baron. como. 1. ann. 57. §. 74. Azor. d. c. 23. qu. 2. Ut non possit negari moralis congruitas, quam hac in parte Ecclesia observare voluit.

Non obstat prior dubitandi causa: nam licet sit minor quantitate: major tamen splendore & auctoritate, uti dictum, & excellentior propter varios Pontificum, qui tunc onus, hodie res dignitatum, Clericorum ordines & onera. Olim quippe unum templum, aunc innumera. Sacerdotes plurimi, quos decet esse doctos & in perpetuo ministerio Ecclesie. Bellarm. como 1. Controvers. De Clericis lib. 1. c. 25. Dub. 4. Non obstat posterior; nam quod Clerici sint divites, hoc est per accidens, neque tollit fundamentum obligationis, cum non debeantur, ut pauperibus, sed ut ministrantibus, atque ita ex vi justitiæ commutativæ. Mutari hanc quotam in nonam, duodecimam, vicefimam, aut aliam, imò & tolli posse, dicitur infra eod. Vid. Less. d. c. 39. Dubit. 2. Suarez. d. lib. 1. c. 11.

Ut autem clariori ordine hac in materia procedatur, tribus capitibus ea est concludenda. I. Quæ sit eorum divisio, & simul quibus ex rebus debeantur. II. Qui eas præstare teneantur. III. Quibus præstandæ.

CAPUT I.

Quotuplices sint Decimæ, & quibus ex rebus debeantur.

Debentur de cimæ ex omni re frugifera nulla excepta. Ex parte 21. & c. non est 22. b. t. ut et.

ut etiam ex lana ovium sint solvenda, cum in fructu sic. §. in pecudum Insti. De rer. divisi.

5 Cum autem res sit in triplici differentia, sunt & triplicis generis decimae, scilicet Personales, Reales, & Mixtae. Personales sunt, quae debentur ex lucro proveniente ex personali industria, veluti ex officio, scientia, negotiatione, artificio. Inter has computantur, militia, praeda ex justo bello accepta, nam lucrum est; venatio, piscatio, nisi sint in fructu praedii, quia tunc magis ad praediales pertinent; & similia, quae honestum lucrum habent, d. c. 22, ubi Innoc. can. Decima xvi. q. 1. Ratio hujus est, quia Deus de omnibus est honorandus, & non est major ratio d. uno lucro, quam de alio.

6 Quaeitur autem, An etiam ex acquisitis per largitionem liberalem, testamentum, legatum? Resp. Possit hoc prima facie videri, per c. ex transmissa 23. h. t. ubi ex omnibus licite acquisitis decimae sunt danda. In rigore tamen juris probabile esse, non deberi, cum ex nullo jure hoc colligatur, & non sint augenda onera sine jure cogente. Probat ex eo, quod jure solum sint solvenda decimae ex frugibus seu fructibus terrae, aut emolumentis rerum immobilium, aut animalium, quoad praediales & mixtas; vel ex acquisitis, manu, opere, sive industria, quoad personales. Dicto autem modo acquisita bona nec spectant ad prius membrum, quia ex immobilibus non nisi praediales debentur, ratione fructuum: non etiam ad posterius, quia non proveniunt ex nostra actione & industria, uti accipiendum d. c. 23, & similia. Et in hanc sententiam inclinat Innoc. in d. c. 22. Et Glos. in c. Pastoralis 28. h. t. Vid. Azor. d. lib. 7. c. 24. q. 8. Et 11. Suarez. d. lib. 1. c. 31. Canis. in c. 1. num. 7. h. t. Abbas vero in d. c. 28. num. 8. admittit quidem id ipsum in filio succedente patri; in extraneis vero dicit non esse facile sententiam precipiendam, sed standum consuetudini. Ut ea de re sit hodie parum curandum, cum de consuetudine personales decimae non exigantur, ut dicitur inferius, quamvis alias de ea dubitari posset.

7 Q. II. An & debeantur ex rebus illicite acquisitis? Resp. Distinguendo: nam vel acquiruntur per formalem injustitiam, uti per furtum, rapinam, usuras, vel non. Illo casu non debeantur decimae. Ratio clara est, quia lucrum acquiritur rerum ita quaesitarum dominum, non possit de iis disponere, nec recipere in ecclesia ad partem lucri, quod est restitutio obnoxium: ut non sit in bonis, atque in lucrum. Posteriori casu debentur decimae, si se loquendo, propterea quod non sit lucrum in se, sed in causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem. Dicit, per loquendo; quia si sequatur scandalum, aut turpi causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem. Dicit, per loquendo; quia si sequatur scandalum, aut turpi causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem. Dicit, per loquendo; quia si sequatur scandalum, aut turpi causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem.

tur decimae. Ratio clara est, quia lucrum acquiritur rerum ita quaesitarum dominum, non possit de iis disponere, nec recipere in ecclesia ad partem lucri, quod est restitutio obnoxium: ut non sit in bonis, atque in lucrum. Posteriori casu debentur decimae, si se loquendo, propterea quod non sit lucrum in se, sed in causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem. Dicit, per loquendo; quia si sequatur scandalum, aut turpi causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem. Dicit, per loquendo; quia si sequatur scandalum, aut turpi causa, quae non impedit eas ad quod minimum citra restitutionem.

Quid dicendum de acquisitis ex ludo? Delicito ludo non esse dubium; quia contra naturam contractum licitum, ponit & nullum est, ex quo deberi decimas dicitur. Dicitur cito judicandum juxta dicta de acquisitis licite. Patet quid dicendum de acceptis in bello injusto, quod scilicet de praedialibus tenentur solvere decimas, cum ad eas obligentur restitutionem, de stipendio vero tenentur, quia licet ad turpe lucrum spectet, non tenentur restituere, quia licet ad turpe lucrum spectet, non tenentur restituere, quia licet ad turpe lucrum spectet, non tenentur restituere.

Prædiales sunt, quae ex fructibus proveniunt, uti terra debentur, cujus generis sunt frumentum, oleum, vinum, ligna, arborum, olivae & similia, de quibus decimae debentur passim habent textus h. t. in d. Venatio quoque & piscatio, quae considerantur ut fructus praedii, uti dicitur in d. c. 22.

dicinae, metallo, & id genus alia, quia sunt in usufructu fundi. *l. item si fundi D. de usufr.* Secus si lucrum tantum consistat in venatione ipsa, & ea percipiat, non etiam ratione praedii; tunc enim potius censetur personalis.

11 Ubi quaesitum, An & hic sit facienda distinctio, iuste an injuste praedia sint quaesita? R. Hoc disputandum non esse, cum etiam ab inuoluntate debeantur. *Gl. in d. c. 23. P. licite.* Cujus ratio est, quod ejusmodi decimae debeantur ratione oneris realis, quod rem comitatur, a quocumque possideatur. Ut non possit Ecclesia videri accipere alienum, aut approbare factum injustum, aut injuriam domino facere: qui & ipse, si rem possideret, teneretur persolvere decimas.

12 Unde patet prima differentia inter decimas personales & praediales, quod illae non debeantur ex injuste adquisitis, secundum distinctionem ante datam. Secunda est, quod illae debeantur Ecclesiae, sub qua domicilium habet acquirens, & Sacramenta percipit, etiam si alibi lucrum perciperit: verò parochiae, sub qua sita praedia, ex quibus debeantur. *c. ad Apostolica 20. h. t.* Ratio diversitatis est quod haec sint onus reale, quo praedia sunt adfecta certis Ecclesiis ex ipsa met Ecclesiae institutione, & parochiarum divisione, per quam factum, ut praedia in parochiis singulis sita penderent iis decimas: non faciente, quod dominus praediorum alibi habiret, quia hoc non mutat qualitatem praediorum, *cum in tua 30. h. t.* Saltem jure ordinationis, nam potest mutari consuetudine, *d. c. 20.* Illae verò nihil realis oneris continent, sed merè personale (debentur quippe ratione ministerii, & beneficii, quod recipitur ab Ecclesia) debeantur ei Ecclesiae, etiam si aliunde percipiantur, cum sequantur personam: quo modo & ea translata ad aliam Ecclesiam, eidem debebuntur. Tertia differentia est, quod praediales integre sint praestandae; non deductis expensis, veluti feminis, culturae, vel alterius rei, *d. c. Non est 22. c. Tua vobis 20. c. d. Pastoralis 28. h. t.* non deductis etiam tributis & censibus, ut expressè traditur *c. cum non sit, 33. h. t.* personales verò deductis prius expensis, *d. c. 26. & 28.* Ratio differentiae est, quod praediales Deus sibi ministrisque suis reservavit, in signum universalis domini, & vi-

deantur debita quasi à partario colono, qui ut dominus solvit conventam fructuum portionem, liberam ab omnibus expensis, ita & decimarum portio Deo reservata praestanda citra eminationem, nomine expensarum, ut argumentatur Pont. in *d. c. 26.* Ut haec portio non veniat detrahenda lucro sed fructibus, ut sunt è terra producti atque hoc in casu cesset regula, quae habet, non censerit fructus, nisi quod deductis expensis superest, *l. fructus 7. D. Solutio matrim. l. 1. c. de fructib. c. litium expens.* personales verò non debeantur nisi de lucro, ut patet ex *d. c. 28.* in verbis, *c. de residuo, quasi de lucro.* Lucrum autem non est nisi quod deductis expensis superest, secundum jam dicta. Nec facit, quod *d. c. 26.* non loquatur nisi de negotiatione, cum extendatur ad alia lucra, rationis paritate cogente; quia, ut in negotiatione, ita & in aliis personalibus adquisitis non dicitur quis acquirere, nisi quod superest deductis expensis, quales haec in parte judicandae illae, quas negotiatio praecise requirit.

Nihil obstat *d. c. 22.* in quo etiam ex negotiatione, militia, venatione, dicuntur decimae praestandae, non deductis expensis, nam dicendum, illa verba esse accommodanda ad materiam subjectam; ne sequatur absurdum, contra aliam legem posteriorem expressè disponentem. Dici & posset, fuisse abrogatam dictae *22. de cisionem*, quoad negotiationem, per consuetudinem postea *d. c. 28.* in jus redactam, cum ibi dicatur, *sicut est in negotiatione concessum*; nec invenitur jus aliquod antiquius scriptum in ista materia, ut de consuetudine sit accipiendum.

Mixtae dicuntur, quae ex fructibus animalium debentur, ut ovibus, vaccis, & similibus, sive sint ipsi foetus, sive lana, caseus, & similia. Vocantur autem mixtae, quod non tantum proveniant ex solis praediis, sed ex adjuncta industria hominum. Vid. Suar. *d. lib. 1. c. 9. n. 3. c. 4.* Hanc speciem aliqui superfluum judicant, & ejusmodi decimas praedialibus adnumerant: duas tantum species ponentes, & personales scilicet & reales. Has iterum subdividentes, in majores, quae ex frumento, vino, oleo, aliisque id generis penduntur; & minores sive minutas, quae ex hortis, & partu animalium solvuntur.

CAPUT II.

Qui teneantur præstare decimas.

15 **R**egula generalis est, Quemlibet baptizatum, quide manu Sacerdotis tenentur Sacramenta percipere, cujuscumque gradus aut ordinis, teneri per se loquendo ad functionem decimarum: ut ne quidem Imperator sit immunis, nisi legitimo jure exemptum se doceat. Probatur *e. extr. transmissa* 23, *et* 24. *h. t.* ubi dicitur quilibet fidelis homo teneri erogare decimas, sub jam dicta exceptione, de qua infra latius.

16 Ubi in primis quaeritur, An teneantur & heretici? **R.** Causam dubitandi esse, quod non utatur ministerio Sacerdotis, cujus nomine debentur decimæ, imò illud potius vilipendunt. Verum dicendum & illos teneri, cum fidem in baptismo receperint, & characteris in eo suscepti ratione obligentur præceptis Ecclesiæ: à qua obligatione se non eximunt rebelli & impia sua contumacia, ne ex sua improbitate commodum consequantur. Et licet de factò Ecclesiæ, unitati se subtraxerint, nec recipiant spiritualia, possunt tamen cogi ad eam redire, & spiritualia recipere à Sacerdotibus, ad ea ministranda paratis. Abbas in *e. de terris* 16. in *fine* *h. t.* Suarez, *d. lib.* 3, *c.* 16.

17 **Q**uo An Judæi, Ethnici? **R.** Patere ex dictis, per se non teneri, cum nec subint Ecclesiæ propter defectum characteris baptismi, ut præceptis ejus obligari nequeant, nec ministrantur illis spiritualia, neque ministrari etiam possint, cum illa spectent ad fideles. Quod omninò ita procedit quoad decimas personales, ex jam dicta ratione, quod personæ eorum non sūt subiectæ Ecclesiæ nec Sacramenta percipiunt, in quo consistit obligatio harum decimarum persolvendarum, *d. c. ad Apostolica* 20. *h. t.* Azor, *p. 1. lib. 7. c. 24. q. 14.*

18 Suarez, *d. c. 16. num. 4.* * Sed quaestio est, an idem sit dicendum quoad prædiales? **R.** Hoc velle Abb. *d. loco*, ad eas scilicet teneri, quem sequitur Oldrad. *Conf. 19.* ea ratione, quod debeatur Deo tamquam universorum Dominò, *e. Tu nobis* 26. *h. t.* Facit pro his *d. c. 16. et* *Quanto* 18. *inf. de usur.* ubi Judæi non bap-

tizati dicuntur compellendi persolvere decimas ex terris, quas possident, aut possidentibus suis cedere. Verum improbabilius est opinio & contraria vera, ex dictis mutationibus. Loca in appo. un allegata magis am posteriorem sententiam adjuvant, cum tantum loquantur de terris occupatis per Judæos ante decimarum solutionem obligatos: ut circa eas sit jus reale ipsi Ecclesiæ, quod non comitatur, ex communi axiomate recte agitur Judæi earum possessores, licet non ipsi Ecclesiæ, agnoscere onus illud, ne per eosdem fraudati suo jure contingat. Unde locis præsupponatur Ecclesiæ jus ante quæ situm fuisse, & quoad terras, quæ necesse fuerunt Ecclesiæ obligate, non teneantur Judæi decimas, ex regula, quod inclusio unius rei est exclusio, & quia non possunt dici dedate Ecclesiæ. Nec obstat, quod *d. c. 26.* Deum in recognitionem superni minii decimas sibi reservasse, & recognoscere autem Deum ut dominum etiam Judæi gentiles; nam tenentur quidem Deum agnoscere, ut dominum jure natura, non tamen vi ejusdem juris per decimarum solutionem, quæ tantum jure positivo imposita potest esse Israeliticis, non etiam omnibus hominibus, & postea revocata ab Ecclesiæ sublegetur per quam nec extensa nec extendi potest ad suos fines. Vid. Suarez, *d. loco*, *et* Azor, *d. c. 16. q. 2.*

Q III. An pauperes obligentur præstare decimas? **R.** Eos teneri, cum debeatur tione justitiæ commutativæ, pro ministris quæ & pauperes participant, in qua non habetur ratio conditionis personæ, sed rei ad ut inopia obventu non liberetur debeat obligatione. Facit, quod decimæ debent pertinere ab Ecclesiæ, ex constitutione divina, ut ne quidem Imperator ab earum obligatione quempiam liberare possit, *e. Tuas* 21. Non est tamen hoc jus cum rigore exactum in pauperes, *arg. c. licet inf. De censur.* propterea enim remissionem necessitatis magis quæ excusat à culpa non offerentem, & liberat ab injustitia. Facit & quod exactio necessitatis secundum aliquos faciat omnia communia, sive potius communicanda; ut potius in extrema necessitate rem subtrahatur.

extra furti delictum, ut dicitur inf. *de furtis*. Denique subveniendum pauperibus per decimas, ut ab eis rigide non sint exigenda. Vid. Suarez d. c. 16. n. 14. Bellam. Tomo 1. *Contr. De Clericis lib. 1. c. 25. dub. 2.*

20 Q. IV. An teneantur Clerici? Resp. Videri posse non teneri, per text. in c. 2. h. 2. ubi dicitur, novum esse genus extractionis, & præter jus, ut Clerici à Clericis decimas exigant. In contrarium tamen est communis opinio, eos scilicet teneri, etiam si sint Rectores parochiarum: quæ si videri potest ex d. c. 2. in fine, quod habet, illos Clericos, quia à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debere. Et hoc quæcumque ad jus reale circa decimas prædiales, ratione prædiorum patrimonialium; nõ tantum quæ sunt in parochia aliena (neq; enim hujusmodi bonorum conditio debet mutari, quod deveniat ad Clericum, cum res transeat cum suo onere) verum etiam in propria, cum non pervenerint ad eos ratione sui ministerii, ut non mutent qualitatem. Covarr. 1. *Vm. Refal. c. 17. num. 7. vers. Primum*. Ubi non rectè obijciunt, quod Parocho sive Rectori debeantur decimas; debentur enim Ecclesiæ: ut inter ejus ministros dividantur. Dico, patrimonialia; nam si sint prædia Ecclesiæ, & Parocho in particulari attributa in sustentationem, non debentur ex illis decimæ; cum ejusmodi prædia data pro ministerio obtineant decimarum locum. Si inspicimus personale debitum, quod ratione personæ debetur, verius est, hoc non deberi ab his, qui Sacramenta aliis distribuunt, ut Episcopi, Parochi, quod non invenitur personæ, præter propriam, cui earum solveadarum debitores constituuntur, cum non tam aliis divitiæ percipiunt, quam potius distribuunt. Et licet Parochi pascantur à suis Episcopis, non tamen eorum respectu est his imposita jure communi hæc obligatio. Eadem decisio procedet quoad Episcopos & Rem. Pont. quod scilicet teneantur, ratione juris realis, ad decimas prædiorum, quæ possident tamquam patrimonialia; non etiam ratione ministerii, uti nec ad personales, ratione personæ, præcipue Pont. qui superiorem non habet. Vid. Azor. d. cap. 24. qu. 4. Suarez d. lib. 1. cap. 17.

21 Q. V. Quid si prædia unius Ecclesiæ sint si-

ca in alia parochia, an pendant ei decimas? R. Affirmativam sententiam rigori juris respondere: ex ratione. quod onus rem comitetur, & aliàs contingeret Ecclesiæ unam propter aliam suo jure privari. Facit c. text. cap. 4. *Sp. pen. h. 1.* in quo prædia adquisita Monasteriis dicuntur debere decimas: & text. in *can. Ecclesia & can. Quicumque XVI. q. 1.* ubi antiquiores Ecclesiæ non debent privari propter novas edificatas: quam opinionem ut communem probat Covarr. d. num. 8. Suarez d. c. 17. num. 27.

Q. VI. An simplices Clerici teneantur ad decimas? R. Non esse in his questionem de debito reali, quoad prædia patrimonialia, secundum superius dicta: tantum queri de debito personali, ex lucro, quod sua industria percipiunt. Et ad tales decimas eos teneri, licet Ecclesiæ interveniant, ex eo convinci potest, quod d. c. 2. in fine dicitur, eos Clericos, qui ab aliis Sacramenta percipiunt, iis teneri ad decimas, ratione laboris in eos impositi. Ex quo titulo oritur debitum personale, saltem quoad lucrum ex temporali causa adveniens: nam quoad lucrum quantum titulo spirituali non videntur teneri, per d. c. 2. ubi dicitur, Levitas à Levitis non accepisse decimas, quod non haberent alia bona quam decimarum, quæ natura sapere videtur tale lucrum: ut similiter non teneantur isti Clerici. Quo facit, quod dictum supra, ex prædiis ratione ministerii parochi assignatis non deberi decimas, Vid. Suarez d. c. 17. num. 21.

Q. VII. An Religiosi teneantur ad decimas? R. Hoc dicendum esse, per c. 3. & 4. h. 1. cum non eximantur ab onere isto, ex eo præcisè, quod sint personæ Ecclesiastica, cum & Clericos ad eas teneri dictum sit, & proberet idem per text. in c. *Veniens sup. De transact.* ubi expressè Monachis imperatur decimarum solutio, nisi per transactionem auctoritate Apostolica confirmatam se defendant, aut per privilegium, aut aliàs, quæ de re infra. Sequitur autem hoc jus decimas percipiendi ipsa prædia: quo modo si elocentur, manet nihilominus salvum, quia, uti dictum, rem comitatur. Adeo ut non sit minuenda quantitas ratione personis domino præstanda: quæ nomine decimarum est minor, cum

sum fructus minuantur per earum detractio-
nem. Si partiaris fuerit colonus, qualis pro
parte fructuum colitur, alia parte domino præ-
standa, uterque tenetur, sive prius ante divisio-
nem eas recipiendo, sive post divisionem ab
utroque exigendo, uti fieri posse apparet ex *d.*
e. Tua nobis 26, in fine h. t.

24 Q. VIII. An ex pensionem, quam recipit à co-
lono, teneatur dominus solvere decimas? R.
Effe, qui patent talem pensionem spectare ad
personale lucrum, quasi de novo ad crescens, &
proinde ex ea debent decimas personales. Sed
verius est pertinere ad fructus prædiales, in
quorum locum subrogatur. Non debent autem
ex ea decimas patet, quod dominus fundi
per colonum semel eas solverit, ut iteratò non
sint exigendæ. Sequuntur itaque decimæ rem
ipsam, ipsi que prædii possessorem, potest
que conveniri ipse conductor, *c. Dilecti 8, h. t.*
non secus ac possessor novus.

25 Hæc ita obtinet de jure communi; nisi ab
eo demonstratur exemptio, *c. Anobis 34, h. tit.*
Est enim hæc obligatio juris humani, saltem
quoad quoram unde fieri potest, ut ab eo ali-
qui eximantur jure speciali, uti privilegio per
Rom. Pont. *c. 2, §. pen. eod. in 6.* qui est supra jus
humanum in suo foro. Sic per Paschalem II.
Religiosis & Clericis in communi viventibus
concessa exemptio decimarum ex prædiis,
quæ suis manibus aut sumptibus excolunt,
can. decimas XVI. q. 1. Postea per Adrianum
IV. restricta fuit ea exemptio ad Cisterciens-
es, Templarios, & Hospitalarios, *c. ex parte
10, h. t.* & ad terras ante Lateranense Concil.
adquisitas per Innocentium III. ut aliqui ex-
plicat *c. penult. h. t.* quod est ejusdem Innoc.
qui præfedit Concilio Lateranensi, sive, ut a-
lii & conformiter textui volunt, per ipsos Ab-
bates Cisterciensēs, ad communionem Inn.
Tertii. In cæteris Religiosis ista exemptio non
obtinere, nisi quoad novalia, per se aut suis
sumptibus excolta, & quoad animalia, &
hortos suos, *d. e. 10. in fine.* Et hoc in propriis
eorum prædiis, non etiam per eos conductis,
d. e. 8, h. t. ne privilegium, quod est odiosum,
quia est contra jus commune, extendatur.
Hinc & emptores & conductores talium præ-
diorum non excusantur à decimarum præsta-
tione, *c. licet 11, h. t.* cum privilegium, quod

est personale, personam non ingreditur,
*omnibus D. de R. I. An privilegium de decimis
vendis decimis extendatur ad novalia pæ-
li cepta, dicitur alio loco.*

Quantur autem hic primò, An dicitur
privilegium etiam concernat bona adquirenda
R. Aliquibus videri non nisi ad acquirenda
tinere. I. Quod privilegium sic strictè
piendum, ut quàm minimam noceat. II. Quod
in decimis non fiat extensio ad futura, *c. 25,
in fine h. t.* III. Quod res transeat cum
onere Oldrad. *conf. 268.* Verius tamen con-
tium, per text. in *c. quia circa inf. de præd.*
dicitur, sub indefinita remissione decimarum
non tantum venire possessiones præter-
temporis, sed & futuri, ex ratione, quod
remittens nihil excepit, ut poterat, videri
universaliter remisisse; & quod in beneficiis
Principalibus plenissima interpretatio sit a-
hibenda, nec una & eadem substantia de
so jure censenda, maximè quando est ma-
ratio, uti hic. Covarr. *t. Var. c. 13. in fine. de
rez d. lib. 1. c. 19. n. 7.* Non obstat *d. c. 25,* con-
gat de præscriptione, ut patet ex verbis, *dis-
sione decimationis antiqua.* Est autem præ-
tio strictè accipienda, qua de re iusta, *de
etiam facit c. pen. h. t.* nam ibi agitur de
ter, quando ex eo gravamen oneratur beneficiis
quibus subtrahuntur terræ, ex quibus
percipiunt decimas. Aut accipi potest
pen. in casu, quo agitur de præjudicio
secus, si de præjudicio concedentis, quod
privilegium latius interpretatur & quoad
tura, *d. e. 22. h. t.* & Abbas ibi. Barbosa *ad
rio ad Fructus 7. §. quod in anno 6. n. 17. D. de
10. matrim.*

Q. II. An vi dicti privilegii eximantur à
decimis conductorum prædiorum, quæ pro-
priis manibus excolunt? R. Negando etiam
privilegium tantum loquatur de propriis
se cultis; conductæ autem non sunt proprie
atque ita cum loquatur limitativè, non
cienda extensio, quia fieret contra
concedentis, qui duo requisivit, scilicet
agros, & culturam, hic autem unum
esset: ut deficiant privilegii verba, & rectè
scripserit. Alexan. III. *in c. 8. h. t.* non veniunt
tas conductas sub hoc privilegio.

Q. III. Quid juris in prædiis acceptis
emptis

emphyteusim? R. Rem esse dubiam, & negati-
viam videri probari ex eo, quod talia videantur
absolute propria, propter utile dominium.
Quod facit, quod Pont. d. c. 8. tantum excipiat
agros conductos, inter quos non recte compu-
tantur dati in emphyteusim. Pro affirmativa ta-
men, quæ tutior est, facit, quod prædia talia
proprie & rigore non sint ejus, cui in emphy-
teusim data, l. 1. D. Si ager vectigalis id est em-
phyt. pet. ubi tales agri dicuntur locati condu-
cti, & esse quamdam actionem in rem iis, qui-
bus concessi; non tamen esse dominos. Ut con-
tineantur sub conductis, atque ita pendant deci-
mas, secundum d. c. 8. Estque posterior hæc opi-
nio non tantum tutior, sed & juri conformior.
Suarez d. c. 19. n. 11.

29 Q. IV. An conductores talium prædiorum
sequatur immunitas à solutione decimarum? R.
Eam tantum esse concessam Religiosis colen-
tibus suis manibus aut expensis, atque ita sub
conditione. Quæ cessat in casu, quo aliis exco-
lenda dantur: ut etiam cessat immunitas nisi
privilegium hoc non tantum concernat perso-
nas, sed & res, quale Gl. in Clem. 1. V. excolendas
& eam sacutus Ab. in c. Ex parte 10. h. t. vocat
reale; quale est, quod taliter conceditur, ut
quomodocumque agri colantur, decimas non
debeant Religiosis, sed sibi retineant; tunc enim
nec coloni ab iis agros conductos habentes eas
debebunt, quia res ipsæ exemptæ sunt. Hæc ita
in Religiosis.

30 Q. V. An etiam Pont. eximere possit laicos
ab hac obligatione? R. Hoc dicendum; cum &
possit laico concedere decimas Ecclesiæ, ut inf.
ead. dicitur: ut ex proportionata causa possit
laicos eximere, cum ea res non sit contra jus
divinum & naturale; & desit ratio, quare non
extendatur ea potestas Pontificis. Nec obstat,
quod laicus sit incapax juris spiritualis, c. 7. sup.
De præscript. quia non est incapax fructuum dec-
imarum.

31 Ubi quaesitum, An in ista exemptione requi-
ratur causa? R. Probabile esse, debere causam
subesse, ne non tam in ædificationem, quam in
dissipationem videatur dispensare res Ecclesiæ
Pontifex. Adeo ut quidam velint, exemptionem
decimarum laico sine causa factam esse nul-
lam: tum quod ea potestas non sit data Ponti-
fici à Deo; tum quod videatur contra justitiam

commutativam, operarium privati suæ merce-
de. Posset tamen probabile videri, validam esse,
etiam sine causa: propter plenitudinem pote-
statis Rom. Pontificis, dummodo id fiat sine
præjudicio juris naturalis sustentandi con-
gruenter ministros Ecclesiæ, propterea quod ex-
emptio hæc versetur circa dispensationem juris
Ecclesiastici, non etiam divini; cum nullum tale
præceptum obligans ad solvendas decimas
à Christo specialiter traditum invenitur; ut
nec naturalis, cum per exemptionem unitus
non gravetur alter, & congrua sua sustentatio
relinquatur ministris Ecclesiæ, ut præsupponi-
mus. Nam alias exemptio non excusaret rem-
ittentem in conscientia uti nec ipsum, cui re-
missio facta, sed & inutilis esset, & nihilominus
teneretur ad decimas solvendas; quia esset ea res
contra justitiam naturalem, quæ dicitur dignum
esse operarium mercede suâ, nisi aliunde
ei provideatur per populum, qui non tenetur,
cum semel satisfecerit, vel à remittente, vel ab
eo, cui remissio facta. Facit pro superiori senten-
tia, quod etiam à laicis præscriptione acqui-
ri possit hæc immunitas, ut mox dicemus. Vi-
deatur Abbas in c. A nobis h. t. & Covarr. 1. Var.
c. 17. m. 9.

Inferiores Prælati non habent hanc remit-
tendi potestatem, cum nihil possint contra
legem superioris. Est tamen illis licentia deci-
mas, aut earum partem, aut beneficia ex iis in-
stituta ad opera vel loca pia commodius ap-
plicare, uniendo, dividendo, prout res postula-
bit Trid. Sess. 24. 13. De reform. Suarez d. lib. 1. c.
15. in fine.

32 Quæritur autem, An consuetudo quid
possit circa decimarum solutionem? R. Possit
consuetudine mutari modum eas solvendi,
& quotam, ut scilicet aut nova solvatur, aut
duodecima aut vicesima, aliave pars; imo &
remitti earum solutionem, modo sufficienter
provideatur ministrorum sustentationi & fa-
brica. Et hoc non secundum eos, qui quo-
tam volunt esse juris divini aut naturalis, quia
cum tale jus mutari nequeat, necessario ten-
endum cum iis, consuetudinem nihil possit
sed secundum eos, qui dicunt esse juris hu-
mani Ecclesiastici, quod mutari potest per
consuetudinem: quorum opinio, juxta supe-
rius dicta num. 2. est vera, cum parum interfit,
M m 3 debi-

debitum sustentandi iure naturæ præceptum, hoc vel illo modo impleatur, modò ei sufficienter provideatur. Vid. *Beilarm. tomo 1. De Clericis l. 1. c. 25. Dub. 1. Suarez d. lib. 1. c. 12.* Quo modo etiam introduci possit, ut nulla pars fructuum aut lucri possit, ut nulla pars personalibus decimis solvendis inducta est, eo facilius, quòd cum expensæ essent deducendæ, sepe parum superesset lucri, aut ignoraretur. *Covarr. d. c. 17. nu. 8.* Mixtæ quoque aliquibus in locis in usu esse desinere, uti & in aliquibus prædiales. *Navarr. in Manuali c. 21. num. 30. Et seqq.* Ut citra peccatum hodie non solvantur, cum usus diuturnus habeat vim abrogandæ legis etiam Ecclesiasticæ, ab eoque obligatione liberandi, ut dictum sup. *De consuet.* atque ita & remittendi decimas per legem Ecclesiasticam præscriptas, Oportet tamen legitime sic præscriptas, scilicet vel tempore immemoriali, vel saltem XI. annorum, *Gl. in c. fin. sup. De consuet.* maxime hac in materia, propter grave damnum Ecclesiarum.

34 Alia questio est, An & præscriptione adquiratur hæc immunitas? Ita videri, si vel sit immemorialis, quæ est loco constituti, *l. 3. §. ad huc D. De aqua quotid. vel si XI. annorum tantum ad sit titulus, in quo fundetur talis præscriptio. Nam in præscribendo contra Ecclesiam in his, quæ simul sunt contra jus commune, ejusmodi modus postulat, *c. 1. De præscript. in 6.* Est autem præscriptio, de qua sermo, contra Ecclesiam & jus commune. Ubi non rectè quis objiciet, præscriptione quadraginta annorum adquiret immunitatem citra ullum titulum: nam Resp. consuetudinem immunitatis esse quid juris, & habere vim inducendi legem, & abrogandi, quatenus legitime est inducta; præscriptionem vero esse privatæ personæ, & quid facti. Non potest autem privata persona inducere legem, aut tollere: ideoque necesse, ad inducendam immunitatem contra legem per præscriptionem, illa habeat conditiones requisitas ad sui iusticiam hac in materia, *Covarr. d. c. 17. nu. 10.**

35 Ceterum non obstante consuetudine, privilegio, aut præscriptione, est in Ecclesia auctoritas & potestas de novo imperandi decimas; etiam ubi nunquam fuerunt solutæ, si

ita videatur Pontifici expodite, propter necessitatem Ecclesiarum, quarum ministeria fabrica non est sufficienter provisum, ut illas sit nocivum. Exemplum est in *c. super sum 9. h. t. ubi Abbas nu. 4.* vult hoc in quo evidenter constat de enormi laetitia, conscientia & iustitia amitti privilegium, propter deficientem conditionem includentem, quod jus defectus facit resolvi privilegium, *c. 1. q. 1. & tenet Gl. in can. Rescripta xxv. q. 1.* Quod tamen casu Ecclesia non uretur propriam utilitate, quia nemo sibi jus dicit, sed per priorum legitimum coget privilegatos ad viciniam solutionem. Quod si non sit tanta enormitas, recurrendum ad Pont. Privilegii auctorem, cujus est interpretari suum decretum. *Abbas d. loco. Suarez d. lib. 1. c. 20. nu. 6. 2.*

Amittitur etiam privilegium per contraum usum solvendi decimas. Ubi olim solvabantur anni triginta, secundum *c. Si de terra. De privil.* Postea vero inductum, ut anno annis XI. præjudicaretur privilegio, *c. de dentibus 15. h. t. ubi communiter Ecclesia præjudicatur nisi spatio quadraginta annorum per text. expressum in c. Illud sup. De præscript.*

Renunciatio in privatis quidem permissa, non tamen Ecclesiæ, aut regioni, in cujus favore est concessum, non est Prælatorum alienare res Ecclesiæ, si tamen conventio & utilis videtur solvenda, si non sit juri communi contraria. *arg. c. de lexi 8. h. t.* Per alienationem prædialium emporum à decimis exempto quoad prædicta cessare videtur, quia cum in ea voce regionis, aut Ecclesiæ sit concessa, cessante causa per alienationem, cessabit & privilegium. *Abbas d. c. 20. nu. 6.*

CAPUT III.

Quibus sint solvendæ decimæ.

Explorari juris est, Ecclesiæ debentur decimas, ad sustentandas personas divinitus destinatas. Et quidem de jure communi quilibet tenetur Ecclesiæ parochiali, in p.

Missas audit, Sacramenta percipit, persolvere debentur enim ratione ministerii spiritualis, in sustentationem. *Ad Apostolica 20. h. 1.* Prædialia illi cedunt, sub qua sunt sita prædia, idque jure communi, *d. c. 20. & c. Cum contingat 19. & 30. h. 1. ex Ecclesiæ institutione, quæ cuique parochiæ decimas prædiorum ibi sitorum attribuit.*

38. Quantū ad mixtas attinet, posset videri, eas deberi partim parochiæ domicilii, partim parochiæ, ubi sunt pascua: ex eo, quod partim sint reales, partim personales, & sic partim sequantur personam, partim rem. *Navar. Conf. 1. nu. 9. h. 1. Glos. tam. n. in d. c. 20. V. personales* vult tamquam prædialia judicari, ideoque Ecclesiæ deberi, ubi pascuntur animalia; & si in pluribus locis pascantur, pro rata temporis deberi singulis decimas. Quæ opinio est communior & probabilior, eo quod si fructus omnis, qui producitur ex animalibus, præcipue ex prædiis sive pascuis caulessetur. *Azor. p. 1. lib. 7. c. 24. qu. 15. Suarez, d. lib. 1. c. 21. nu. 7.*

39. Ex his patet, ad solos habentes animarum curam pertin. re decimas jure communi-uales sunt Episcopi, & post eos Parochi locorum, qui proprie spiritualia ministrant. Participant & de decimis Clerici jure sui beneficii, *c. Ex par. 11. h. 1.* nam cum sint Ecclesiæ ministri & concurrant saltem ad spiritualium administrationem, debentur & iis sustentatio. Simples Clerici non habent jus ad decimas, quod nec ministrant populo, nec ex vi solius characteris clericalis debeantur. Uti nec debentur Religiosis, ex vi sui status, qui non constituit eos Ecclesiæ ministros, nec obligat servire populo in spiritualibus, nisi iis incumbat animarum cura.

40. Quid si beneficiati sint divites? R. Nihilominus, si ministrant, decimas iis deberi, cum nemo militet suis stipendiis, & debeat ex vi ministerii, quod præstant. Quo facit, quod creditori, licet diviti, debitum, nihilominus sit persolvendum; ut & operario diviti debetur sua merces. Neque enim quis jure suo privandus propter divitias, quæ sunt per accidens, neque tollunt fundamentum obligationis, cum non quia pauper est, dentur Sacerdoti, sed quia ex officio ministrat. *Covarr. 1. Var. c. 17. nu. 4. Suarez, d. lib. 1. c. 21. nu. 9.*

Quid si sint mali? R. Nihilominus esse illis persolvendas, quod non debeantur propter vitæ bonitatem, sed propter servitium: quod si præsent, malitia eorum non liberabit alios à debito decimarum. *Rebuff. h. 1. q. 7. nu. 14. & 15.*

41. Dixi superius jure communi; nam fieri potest, ut quæ ordinatio jure un. Ecclesiæ sunt debita, solvantur alteri, ex privilegio per Sedem Apostolicam concessio locis aliis aut personis Ecclesiasticis; nam illi incumbit dispensatio rerum Ecclesiasticarum. Idem etiam potest consuetudo, *c. Cum sint 18. & 20. h. 1.* quæ, uti dictum sup. De consuet. derogat juri communi. *Covarr. d. c. 17. nu. 18. vers. tertio.* Facit & præscriptio unius parochiæ decimas alteri Ecclesiæ, vel Monasterio solvendas esse. Quod omnino procedit, quando ipsa parochia præscriptione acquiritur, quam tamquam principale decimæ ut accessorium sequuntur.

42. Quæstionis est, An per se & directè sine parochia Ecclesiastica persona possit præscribere decimas? R. Posse videri, negativam esse veritatem ex eo, quod decimæ cum sint stipendium ministerii spiritualis, quod in loco exhibetur, non possint exigi ab eo, qui non servit, nec laborat. Affirmativa tamen recepta, & probatur per *1. Ad aures 6. sup. De præscript.* ubi hoc exprimit Pont. uti & *c. 1. eod. tit. in 6.* requirens ad hoc tempus immemorabile, vel quadraginta annorum, cum titulo, cum ad præscriptionem XI. annorum non desideretur titulus. Ratio est, quod juris communis præsumptio sit contra præscribentem, quo, uti dictum, decimæ debentur loco, sub quo sita prædia. Cui non obstat, quod hoc jus sit incorporale; cum & incorporalia quasi possideantur, & quasi possessione adquirantur, *l. 1. & 2. C. De serv. vit.* Non obstat etiam, quod annuis præstationibus non præscribatur, *l. 6. §. in iis autem C. De præscript. 30. ann.* nam decimæ non sunt instar annuarum præstationum magis, quam jus domilii, quo colliguntur fructus ex re sua, cum sint una obligatio & simplex, quæ dat jus colligendi fructus annuè ex re aliena. Non rectè denique objicitur, quod desit bona fides; cum jure communi, cujus nemo ignarus præsumitur, spectat ad Ecclesiam, sub qua sita sunt prædia:
nam

nam bonam fidem in possessore potest ponere tempus immemoriale, aut xi. annorum cum titulo Covarr. d. c. 17. nu. 7. Quam sententiā quidam accipiunt, non quatenus per se & directē adquiri possit jus decimarum præscriptione sine parochia, sed quod per eam sufficienter probetur, aut præsumatur privilegium, ratione cuius tales decimæ jure postulentur.

- 44 D. bentur itaque decimæ Ecclesiis, personisque Ecclesiasticis divino cultui destinatis, Laicis minimè debentur per se, ut sunt fructus Ecclesiastici, nec iis solvendæ, nec ab iis possidendæ, can. Decimas xvi. q. 7. Et si contigerit in eos transferri decimas, restituendæ ab iisdem sunt Ecclesiæ, sub vinculo excommunicationis, c. Ad hæc 15. h. 2. quod sanctuarium Dei jure hæreditario possideri non debeat, neque possideatur sine animarum periculo c. Prohibemus 19. h. 2. Dicit enim ratio naturalis, neminem esse stipendii capax, qui non sit & capax ministerii & laboris, cui responderet stipendium. Sunt autem laici incapaces ministerii spiritualis, cui decimæ sunt destinatæ: ut Gl. in c. Quamvis 17. V. concesserit h. 2. eas rectè vocet cibum in domo Domini.

- 45 Non implicat tanten laicos capere decimarum fructus, non titulo proprio, sed vel nomine Clericorum, ad quos pertinent, non tantam perceptione ministeriali, qualis est in famulo, œconomo, qui domino suo eos percipiunt, sed ut fructus in suum dominium transferant, idque ex iusto contractu, ut emptione conductione; vel causa temporalis stipendii, pro obsequio Ecclesiæ exhibito. Nam decimæ hoc modo spectatæ sunt res temporales, ideoque iuste possunt venire in potestatem laicorum. Quod facit, c. 2. inf. D. locat. ubi decimarum fructus dicuntur dari ad firmam, citra vitium quo casu jus decimarum non tam per laicum, quam per Clericum, aut Ecclesiam exercetur. Vid. Azor. p. 1. lib. 7. c. 25. qu. 11. vers. De hac controversia.

- 46 Fuere tamen olim concessæ decimæ Principibus laicis in feudum, propter obsequia præstita in Ecclesiæ defensionem, aut alia in eam collata beneficia, aut etiam per modum subsidii, propter imminentes necessitates, ad resistendum infidelibus, hæreticis, aliisque invaloribus Ecclesiarum. Ubi opus legitima

auctoritate: quam esse penes Pontificem non est dubium, propter supremam auctoritatem in dispensandis rebus Ecclesiæ quam Ecclesiastica administratio deservit, patet ex usu Ecclesiæ: sæpe enim Pontifici hac gratia sunt usi in Reges Hispaniarum, Galliarum. Covarr. Præf. Quæst. c. 31. Ritus De decimis qu. 10. Azor, d. c. 25. qu. 3. Summ. lib. 1. c. 15. nu. 3. Ubi advertendum per illam concessionem non tam fuisse quantum Principibus, aliisque laicis jus ipsum ipsorum quam facultatem percipiendi à jure ipsorum abstractum.

Quæstio autem est, An idem licet de clericis, aliisque Prælati inferioribus, & laicis licuisse decimarum fructus in feudum dare laicis, ex iusta tamen causa uti decimis, etiam in perpetuum, ut colligitur c. 6. lib. 1. Feud. ubi decimæ in feudum laicis concessæ ante prohibitionem ab Urbano II. sancta Synodo factam firmæ iis permant non etiam post eam. Quam prohibitionem attribuit communiter Concilio Lateranensi, ut videtur ex c. Prohibemus 19. h. 1. & Covarr. Var. c. 17. nu. 5. magno consensu actum Conc. licentiam istam fuisse inhibitam. Posset tamen videri antiquior, eo quod Conc. illò videatur ista prohibitio præsupponi, quàm de novo fieri, ut patet textu in d. c. 19. qui agit de iis, qui illicita da teneant: illicitè autem prohibitionem non tenebant. Facit, quod in d. tit. 6. ab Urbano I. dicitur ea prohibitio facta in sancta Synodo cum Lateranense Conc. postea sit habita sub Alexandro III. Fit tamen & mentionem Lateranensis Concilii, eique attribui videtur prohibitio. Ut ut sit, post prohibitionem Ecclesiæ factam ne utiquam fuisse raras concessiones decimarum de novo factas incertum est: fuitque prohibitio ejusmodi omnino necessaria, propter abusus & prodigiositatem Prælatorum in concedendis decimis perpetuo in feudum laicis. Ut Episcopatus que Prælati Rom. Pontifici inferioribus minimè liceat concedere in feuda, & concessæ sic ipso jure irritæ, cum dicta prohibitio de iis communis, cui sunt subiecti tales Prælati, nec possunt immutare statuta per Rom. Pontificem nisi in casibus concessis de quibus Trid. sess.

cap. 5. 6. 7. 8. De reform. Sess. 21. c. 3. 4. 5. 7. Sess. 22. c. 9. & aliis locis. Rom. Pontifici id licere, nemo dubitaverit, quod sit supra jus à se aut suis predecessoribus positum. Azor. d. c. 25. g. 22. Suarez d. c. 15. n. 11.

48 Sed quaeritur, An id liceat sine causa? R. Credendum esse, Pontifices, quando has decimas laicis attribuerunt, habuisse rationabiles & pias causas, veluti gratitudinem pro laboribus in defendenda Ecclesia, veram indigentiam personae alicujus, quae mereatur subventionem, aut aliam similem. Quae cessante, non videtur tunc Pont. in conscientia temere decimas laicis applicans, nec etiam ipse, cui applicantur, ex humano affectu & prodigaliter, cum sit injusta applicatio. Neque enim Pont. est dominus decimarum, sed dispensator, dissipat autem potius quam dispensat, ita applicando. Imò & nulla potest dici applicatio, saltem quoad partem necessariam ad congruam sustentationem ministrorum, quod talis applicatio sit contra justitiam naturalem, etiam in casu, quo alteri loco pio aut Ecclesiae alicuius personae facta, quia ea non minuit injulitiam. Posito tamen quod sit facta, tenebitur ipse applicans, & is, cui talis applicatio facta, providere ministro de sufficienti sustentatione: quae obligatio non posset gravare populum, qui semel satisfecit, decimas dando, ut iterato cogi nequeat, ut bene tradit Covarr. in simili casu, d. c. 17. n. 3. in fine. Vid. Suarez d. c. 15. n. 8. 9. 10.

49 Posito autem, concessionem decimarum laicis factam valere, quaeritur, An possint laici quas obtinent in alios laicos transferre? R. Non esse locum dubitandi in decimis post dictam prohibitionem ad quos ab Ecclesia: haec siquidem ut nullo jure detineantur à laicis, ita etiam nullo jure in alios transferantur, cum nemo plus juris transferat, quam habet. Nihil ad hoc faciente auctoritate Episcopi, cui ut non concessum alienare decimas, ita nec alienationi consentire, eamque confirmare. Et de talibus decimis videtur loqui textus in c. Ad hac 15. c. 19. h. 1. c. c. in fine sup. De his quae sunt à Pral. sine Conf. Cap. ubi consensus Episcopi in his tantummodo decimis dicitur valere, quae perpetuo laicis concessae licite per eos obtinentur; ut in male obtentis nihil faciat translatio.

Quaestio vero est, An licite obceate in alios

laicos rectè transferantur? R. Feudum perpetuum in successores transire, etiam laicos, ex feudo ejus qualitate, cum nequeat dici jus perpetuum, nisi transiret in successores. In exteros quoque videtur feudum tale transferri posse, saltem ex consensu Episcopi, cum translatio feudi adhuc in suo esse permanentis non facit feudum de novo concedi. Nec subest ulla Ecclesiae injuria, ad quam necdum spectat utile ejus dominium; ut per translationem non magis ab ea alienetur, quam ante fuit alienatum. Facit, quod possit Episcopus tale feudum, vacans per deficientem lineam, alteri etiam laico concedere non obstantem juramento, c. 2. sup. De feudis, ubi ea de re actum. Ut etiam videatur posse Legato permittere in alium laicum transferri, ut tenet Gl. in d. c. 19. v. laicos. Vasq. Illustr. Contr. c. 89. n. 2. & tradit Felin. in c. Quae in Ecclesiis n. 69. sup. de constitut. consuetudine eam sententiam esse receptam, licet contraria sit communis, quam & putat verior Azor. d. c. 25. g. 13. Ideo autem consensus requiritur Episcopi, ut ille advertat ne translatio ista contineat quid detrimenti Ecclesiae forte propter qualitatem feudi talis, patetis concedentium datam. Frustra objicitur d. c. 19. quia loquitur de feudis male per laicum detentis.

50 Alia quaestio est, An laicus, inconsulto Episcopo, possit feudum decimarum transferre in Ecclesiam? R. Si velit transferre in eam Ecclesiam unde feudum dependet, non esse opus consensu Episcopi, quod nihil ei Ecclesiae subtrahatur, sed potius adquiratur, nec tam ullum vertatur praedictum quam commodum, argumento eorum, quae traduntur Insit. De auct. tutor in princ. ubi in acquirendo pupilli non indigent auctoritate tutoris: h. verò agatur de transferendo in aliam Ecclesiam, aut locum pium, Episcopi consensu opus esse, c. Cum Apostolica 7. sup. De his quae sunt à Pral. c. 2. §. Sanè h. t. in 6. Suarez d. lib. 1. c. 26. nu. 10. quod ita induxisse videtur Ecclesia non tantum, quia laicis sit inhibitum disponere super spiritualibus, aut ad ea spectantibus, suam auctoritate, sed ut, quatenus potest, singulis Ecclesiis provideatur. Et hoc non tantum, si justè eas possideant ante Conc. Lateranense, & in locum religiosum transferre decimas velint, d. c. 1. §. Sanè, c. 3. inf. De

privilegii sed etiam si injustè, ut apertè colligitur ex d. c. 7. *sup. De his qua sunt à Pralat.* quod agit de eo, qui malè detinet decimas, & monendus est, ut Ecclesiæ, ad quam pertinent, restituat: qui si induci nequeat, ex diæcesani consensu alteri Ecclesiæ, aut pio loco adsignans, dicitur constare donatio. Et hoc ita statutum ad majora mala vitanda, damna Ecclesiæ, prout fieri potest, reparanda, quia minus inconveniens, mutari decimas ab una Ecclesiâ in aliam, quam à laico detineri. Nec per hoc potest videri foretè injustitia, cum per convenientiam Ecclesiæ materia injustitiæ subtrahatur, etiam si restitutio fiat aliter, quàm de rigore fieri deberet, creditore dissimulante. Post Conc. Lateranense sine iusto titulo adquisitæ decimæ restituendæ sunt suæ Ecclesiæ, ut colligitur ex d. 8. *Sane.*

¶ Illud etiam quaesitum, An laici possint præscribere decimas? R. Non agi de jure decimarum, ut est spirituale, cujus omnimò incapax laicus, nec ullo tempore potest fieri capax, sed ut sunt fructus temporales, & percipi possunt sine spirituali titulo. Et dicendum, facultatem quidem illam ad fruendum decimis laico per privilegium concedi posse, non etiam vi præscriptionis adquiri; tum quia ejus vis est ex lege, instituentem talem modum translationis dominii, quæ hac in materia nulla datur; cum quia præscriptio requirit bonam fidem & possessionem decimæ autem à laicis possideri propriâ & civili possessione nequeunt, cum ea requiratur, ut proprio nomine, jure, ac titulo res ipsa, vel jus ad rem habeatur, cujus rei laicus hac in materia est incapax. Quo modo rectè Pont. *in c. Causam 7. sup. de præscript.* negat ullâ ratione laicos decimas præscribere, quod eas detinere non possint. Nec facit c. 1. *De præscript. in 6.* quod dicit, spatium quadraginta annorum, cum titulo & bona fide, transferri jus decimarum, quia loquitur de Clerico capaci decimarum, & eas præscribente in aliena parochia. Consuetudo tamen immemorialis percipiendi decimas à laicis usurpata sufficere videtur in vim sufficientis probationis privilegii, cujus virtute illa inchoata & continuata creditur, licet non nisi per famam probari possit. Vid. Felin. in d. c. *Causam nu. 3. Covarr. d. c. 17. n. 5. in fine c. n. 6. Suarez d. lib. 1. c. 27. Azor p. 1. lib. 7. c. 26. q. 1. c. 9.*

seq. In quam rem adduci potest, quod idem civile. in l. 3. §. fin. *D. De aqua Pluvia. ar. 1.* eos, qui juri dicendo præsumunt, tamen agere debent, quibus auctoritatem vetulas decimæ, si jus non probetur. Nam cum quilibet reputatur bonus, qui non probatur malus, præ antiqua possessione præsumendum, et præ fori jus percat.

Alia hic est dubitatio, An laicos contra laicum eas possidentem præscribere possent? Possent quidem videri, nec eo in casu præscribere præscriptionem, propter cessantem possessionem in laico, secundum jam dicta, quæ nulla præscriptio currit; tenet Felin. in d. c. *Causam n. 4.* posse præscribere adquiri decimas per laicum contra laicum, quasi iusta eorum translatio ante Conc. Lateranense fecerit eas mutasse naturam; dicitur Chassan. *ad Consens. Burg. Rub. 1. §. 4. n. 1.* Nec facit, quod in alienatione sine ratione requiratur; Episcopi consentis, sed dum dicta *sup. h. r. n. 50.* nam hoc procedit alienatione expressa, non etiam in tacita, non tam vitiosa, & *Expressa 191. D. De R. C. c. 1.* quod non magna (subsit Ecclesiæ) immutatio, cujus res non alienatur; nec multum revertitur, res apud unum sit laicum, an apud alterum. Quod facilius procedet in casu, quod decimæ non datæ in feudum, sed in feudum donatæ, quia nullum agitur Ecclesiæ prædictum, quippe ad quam res non sit revertenda nisi ex liberalitate possessoris, quæ non potest prior in uno, quàm in alio. Quod si hæc concessæ decimæ in feudum pro se & heredibus non videretur præscriptio potest, propter præjudicium, quod Ecclesiæ generaretur, ad quam finit à linea revertentur. Procedent dicta de præscriptioe contra laicum facilius in Clerico, quod Ecclesiæ usufrucipiente, præcipue ea, à qua revertentur, cum res facile revertantur ad suam naturam.

Hæc ita de decimis, quæ hæcenus prædictæ illo loco, cui ex prima institutione debentur, sive etiam alteri postea adquisitæ, & decimæ novales, quæ debentur ex fructibus agri, jam primum ad culturam redactæ. Est etiam novale ager de novo ad culturam deductus, de quo non existat memoria, quæ

unquam cultus fuerit, c. Quod per novale 21. inf. de verb. signif. Quod si ante cultus fuerit, licet non protulerit fructus decimabiles, ad novale non spectat, quia fructus tales non patiuntur fundum jure novalium censei. Ut, si postea ferat fructus decimabiles, decimæ sint illi præstandæ, cui vel de jure communi vel speciali debeat; cum fructuum mutatio non mutet jus alterius. Abbas in c. Dum in tua 30. n. 5. c. 6. b. t. D. Wamef. Conf. 44. num. 14. h. t. Debentur autem decimæ novalis illi loco, in quo ager situs, ab iisdem, qui prædia possident.

54 Ubi quaeritur, An privilegium de non solvendis decimis extendatur ad novalia post colitæptæ R. Plerosque auctores ponere differentiam inter privilegium absolute eximens à solutione decimarum prædialium, & habens limitationem de propriis laboribus suorū agrorum, secundum c. Ex parte 10. h. t. in hoc eos admittere extensionem ad novalia, in illo negare. Rationem verò differentie dant, quod illo casu sit odiosum, propter sui amplitudinem, atque ita restringendum, non etiam in hoc casu, quod restrictum minus noceat. Rebuff. alios referens De decimis qu. 14. n. 29. c. 30. Verius tamen videri, etiam privilegium absolute eximens à decimarum solutione, ad novalia esse extendendum; cum non sit ratio, quare potius limitatum extendatur, quam absolutum. Neque enim restrictio admittenda contra propria verborum significationem: quod hic contingeret, cum datum absolute circa propria prædia excluderet ea, quæ sunt propria. & illa negatio non solvendis sit absoluta, omnia comprehendens. Ut nihil movere alicquem debeat ratio differentie allata, quod sit odiosum privilegium; nam utroque in casu est odiosum, & admittenda restrictio in uno, etiam in altero admittenda foret. Ut extensio in uno admittenda, in altero quoque admitti debeat, etiam si unum majus adferat detrimentum quam aliud. Nam majus vel minus detrimentum adferre, est tantum per accidens, nec venit in considerationem, ad restringendam propriam verborum significationem sine ullo textu. Facit pro ista parte ratio tradita in c. Ex parte 27. b. t. ubi qui majus conceditur, etiam minus concessum videtur: est autem exemptio absoluta à decimis

majus quid respectu exemptionis novalium. Nihil obstat textus in c. Tua 25. in fine hoc tit. nam agit de concessione exemptionis facta laicis, quæ odiosa magis, atque ita restringenda. Covarr. Var. c. 17. num. 13. Gutierrez Quæst. Canon. 2. c. 21. n. 13. Suarez d. lib. 1. c. 19. num. 4.

Quid si consuetudo unius loci decimas alteri attribuerit, an & novalis decimæ veniant? R. Non extendi istam consuetudinem ad novalium decimas, sed eas pertinere ad propriam parochiam, eique præstandas esse, ex communi sententia, quæ probatur c. Cum contingat 29. h. t. nisi ostendatur causa, quare & ad eas extendenda sit. De jure enim communi parochiis suis debentur decimæ etiam novalium, c. Quoniam 13. h. t. quibus sine rationabili causa non sunt auferenda. Facit eodem textus in d. c. Tua 25. h. t. ubi ratione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) dicitur non usurpandas novalium decimas; cum subjuncta ratione, quod in talibus non tam sit extendenda licentia, quam restringenda, cum agatur de præjudicio alterius, & aliud non possit videri consuetudine præscriptum, quam quod possessum: non possessæ autem novalium decimæ, cum ipsa novalia non existerint, l. 1. §. si quis hoc D. De itin. c. actu privo. Et hoc siue consuetudo decimas attribuerit laicis siue Clericis, ut patet ex d. c. 29. Rebuff. d. q. 14. n. 29. Suarez d. lib. 1. c. 22. n. 9.

56 Quid si ex privilegio Rom. Pontificis alteri competant decimæ? R. Esse, qui distinguant inter laicum & Clericum, quod scilicet huic privilegium decimarum alterius loci concessum faciat etiam competere novalia, non illi; ex ratione, quod concessio ista laicis facta sit odiosa, non etiam ita facta Clericis, cum his spiritualia possidere conveniat; non etiam illis, d. c. Tua 28. h. t. Et pro ista distinctione videtur facere c. Ex parte 27. b. t. ubi Clerico concessa immunitas à decimarum solutione ex suis agris comprehendit etiam novalium decimas, subjuncta ratione, quod ubi majus conceditur, & minus concessum esse videatur. Quæ sententia licet sit communis, ut testatur Covarr. 1. Var. c. 17. n. 13. contra tamen tenet, idem scilicet ponendum esse in Clericis ac laicis, & neutri competere

novalia ; cum in utrisque hoc privilegium sit odiosum , licet in his magis , quam in illis : quod non facit , quod minus simpliciter sit odiosum & Ecclesie propriæ præjudicet ; quo modo restringendum , e. *Olim inf. De P. S. & d. 25. in fine h. s.* ut quam minimum lædat jus alterius. Quo facit *Clem. fin. Descripti.* quæ habet privilegia non extendi ad futura. Et hoc , si verba talia sint , ut restringi commodè possint ad jam culta prædia , non etiam extendi ad novalia. Secus dicendum , si salvâ verborum proprietate , restringi nequeant. Fulcitur hæc sententia , e. 2. *cod. in 6.* ubi expressa concessio novalium dicitur strictè interpretanda & restringenda ad medietatem , etiam si sit absoluta , propter detrimentum parochiarum , quibus non nimis præjudicare voluisse censendus Pontifex. Ex qua decisione , licet sit singularis , colligitur tamen , quàm sit odiosa concessio ista , sive Clericis facta , sive laicis , cum textus ille loquatur indistincte. Amplectitur hæc sententiam Covarr. & Rebuff. *d. locis.*

37 Nihil obstat *d. c. Ex parte 27.* nam secundum Covarr. loquitur de ordinario jure parochiali , quod explicat Pont. in *d. c. Cum contingat 29.* qui sensus patet ex verbis , *de laboribus terra parochiarum tuarum.* Nec obstat huic expositioni ratio subjuncta , ubi magis conceditur , etiam minus concessum videri ; nam optime refertur ad istam expositionem , scilicet quod cum jure communi ad eos spectent decimæ tamquam majus , spectent etiam novalia tamquam minus , non tam restituta , quàm pristino jure competentia , nec sublata per concessionem decimarum alteri factam : sub qua non veniunt comprehensa novalia , nisi , ut dictum , tali generalitate verborum sint concessa , quæ non patiuntur restrictionem.

38 Quid si laico sint communes decimæ cum Pastore loci ? R. Istam communionem nihil facere , quo minus decimæ novalium competant soli Pastori. Neque enim ista communio mutat naturam rei , aut acquisitionis , quæ tantum restricta ad ea , quæ pro tempore existabant : & facit *arg. l. 1. C. Si in com. eademque caus.* ubi non prodest majori , cui est causa communis cum minori , restitutio minoris.

39 Decimæ itaque competunt de jure communi

parochiis , sub quibus sita prædia , præsertim scilicet : nam personales illi Ecclesie , hæc sacramenta quis percipit , debentur officio etiam non petita ; & sine mora , prædilectorem , ubi solo sunt separati fructus. *Canon 17. ubi Gl. V. fructibus l. 1. Arzo p. 1. d. 24. q. 17.*

Ubi quaesitum , Quando quis in mortuis sit dicendus ? R. esse , qui putent mortuus esse , nec ante poni moram. Caput trarium patet ex eo , quod diximus , etiam petitas præstandas esse , & quidem hinc fructus sunt collecti. Adeo ut antequam horrea deducantur separanda sit decima offerenda Ecclesie. Non obstat *can. lxxvi. q. 7.* ubi dicitur monitione opus esse hoc tantum ad inferendam poenam , de qua Volunt autem ab ipsis laicis esse decimas ferendas ad horrea Clericorum , quod non consuetudine non obtrinet Covarr. *d. c. 8. vers. Obv.* Certum est non illos contempnam à præstandis decimis , quod sint petita , ut aliqui malè censent , cum aliter dicatur super subtractis & recentis decimis factio exhibenda. Quod facit , quod petitionis debiti non liberet debitorem. *Covarr. d. loco.*

Quaestio est , An decimæ ab Ecclesia sint peti actione reali ? R. Id aliquibus videtur ut Abbati in *c. Tuas nobis 26. num. 11. c. num. 4. c. 5. h. t. per d. c. 26.* ubi dicitur de suis decimas adseverare. Expressus tamen *d. can. Omnis lxxi. qu. 7.* qui habet decimas esse Domini : & clarior *in can. Modis amittendi qu. 1.* ubi dicuntur decimæ vindicari. Verum tamen non tam reali actione , quàm peti posse , cum non possint dici dominium Ecclesie , antequam separata ab aliis fructibus aliquo modo Ecclesie sint tradita , sine traditione non transeunt rerum dominia. Et facit eo textus in *cap. Parochiarum hoc tit.* qui dicit , quasi debitum decimarum peti posse , non ergo ut res proprias : & si alium alii textus loquuntur , & nullus datur in Ecclesiam decimas ante traditionem transferat , ut cessante facto hominis non sint decimæ esse in Ecclesie dominio , sed à possessione exigendæ actione personali. Nihil facit *quod Ecclesia eas vocet suas ;* nam hoc rursus

propter ius peculiare, quod ad eas habet Ecclesia, et Reg. iuris Qui a actionem habet ad rem, videtur rem habere l. si qui 15. D. de R. I. Nihil etiam obstat, vindicandi verbum in d. c. can. Modetamine: nam illud non accipiendum ibi de actione in rem de qua non agit textus, qui tantum vult, Monachos propter ministerium posse sibi usurpare decimas, eaque sibi appropriare: & verbum vindicandi non temper actionem civilem denotare, patet ex c. quia nonnulli 3. sup. de Cler. non res. Vid. Azor. d. c. 23. q. 9. & Suarez d. lib. 1. c. 36.

61 Postremo quaeritur, An decimae non solum sequantur possessorem praedii? Resp. Id velle Abbat. in c. 7. n. 6. h. t. ex ratione, quod sint onus reale, quod rem comitatur, & dicantur tributa egentium animarum, d. c. Tua nobis 27. h. t. tributa autem exigi possessoribus non sicut exacta a prioribus, l. Imperatores 7. de public. & vestigal. Coartariam tamen opinionem videri aequiorem, propterea quod onus decimarum non tam respiciat rem ipsam, quam potius ipsos fructus, cum passim imperetur earum solutio ipsis colonis, qui fructus percipiunt, ut in d. c. 6. c. cum non sit 33. h. t. ubi illi ad quos fructus non decimati pervenerunt, per censuram Ecclesiasticam sunt cogendi ex iis solvere decimas Ecclesiis quibus debentur. Ut aequitati minus conveniat, a possessore eas petere, qui fructus non percipit, & contra aequitatem alieno odio praegravaretur. Non debet de R. I. in 6. Non obstat d. l. 7. & si quae similes, quia loquuntur de tributis & vestigalibus, quae fundos ipsos adficiunt, ut merito cum iis transeant & possessorem gravent. Decimae autem non sunt proprie tributa, nec eorum habent conditionem, cum, uti jam dictum, non tam fundum sequantur, quam fructus indecimat, d. c. 33. Vid. Canil. De decimis c. 4. & Suarez d. l. 1. c. 39. n. 8. & 9.

62 Quantum ad tempus solutionis personarum, nihil de eo praecipitur, ut consuetudini sit standum. Quae ubi cessat, videntur fructus in fine anni computandi a negotiatione inchoata, juxta communem modum computandi lucra solvenda. Decimae mixtae, sicut praediales, videntur praestanda hoc ipso, quo percipiuntur, usque, ubi detrasa, factus, ubi sine matre vivere commodè potest: aiborum, quando colliguntur. Fructus ex lacte, ut casei, butyri, cum tractu teporis colligantur, videtur in fine temporis decimandus. Ubi multum potest consuetudo, & conventio, tacita aut expressa, cum iis, quibus debentur decimae. Vid. Azor. d. c. 24. q. 10. & seq. Suarez d. lib. 1. c. 37. nu. 3.

De Primitiis.

64 Primitivae sunt primò enatorum Deo facta oblatio, ut tali munere omnium largitor honoretur. Jure natura non videntur debita, cum nullum tale praecipitur extet: & licet sit praecipitur naturale colendi Deum, hoc tamen aliis modis implere potest. Praecipitur fuisse lege Testamenti veteris, patet ex variis Testamenti illius locis, verum etiam ea lex hodie non obligat. Jussit tamen post legem gratiae Ecclesia eas solvi, c. 1. h. t. & xvi. q. 1. & q. 7. Ut cum earum obligatio sit juris humani, poterit consuetudine variari, mutari, augeri, imò & auferri, nisi sustentatio Clericorum aliud postulet: quo modo immunitas ab iis praestandis inducta valet. Quantitas earum arbitrio offerentium est relicta, nisi quod ex magistrorum arbitrio sint offerenda: inter quadragesimam & sexagesimam partem: quod ita definitum dicitur d. c. 1. propter Sacerdotes: ne avarè amplius debito à populo exigant. Vid. Azor. p. 1. l. 7. c. 27. q. 1. & seq. Suarez d. l. 1. c. 8.

De Oblationibus.

65 Oblationes, de quibus rebus fiant, ex arbitrio cujusvis dependet. Nullo modo sunt praecipitur, nisi postuler necessitas sustentationis Clericorum. Spectant ad eos, qui spiritualia ministrant. Possunt & fieri Religiosis. In Ecclesia factae debentur Curato Ecclesiae, nisi aliud habeat consuetudo aut pactum. Everard. Conf. 30. nu. 6. & 7.

66 Q. An rectè acceptentur à personis crimine maculatis? R. Posse videri non accipi, propterea, quod Deus non placetur donis impiorum, nec ea respiciat: rectius tamen distinguui, an crimen vel vitium ipsam oblationem praecipulet, ipsiusque sit circumstantia prava, an tantum

Na 3 tantum

tantum adficiat personam. Priori casu non re-
cte accipiuntur, c. 3. *inf. De usur.* quod Ecclesia
videretur approbare iniquitatem, *Gl. in casu. 2.*
Dist. 90. ubi alius casus ponit. Posteriori casu
non est prohibitum eas accipere, cum conditio
personae non faciat oblationem vitiosam, per se
loquendo, nec faciat accipientem cooperari
eo modo, quo dictum sup. *h. t. n. 7.* Nisi tamen
scandalum obster; qua ratione non accipitur
oblato à meretrice, quod intelligatur vivere
de mercede prostituti: atque ita Ecclesia vide-
retur fovere iniquitatem acceptando oblatio-
nem de mercede iniquitatis.

Laicis nequiquam debentur, qui eas capien-
tes raptores & sacrilegi dicuntur, c. *Causam 13.*
inf. De vs. Quo modo & sub laicorum dominio
eas detineri prohibitum sub anathemate, *can.*
pen. & fin. x. q. 1. Posset hic subungi de annatis,
sed de his commodius agetur inferius materia
pensionum, quae tractabitur tit. *De simonia.*

TITULUS XXXI.

De Regularibus & transeuntibus
ad Religionem.

SUMMARIUM.

1. Professio facit Religiosum.
2. Alia est expressa, alia tacita; & hac unde col-
ligatur.
3. Habitus gestatio quando inducat professionem.
4. Habitus an suscipi debeat animo perseverandi
in Religione?
5. Professio tacita an sublataper Conc. Trid.
6. A. I. Valorem professionis requisita. I. Aetas suf-
ficiens. II. Annus probationis.
7. Annus probationis an debeat esse continuus?
8. An anno probationis an renuntiari possit?
9. Hodie ante eum annum emissa professio non
tenet.
10. Transiens ad aliam Religionem de novo pro-
bare debet.
11. III. Professio debet esse libera.
12. Excommunicantur cogentes impediensve
virginem aut mulierem ingredi Religionem.
13. Institutio heredis an teneat facta in casum,
quo quis ingreditur?
14. Mulier adultera detrusa in Monasterium an
sogenda profiteri?
15. Consensus parentum an & quatenus neces-
sarius.
16. Professio, eo non obstante, facta antea.
17. IV. Requiritur habitus in proficiente, &
inhabilis illegitimus natus?
18. Debitor quatenus inhabilis.
19. Mutatio circa habitum an ex jure nullo.
20. V. Acceptanda professio à Superiori.
21. VI. Debet esse Religionis approbata.
22. VII. Et continere etiam vota substantia.
23. Effectus professionis.
24. Bona professio an adquirantur Monasteria.
25. Disponere de bonis ante professionem
vivos non licet.
26. An neque ante admissionem ad Novitium.
27. V. usufructus bonorum adventitiorum capi-
si an transeat ad Monasterium?
28. Legitima an debita liberis: mox ad cognos-
gressus, mox restitui debeat?
29. An & fideicommissum, quo gravatus fuit
dant, remissivum.
30. Bona quasita à Monacho facta Episcoporum
dant, remissivum.
31. Quasita à Monacho fugitivo vel inquisi-
to?
32. Quid juris in Monacho iusto vel inquisi-
to?
33. Monacho, de seorsum à Religione, ad aliam
transire licet?
34. An tunc transeat & bona?
35. Quid de bonis obveneritibus tempore dis-
soluti?
36. Et quid de bonis transeuntis ad Monasterium
bonorum incapax?
37. Effectus professionis etiam in tacita
habet.
38. Professio irrita an validetur per adimple-
tium professorum?
39. Reclamare huiusmodi professionem an
liter liceat.
40. Hodie ex Conc. Trid. reclamare vultus
auditur nisi intra quinquennium.
41. Idque continuum, quod & ignovant
rit.
42. Dimissio habitus an faciat auditum
solum?
43. Lasso quinquennio an sit locus restitutioni
inhabilis ad profectum?
44. Decretum Conc. Trid. an continetur
inhabilis ad profectum?
45. Reclamandi impedimentum autem

quinquennium an faciat illud non habi?

47. Ordinis sacri susceptio an ratificat professionem.

Non tantum bona Ecclesie addicuntur, de quibus hactenus, sed & ipsa persona divino mancipantur officio, eique strictiori, quales hic dicuntur transire ad Religionem; & vocantur Religiosi sive Regulares, quod sub certa vivant regula. * Tales facit professio, per quam adsumitur status tendens ad perfectionem vite Christianae, per tria vota, castitatis scilicet, paupertatis & obedientiae, de quibus plenius Tit. xxxiv.

Professio alia est expressa, quae fit verbis designationis eaque vel solemnibus, coram Praelato & Fratribus Monasterii emissa; vel non solemnibus, quando aliquis privatim alicui regulae se obligat, c. Sicut 17. h. t. Alia tacita, quae colligitur primo, ex delatione habitus professorum, de permissu Superioris: nam ut ejus requiritur acceptatio in expressa, ita & in tacita, c. Ad nostram ubi Abbas h. t. modo fit habitus distinctus ab habitu Novitiorum, & per triduum saltem gestetur, quia sic gestans videtur approbasse regulam & professionem d. c. 8. modò sciat tali actu professionem emitti, & sponte eum gesserit; nam metus & ignorantia effectum impedit obligationis, Gl. in c. 1. V. porta verum eod. in 6. Si habitus non sit distinctus, requiritur gestetur per annum, modò incepte gestari per annum discretionis, non etiam si aut, d. c. 1. eod. in 6. c. Ex parte 22. h. t. saltem jure libri 6. Decretal. interpretamur autem illum annum decimumquartum completum.

3. Vult hoc correctum Navarr. in Comment.

4. De Regularib. nu. 74 per Clem. 2. h. t. quasi ita vellet, etiam per habitum inceptum gestari ante discretionis annum, qui post compleatur, valeat professionem; cum & ista Clem. requirit gestari per annum ab eo, qui constitutus est in discretionis aetate. Quod ita tamen temperat Clem. nisi habitus Novitiorum non sit omnino distinctus forma, colore, statura, ab habitu professorum, ut tunc non inducat professionem, tametsi per viginti annos gestetur, quia non est indicium, ex quo colligatur animus profitentis, Vid. Azor. p. 1. lib. 12. c. 9.

Secundò, ex eo, quod quis suscepto habitu professorum, agat opus professus tantum conveniens, c. Vidua 4. h. t. quia istud opus ponit sufficiens indicium animi, etiam si triduo non duraverit, quia textus in d. c. 4. non fundat se in triduo, sed indistinctè in opere gesto; si tamen libere gesserit, sciens per talem actum induci professionem. Navarr. d. locum 78. ubi vult non esse necesse, ut Novitius praecesserit, cum eo in textu nulla ejus fiat mentio. Præterea habeat justam aetatem, & Superioris ad sensum secundum dicta c. 3. eod. in 6.

Quæritur autem, An ad tacitam professionem spectet susceptio habitus Novitiorum animo perseverandi in Religione? R. Ita velle quodam textus in c. Super 9. c. Consulti 20. h. t. c. 4. eod. in 6 qui habent, voluntatem vitam mutandi & in Religione perseverandi facere non posse Novitium ad saeculum reverti. Verum contrarium verius est, per varios textus, c. Ex transmissa 3. sup. De renuntiati. ubi qui voti causa intravit Monasterium, potest libere recedere: & per tex. in c. 3. inf. De voto ubi proponas Religionis habitum suscipere, si ultra non processerit, dicitur non esse transgressor voti, quod solum propositum non obliget, nec solus ingressus sufficiat, cum de ratione voti sit promissio. Non obstant supra in contrarium allata; nam vel accipienda de intentione vite mutandae firmata, vel de intentione cum animo se obligandi, ut fuerit processum ad promissionem, saltem corde, quo casu inducitur votum simplex. Abbas in d. c. 3. in fine. Azor d. c. 4. q. 4.

Quæritur, An tacita ista professio, ejusve effectus sit sublati per Conc. Trid. R. Per Trid. Sess. 25. c. 16. De Regularib. esse quidem aliqua immutata circa professionem, ut mox dicitur, non esse tamen tacitam sublatam, ejusque durare obligationem, qua subicitur illi Monasterio in quo professus taliter, saltem post annum probationis: nam si ante obligabatur quidem olim professus, sed generaliter, non etiam specialiter, ei Monasterio, c. 3. in fine eod. in 6. in quo posteriori mutatio contingit, uti mox dicitur. Vid. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 12. c. 4. q. 6.

Quæritur

6 Quantum ad professionis valorem, requiritur primò sufficiens ætas, quæ olim fuit eadem, quæ nuptiarum, *can. xx. q. 1.* In rigidioribus Religionibus ante annum decimumoctavum emitti professionem verat *c. 6. h. t.* Concilium ante annum decimum sextum quempiam proteri prohibuit, cum irritatione actus *Sess. 25. c. 15. de Regularib.* ut professus non obligetur ad nullam regulam.

Secundò, Professio emittatur demùm finito probationis anno, quo admissus ad habitum stetit in Religione, & probatus est probavitque ejus austeritatem & onera, *c. 1. eod. in 6.*

7 Ubi queritur, An annus probationis debeat esse continuus? R. Ita non malè dicitur, tum quia simpliciter annus requiritur, quo casu de continuo plerumque accipitur, si aliud non pateat; & facit, *d. c. 1. eod. in 6.* *ibi per totum sequentè animum:* tum quia requiritur, ut austeritatem loci sufficienter quis sit expertus, quod commodè non fiet per tempus interpolatum Navar. *alios allegans, Conf. 89. n. 1. h. t.* Azor. *d. lib. 12. c. 2. q. 8.* Less. *De just. & jure lib. 2. c. 41. Disp. 7. n. 79.* Qui tamen de licentia Superioris sub obedientia alibi agit, ut morbi, vel negotiorum Monasterii pro tempore, aut alia de causa, potest non dici interruptisse annum probationis, eo quod non sit necessarium, ut novitius probet omnes austeritates in specie, sed satis sit generaliter probaverit. Navar. *Conf. 32. n. 4.* *et Conf. 41. n. 3.* *h. t.* Azor. *d. lib. 12. c. 3. q. 7.* Flamin. *De resignat. benef. lib. 3. q. 13. n. 12.*

8 Q. II. An huic anno renuntiari possit? R. Ita rectè dicitur, inspecto jure veteri; propterea quod pro ingrediente videatur inductus, favori autem suo quilibet renuntiet. Et ita olim professio ante emissã tenebat, exceptis Prædicatoribus & Minoribus: quam exceptionem Bonif. VIII. ad alios Mendicantes extendit, *c. 2. & 3. eod. in 6.* ut in forum Ordine emissã ante annũ professio non obligaret professum isti Ordini, sed liberum illi foret alio migrare, *d. c. 2.* In alijs Religionibus expressè ante emissã obligabat etiam ipsi Ordini professum, non item tacitè *d. c. 2.* Azor. *d. lib. 4. n. 9.* Verum per Trident. *Sess. 25. c. 15. de Regul.* contigit hac in parte mutatio; nam committitur professio ante finitum annum probationis emissã, sive ea sit expressã, sive taciti-

ta cum textus non distinguat, & eadem in utraque militet, scilicet, ne per profissiones anticipatas contingat eos recipi, quos satis probati, nec probaverint sufficientem austeritatem locorum, in grave detrimentum Monasteriorum, uti sæpe docuit experientia.

Hoc anno etiam indiget ille, qui unam regulam professus, ad aliam vult transire, quod licet inferius dicemus; nam licet non sit expertus austeritatem, non tamen abusus. Nec facit, quod professus dici nequeat profectus; hoc enim quoad priorem regulam, non etiam quoad posteriorem, quæ necdum probata; & non raro multo est rigidior. Navar. *Conf. 62.* * Ex quibus patet, hanc annuatim concernere jus privatum, ut olim, cuius nuntiat, sed publicum, cui non renunciatur, vatorum pactis. Computandum autem de momento in momentum, donec recurrat publicæ admissionis, *arg. l. 3. §. minorems D. de minorib.*

Tertio, sit professio libera; eum oportet, ut electio vitæ dependeat ab illo arbitrio, propter varia mala, quæ ex consuetudine oriuntur; præcipuè in virginibus, in quibus facilius causa metum causat, per quæ in Monasterium ingressæ, tamquam in certam detrusæ, ut in carnis libertatem, in vitæ jacturam fecerunt, se vindicant, quocumque via sæpè concitant fluctus quædam, in detrimentum Ecclesiæ: ut etiam professio jure sit irritata, ut dicitur *infra de voto.* * Ergoentes quovis modo virgines aut viduam, aliamve mulierem vitæ communicentur, uti & quovis modo profissionem, auctoritateque scienter emittentes. Trident. *Sess. 25. c. 18. de Regularib.* & excommunicantur impediētes sine causa alicujus mulieris ingressum, sive impeditur sit immediate applicatum, sive tacite, veluti per poenam subijunctam, si ingreditur, quatenus poena ista iustum metum prebit, aut è contra, ut egrediat, cuiusmodi naturali cõventionem nemo ad matrimonium debet adstringi, *l. Titia 13. D. De verbor. significat. qui textus licet loquatur de matrimonio carnali, idem tamen statuendum in*

uali, ex ratione eadem militante, scilicet libertate humana, quæ non minor desideratur in hoc, quam in illo: quo modo bene procedit argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, de quo Everard, in *Loco à matrim. carnali ad spirituale* Vide & Azor, d. lib. 12. c. 1. q. 2., Sanchez De matrim. lib. 1, Diss. 39. vers. *Quarta Conclusio*.

14 Sed quæri hic possit, An institutio hæredis in casum, quo quis ingreditur, sustineatur? R. Hanc rem non tam spectare ad aliquam coactionem, ut nihil obstat d. lib. 134. quæ loquitur de conventionem pœnali, quæ coactionem continet, & impedit voluntatem; quam ad præmium, cuius spe ad Religionem invitatur, saluâ omnimodâ libertate, ut nihil mali moris involvat: quo modo & ejusmodi spe ad matrimonium quis rectè invitatur, Titio 71. §. 1. & 2. D. De condit. & demonstr. quod tamen requirit etiam omnimodam libertatem. Sic & licitum aufferre impedimenta, quo minus quis ingrediat, veluti solvere res alienum, quod ab ingressu arcebat. Ubi non potest dici subesse vitium lamonie, cum non vendatur aliqua res sacra. Sanchez De matrim. lib. 1. Diss. 39. num. 3. & dicitur inf. De Simonia. Libertas itaque requiritur in ingrediente, ut obstringatur Religioni.

15 Ubi quaeritur, An propter crimen, veluti adulterium, detrusa mulier in Monasterium cogatur profiteri? R. Esse quidem legibus decretum, mulierem adulteram includendam Monasterio, ibique sub habitu monastico perpetuo debere permanere, si vir mortuus fuerit, aut ab eo intra biennium non revocetur, Auth. Sed hodie C. Ad L. Jul. de adul. ubi dicitur, *adultera tonsa, monastico habitu suscepto, ibi, dum vivit, permanent.* Verum hoc spectat tantum ad pœnitentiam impositam peragendam, non etiam ad professionem, quæ solet coacta, atque ita irrita; cum Monachum non faciat habitus, aut tonsura, sed professio, ut ab his separata non possit sub istis verbis contineri. Facit, quod uti ad matrimonium nemo iustus cogitur, ita nec ad Religionem sit cogendus, cum utrobique requiratur libera electio.

16 Q. An requiratur consensus parentum? R. Probabile esse, tenei liberos rogare paren-

tum consensum, ne videantur eos contemnere, arg. c. Licet 16. h. s. unde non raro avertiones animorum; nisi tamen ea in re sit periculum impeditum: attamen, non obtentâ licentiâ, posse & reclamantibus parentibus ingredi, modò adsit justa ætas, can. 1. & 2. XXI. q. 1. quia in ordine ad divinum obsequium, & præferim quoad statum eo pertinentem, habent liberi plenum jus & potestatem de se citra præjudicium parentum, ut eorum non necessario requirant consensum, c. Cum virum 12. in fine h. 1. nisi parentes premantur inopiâ, ut sine liberorum auxilio vivere nequeant; tunc enim obstat divinum præceptum, can. 1. Diss. 30. Vid. Bellarm. Tomo 1. De Monachis lib. 2. c. 36. Maynard. lib. 5. Decis. 14. nu. 20. & seqq.

17 Quo casu quaeri possit, An subsecuta, eò non obstante, professio sit valida? R. Ita videtur, cum nullibi irriteret. Et licet anathema dicatur esse, quod spectat ad prohibitionem, non etiam ad irritationem, cum multa fieri prohibeantur, quæ facta tenent, arg. c. Cum illorum inf. De sent. excom. suspenditur tamen eo casu professionis effectus, donec provisum fuerit parentibus: nisi & in Monasterio manens filius commode possit his opulari. Navarr De Regularibus Comment. 3. nu. 48. ubi dicit, non tantum teneri exire, si præcessit inopia ingressum, verum etiam si subsequatur, petita tamen veniâ.

IV. Ut habilis sit ad essentialia professionis, cum ad impossibile nulla sit obligatio.

18 Ubi quaeritur, An sit habilis illegitimus? R. Patere ex dictis supra, De filiis presbyt. secundum Canones, eos non esse inhabiles ad ingressum, quòd per eum purgetur suspicio incontinentie. Quia in re quid innovavit Sixtus V. anno 1587. Constit. incip. Cum de omnibus, & Constit. incip. Ad Romanum spectat, qui permittit quidem illegitimè natos ingredi, exceptis natis ex incestu, aut sacrilegio, permittit tamen certa informatione, quam & requisivit in omnibus masculis, sedecim annis majoribus, sub pœna nullitatis, in casum omissionis. Verum Gregorius XIV. Sixtinam illam est moderatus, in Motu suo proprio, incip. Circumspècta, apud Azor, d. lib. 12. c. 3. qu. s. quoad natos ex incestu aut sacrilegio, permittens

mittens eos ingredi & profiteri, præmissa tamen informatione, & approbatione.

Ad excommunicatos quod attinet, non videtur illorum professio nulla, cum sit actus privatus, qui & ab excommunicato gestus tenet; licet non desit peccatum in communicatione cum aliis. Azor. *d. loco qu. 9.*

De debitore etiam quaeritur, an sit habilis?

19 R. Si spes fuerit, quod remanens in saeculo satisfaciat creditoribus, cum non esse admittendum, cum detrimento aliorum; si vero illa spes desit, posse eum ingredi, cedendo bonis, *arg. l. 1. §. 2. D. De cess. bon. Idem dicendum, si sub sit periculum salutis, si ex saeculo se non subtrahat; quo casu injuria creditorum, quibus alias satisfieri potuisset, non est inspicienda, propter bonum ordinis majoris, *arg. can. Dna. xix. q. 2. Vid. latè Azor. p. 1. l. 12. c. 1. g. 5.**

Est & hac in parte inducta quaedam mutatio per Sixtinam Bullam, *incip. Cum de omnib.* qua statuitur, non alias aliquem admittendum esse ad Religionem, nisi prius pateat de parentibus, de patria, antea acta vita, moribus, per sufficientem informationem, & contemptum eos non esse aliquibus criminibus obnoxios aut suspectos, æt alieno aut reddendis rationibus non obligatos; alias tales ad Religionem perpetuo declarantur inhabiles. Postea in Bulla sua, *Ad Romanum*, in firmavit eorum professionem, qui ignorant, non præmissa dicta informatione, sunt admitti. Verum Clemens VIII, istos motus irritans, revocavit, & ad jus commune reduxit, relicta pœnis contentis in Bullis prioribus in Superiores, qui, forma illis præscripta non servata, aut illis impedimentis adfectos admittunt.

21 V. Ut acceptetur promissio à Superiore, continentis reciprocam obligationem, *sc. Ad Apostolicam 16. h. 1.* cui nemo nisi volens adstringitur; neque enim debet quis invitus cogi aliquem alere.

22 VI. Ut sit Religio approbata; alias non teneret tamquam solemnem, ut facta contra juris prohibitionem, *c. fin. inf. tit. 36. c. 1. De Religio. in 6.* Cujus Ratio est, quod effectus obligationis hujus solemnem sit tantum ex Ecclesie institutione, qua cessante & non approbata aliquem ordinem, non potest

ori ista obligatio, ut dicitur *inf. De*
VII. Contineat tria vota substantia-
quibus supra, sive explicitè, sive implicitè,
non restricta aliqua conditione contraria
luti, ut liceat uxorem ducere; egressi
nequeat; proprium habere. Hæc contra
sontraria statui monastico, ut dicitur
Tit. 35.

Effectus professionis, istis positus est, quod
ciat profitemem transire in jus Superioris
salia si quæ forte inierit, dissolvit, non tantum
futuro, verum etiam de præsentibus, necesse
copulam consummata, ut dicitur *Tit. 35.*
tura reddi inhabilem: * Monasterio bono
capaci omnia bona professi addici; sequen-
nim accessorium suum principale, aut
tis disposuerit, quod ei licere dictum super
firmiter, ut, licet de ingressu non cogatur,
non tamen per eum rumpatur dispositio
tit. 26. D. testam. nu. 15. aut nisi per sternu-
vinciarum sit positum impedimentum, non
mittentia bonorum immobilium delata
ad Monasteria, qualia iusta esse diximus
sucess. ab intest. nu. 10. Quo casu ad agnatio-
na devolventur, uti & quando est Ordo
rum incapax.

Quod de dispositione dictum, accipitur
de ea, quæ sit in ultima voluntate, immo etiam
fit inter vivos, per donationem, renunciatio-
nem, obligationemve aliam, etiam cum re-
mento, *Conc. Triè. irritavit, sess. 2. c. 16. de
gul. nisi fiat cum licentia Episcopi, aut episcopi
riti intra duos menses proximos ante pro-
fessionem & professio subsequatur.* Ratio
est, ne spoliatus bonis ante ingressum non
liberè ingrediatur, occasione dimissionum
norum, in detrimentum Monasterii.

Quæritur verò, An idem obtineat in dis-
tione facta ante admissionem ad Novitiam
R. Verba quidem *d. c. 16.* non loqui nisi de
vitio; quæ cum sint contra jus commune, &
stringenda potius quam extendenda, non
tamen eandem videri obtinere in eo, qui
dum admittitur ad habitum. Ut possit
idem dicendum esse, cum ubi legis ratio
habet, etiam locum habeat dispositio, *Secun-
dum Navar. hic Conf. 81. & 82.* qui tamen
per Congregationem Cardinalium Interpa-
sile resolutum, decisionem *d. c. 16.* non habet

locum in donationibus & renuntiationibus ante Novitiatum.

Q. II. An usus fructus, quem habet pater in adventitio liberorum, transeat ad Monasterium? R. Hoc non esse improbabile, cum ingressus, licet pro mortuo habeatur, maneat tamen & patris, & vere in vita existens, neq; per ingressum cogatur bona alii cedere. Nec facit, quod per emancipationem patri non maneat nisi dimidia usus fructus pars, *Instit. Per quas pers. cuiusque acquir. §. hoc quoque*: nam hoc verum in propria emancipatione patris, in cuius remunerationem petiit patri pars ista, quæ hic non contingit, cum liberi potestate patria tantum ex consequenti libertetur, quod scilicet pater eorum sit factus in capax juris pristini retinendi. *Pinel ad l. 1. p. 1. nu. 47. & seq. C. De bon. maternis, Molina De iust. & iure Traët. 2. Disp. 140. vers. Vtrum autem.*

29 Q. III. An legitima debeat ur liberis continuo ab ingressu? R. Nō debet, nisi demum post mortem naturalem patris, atque inter ea alimenta liberis præstanda esse per Monasterium, uti nec hæreditatem ante peti posse ab institutis: quatenus tamen Monasterium est bonorum capax, nam aliàs, cum penes Monasterium administratio esse nequeat, continuo bona transeunt ad eos, quibus debentur ex testamēto, aut ab intestato *Covarr. ad c. 2. nu. 12. & 14. De testam. Valq. Illust. Contr. c. 37. nu. 1. 2. 10. 11. Neque obstat text. in c. Cum scimus 14. h. t. nam in eo non aliud vult Pont. quàm legitimam deberi filio ex bonis patris ingressi, non viventis, sed demum mortui, ut patet ex verbis finalibus d. c. 14. *Et bona paterna, qua ipsi ex successione proveniunt, postulare; cum successio nū la sit vivi, ad quam & spectat legitima. Quæ interpretatio licet displiceat. Covarr. d. loco & de ea dubitet Abbas ad d. c. 14. in sine velique contrariam sententiam, scilicet continuo ab ingressu eam posse peti æquiorē, & tenendam iure Pontificio Navar. de Regularib. Comment. 2. nu. 48. adjuvat tamen eam, quod, quando jus Canonicum non recedit expressè à iure civili, sit iudicandum ei consentire, c. 1. inf. De novis op. nuntiat. Quod cum hac in materia non fiat, nec sit occasio, quare fiat, cum non agatur causa peccati, nec spiritualis dicendum est ei consentire Bart. in Auth. Si qua mulier nu. 21. C. De SS. Eccles. Facendum tamen, æquius**

& commodius esse Monasterio, liberis alimentorum loco iustam portionem assignare, quàm alimenta procurare. Vid. Molina d. Disp. 140. vers. A regula illa.

30 Q. IV. Quid si ingressus sit gravatus fideicommissio post mortem? R. Neutrquam tenei restituere ingressum, ante mortem naturalem, quam non ponit ingressus, ex mente fideicommittentis, qui voluit gravatum pro vita rebus frui Imò si sub conditione, *Si sine liberis*, rogatus fuerit, expirat fideicommissum per ingressum, tamquam defecta conditione, c. De presentia sup. De probat. quod Monasterium eo casu habeatur loco liberorum, & ex interpretatione legis mens fideicommittentis celsa, quasi si de ingressu cogitasset, non fuisset appobiturus eam conditionem; nisi tamen alia pia causa in defectum liberorum vocata fuerit, *Nov. de sanctiss. Episc. 123. §. si quis sub conditione 27.*

31 Quidquid præterea consequitur ingressus quocumque titulo cedit Monasterio, cum ipse nihil proprii habere possit, ut dicitur *inf. de statu Monach. * Nisi sit factus Episcopus, cui quæsitæ non cedunt Monasterio, à quo censetur exemptus, sed Ecclesie, cui præest, quæ & ipsi succedit ab intestato, uti dictum sup. De success. ab intest. per can. Statutum xviii. q. 1. Quod idem diximus obtinere in Monacho præfecto Ecclesie parochiali, cui per eum quæsitæ cedunt.*

32 Ingressus si fugerit, non faciet fugâ suâ, quo minus quæsitæ Monasterio cedant, ne malitia sua illi proffit, alteri obstat, *can. Abbates xviii. q. 2. Abbas in c. fin. nu. 3. h. t.*

33 Quid si iustè ejectus fuerit? R. Talem non liberari à tribus essentialibus professionis votis; non tenei tamen ad speciales Monasterii observantias, quæ vitam monasticam committantur. Ut eorum, quæ adquirunt, dominium ei non cedat, sed tacitè eorumdem usus illi censetur concessus, & commoditas, quæ eo mortuo cedunt Monasterio. Quod & procedit in ejecto iniuste, quia non potest Monasterio nocere factum Prælati; qui etiam cogi posset recipere ejectum, aut alimenta ei præstare. Ejectos, ut liberi sint à regulis Monasterii sui, nec teneantur se subijcere alteri Monasterio, quia ei se non subjecerunt, vult Nav. d.

Comment. 2. nu. 13. & Comment. 3. nu. 46. reindicare in obedientiam sui Episcopi, ut ei substat, non more aliorum Clericorum, sed eo, quo suberant Prælo suo Monasterii. Quæ opinio videtur minus probabilis, ex eo, quod non obstringerint se, nisi suo Prælo, à quo cum sint liberati non debent obstringi alteri inviti. Vid. Azor. d. lib. 12. c. 16. qu. 4. & 9. & Molina d. Disp. 14. circa fin. vers. De ejusdem.

24 Illud etiam quaeritur, An liceat Monacho, deserta sua Religione, quam professus est, ad aliam transire? R. Professus in aliquo Monasterio illi semper subiectos esse: quia tamen ubi spiritus Dei est, ibi est libertas, & qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quæ non est posita iusto, respondit Pont. c. Licet 18. h. 1. non esse impedimentum alibi professum ad alium transire locum arctiorem, quo tutius suam operetur salutem: petita tamen licentia Superioris, tum ad evitandam contumaciam, tum ut ille advertat, an transitus istius finis sit fundatus in charitate, an vero in temeritate & fucato quodam melioris atque arctioris vitæ colore d. c. 18. §. si verò. Non petita licentia transiens est remittendus ad suum locum, c. 7. h. 1.

Quid si petita licentia non annuat Prælati? Potest nihilominus Monachus transire ad alium locum, quia satisfecit, & iudicatur contradictio Prælati protetva, d. c. 18.

Dixi, arctiorem, quia ad laxiorem transire non licet, sine dispensatione, ex iusta causa: quam Episcopi vult sufficere Abbas, alios secutus. ad d. c. 6. nu. 6. Cujus opinio procedit, quoad transitum ad æqualem Regulam: quam etiam impartiri posse videtur Superior, secundum Abbat, d. loco, & Navar. De Regularib. Comment. 4. nu. 11. Ubi contra Abbatem rectè tenet, ad laxiorem Regulam non concedi transitum, nisi auctoritate summi Pont. cujus opinionem probat Trid. Sess. 25. c. 19. De Regul. Quantum ad Mendicantes, iis denegata est omnimoda licentia transfundi ad aliam quamcumque Regulam, exceptâ Carthusiensium, nisi ex speciali solius Pont. permisso: sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrunt & recipientes & recepti, ut patet ex Bulla Martini V. an. 1418. incip. *Viam ambitiosa*. Vide latè de hac materia Azor. d. lib. 12. cap. 14.

Alia quaestio est, An licet mutato Monasterio, transeat cum Monacho bono, quæ dicitur R. Cum Navar. d. Comment. 4. nu. 24. vers. *De cetero*, & Covarr. c. 1. nu. 24. De testam. bona nia ad Monasterium simul cum integritate, sive ea expresse donaverit, sive tacite, in contentiam scilicet, atque etiam postea ad manere penes prius Monasterium, cum tamen ad quæsitam legitimè, non sint sine causa ad eam, ex parte solius donantis. Nec facit, quod erit onerosus secundo Monasterio: quod imputare sibi debet, quod recipiat Monasterio. Ad quæsitam autem post translationem cedente secundo Monasterio, ad quod quis transiit, jus jam est factus membrum. Nec tamen quod ipse succedendi sit quaesita prioribus Monasterio; nam ea perfectè ante mortem testis dicitur ad quæsitam & fundata in persona Monachi; cum eaque ambulat atque ita transiit ad quæsitum Monasterium. Hæc ita, Primò, si de transeat, quia invalida translatio ut non rejicit personam secundo Monasterio, ita non, quæ proinde debentur priori Monasterio. Secundò, si voluntariè; nam si fiat translatio pœnam, ad agenda penitentiam, deinde secundo Monasterio alimenta ex fructibus priorum, quæ allata ad prius Monasterium, si illa ei sit gravis translatio; cum isti nihil impediti possit eo casu, quo compellitur Monachus recipere, c. an. De lapsis xvi. q. 6. ibi Gl. Val. d. lib. 12. c. 15. q. 3. Molina d. Disp. 140. vers. *Quod Religiosus*.

Quid de bonis obvenientibus temporali viciatus? R. Ea debere cedere Monasterio priori, cujus adhuc membrum est translati, necdum translatus perfectè ad posterum potest ante factam debitam professionem meriti ei cedant bona, quod videtur etiam Navar. d. loco.

Quid si transferat ad Monasterium bonorum incapax? R. Aliquos velle, prius Monasterium succedere, propter jus ei semel constitutum, quod non fuit ablatum per professionem in secundo, bonorum incapace. Probabilius tamen, bona post professionem in secundo pertinere ad legitimis hæredes, quos petriiissent, si Religionem non transisset, & ab intestato mortuus fuisset. Ratio est, quod per professionem in secundo desinat

omnino esse Religiosus prioris, ejusve membrum; sic autem membrum secundi, eique subiectus: quod eum sit incapax Domini, ad legitimos heredes devolvantur bona necesse est, tamquam ad proximiores, non impedios per aliquem præcedentem. Nam si aliquis foret, esset Monasterium prius, ratione proximioris ingressi, qui eum, uti dictum, illud deseruit, non potest habere jus quod præcedat.

38 Dicta de effectu professionis expressæ habent & locum in tacita; quam non esse sublatam per Trid. dictum supra. hoc eod. tit. nu. 5. & patet ex Sess. 25. c. 13. de Regul. ubi, non facta mentione tacitæ professionis, hoc solum statuitur, professionem inutiliter emitti ante annum probationis, ut etiam hæc tacita professio per adumptionem habitus inutiliter fiat ante finitum probationis annum.

Hæc ita, si professio ritè facta sit ex consensu debito, & eorum, qui consentire debent, citra vim aut metum, post debitam ætatem anno probationis finito. Nam si intervenit metus, qui libertatem requisitam impedit, defectus ætatis, quæ certa à Trid. positæ, annus probationis non fuerit exactus, quem exigi completum per Trid. dictum est supra, etiam cum irritatione professionis, non valebit professio.

39 Quæritur autem, An professio irrita, propter dictos defectus, validetur per actum professorum proprium? Resp. Si duret prior causa nequitiam per aliquem actum talem induci approbationem, etiam si postea Ordines susceperit taliter ingressus, quia consensus deest, quem impedit metus, & validum non ponit defectus ætatis. Quod & dicendum, si ignoret nullitatem professionis, quia non potest videri approbate, qui ignorat esse nullum actum, quem gerit ex obligatione, quæ non subest, errantis enim nullus est consensus. *l. si per errorem D. De jurisd.* Qui si forte scivisset nullitatem actus, eum non tam ratificasset, quam potius improbasset ex eundo Nav.

40 Conf. 4. c. 6. de his qua vi. * Quod olim ita processit, ut durante causa non excluderetur ullo tempore ingressus à reclamando, sed audiendus esset, & dimittendus, probata causa. Ubi non satis erit, allegare causam sed ea probanda modo legitimo, uti nec satis erit, proba-

re per duos testes, quod protestatus sit se prohiberi per metum, nam illi duo testes non aliud agunt, quam confirmant jus dictum, non etiam ponunt probationem: quo non probato, non audietur reclamans, cum protestatio ejus facta contraria nihil operetur.

Inducta super reclamatione est aliqua innovatio per Trid. Sess. 25. cap. 19. de Regularib. quo statutum, ut præcedens per metum, vim, ætatem aut aliam quancumque ob causam professionem esse nullam, non audiatur nisi intra quinque annos, non à die scientiæ nullitatis, sed à die professionis computandum & coram Superiore causas deducat ante dimissum habitum: quem si dimiserit, nullatenus audiendus sit, sed ad Monasterium redire cogendus, tamquam apostata puniendus, nullo interim Religionis suæ privilegio juvandus. Quod decretum utilissimum est, & passim necessarium pro irritis professionib. Azor. d. lib. 12. c. 4. q. 10.

Ubi Primò quæritur, An tempus hoc sit continuum, & urrat ignorantiam? Resp. Ita videtur, cum indistinctè & generaliter loquatur textus, ibi *numerandum à tempore professionis sive expressæ, sive tacitæ.* secundum expressa Concilii verba: cum non sit inductum in odium ingressorum, sed in favorem Monasteriorum, ut eorum tranquillitati consuleretur. Ubi per lapsum dicti temporis, licet professio irrita per se non confirmetur (æque eodem potest temporis lapsus inducere veram obligationem, quæ ex consensu pendet, quem nec tempus inducit, nec supplet Pont. Ut talis nunquam in conscientia sit verus Religiosus, donec ratificet professionem) in foro tamen externo præsumatur ratificatio, & quidem præsumptione juris & de jure, ut patet ex verbis d. c. 19. quæ denegant postea audientiam Sanchez, *De matrim. lib. 7. Disput. 37. num. 6.*

Q. II. An dimissio habitus faciat neutriquam audiendum professum? Resp. Hoc posse videri ex verbis finalibus d. c. 19. quæ habent nullatenus admittendum: æquius & venius tamen, ista verba esse accipienda tantum de tempore, quo non resumpit habitum temerè dimissum. Nam ubi resumpsit, audiendus videtur, quia non est intentio dicti Concilii, jaurum aliquem cogere ad professionem

tionem; quod esset contra leges, vetantes liberi hominis venditionem, & obligationem perpetuam manendi aliquo in loco: sed tantum consilium Monasterio spoliato per dimissionem habitus sicutus profecti, cui satisfactum per presumptionem. Navarr. *Comment. 4. De Regul. in fine.* Dimissio habitus ex justa causa, ut quia non datur licentia eundi ad reclamandum, & nullitatis causis proponendum, coram Ordinario, si commodè, nisi habitu deposito id fieri nequeat, est extra culpam, nec continetur sub ultima clausula, *d. c. 19. Sanch. d. Disp. 37. n. 3.*

44 Q. III. An saltem per lapsum quinquennium sit locus restitutioni in integrum? Resp. Negativam multis probari posse; præcipue ex eo quod hæc præsumptio sit juris & de jure, uti jam dictum, nullam admittens probationem, adeo ut ex ea quis possit condemnari, quod habeatur tamquam convictus. Deinde quod Trid. denegat audientiam post ejus lapsum. Denique quod restitutio ista daret aditum licibus; & causaret perturbationem Monasteriorum. Verius tamen dici, competere restitutionis petitionem, eamque concedi posse & debere, si justa causa allegetur, uti ignorantia lapsi quinquennii & impedimenti, ex regula generali. *Si qua mihi iusta causa &c. D. ex quib. causis majores.* Non obstante præsumptione juris & de jure, quæ licet non admittat probationem in contrarium in judicio ordinario, admittit tamen restitutionem in integrum, & probationem in judicio extraordinario. Nihil facit, quod *d. c. 19.* dicatur non audiendus post quinquennium reclamans; nam per illa verba communis quidem & ordinaria via excluditur, non etiam extraordinaria, *arg. c. coram 7 sup. de restit. in integr.* ubi post peremptorium terminum dicitur non audienda Ecclesia; tamen denegatur beneficium restitutionis in integrum, *l. s. mater in pr. D. de except. rei jud.* Non obstat exceptio rei judicatae, quod minus restitutio concedatur, ut idem hoc in casu sit dicendum. Restitutio hæc non ab alio petenda quam ab eo, qui est supra Concilium, scilicet Rom. Pontifice, cui per Conc. non posse claudis manus, dictum supra *sic. de constit. n. 7.* quidquid contra dicant illi, qui coguntur aliter sentire, quod jurarint in verba magistri. Vid. *Sanch. d. disp. 37. n. 21. & 22.*

45 Q. IV. An illo decreto Concilii Trid. d. c.

comprehendantur inhabiles perpetuo ad profectendum? Resp. Id posse videri, ex eo, quod Conc. *d. loco* continet hæc verba, *nisi quomodo quocumque de causa.* Quæ verba sunt generalia, videntur omnes casus comprehensuram dissimiles & quæ sub alia dispositione comprehenduntur, ne sint superflua, ut in simili tradit Gomez. *ad Reg. Cancell. detrim. 2. 2. vers. Tamen istis.* Estque ea opinio veritas, quo non agitur de corrigendo jure proprio, vel quando non oriretur abonus intellectus, uti hoc in casu, quo contingeret multum mentito sexu, in virorum Monasterio profectam, eijci non posse post quinquennium, & sine gravi detrimto cogetur Monasterium perpetuo inhabiles retinere, atque decretum favore Religionis editum non vertetur detrimentum. Ut verius sit, decreto non concludi perpetuo inhabiles, ac solutio iis proficit. Nec obstant verba ista, *quomodo de causa*; cum res est restringenda ad inhabiles, secundum tradita ab eodem Conc. *d. loco in pr.* Pro qua parte videtur facere *Navarr. hic conf. 48. r. 2.* Vid. *Sanchez l. 2. d. 2. n. 31. & 32.*

Q. V. An impedimentum reclamandi rans ultra quinquennium faciat illud non haberi. Ita velle Nav. *4. Comment. De Regul. n. 76. vers. Secundo,* scilicet non habet, sed potest audiri posse, vel jure ordinatio, vel per restitutionem. Ratio videtur esse, quod Trid. dicitur præsumptione ratificationis profectum irritæ, quæ per illud quinquennium irritatur. Durante autem impedimento irritatur profectio expressam, non potest tamen quidquam operari, cum non habeat effectus, vires quam expressa, ut videtur est apud *in loco ab expresso ad tacitum.* Quod licet licet diuturna cohabitatio faciat ratum matrimonium metu initum, admittatur tamen probatio in contrarium, scilicet metum durasse. Menoch. *de Præsumpt. 1. q. 95.* Hæc ante ætatem profectam requisitam, qui quomodo lapsio, nec dum eam compleat, habet effectum, quia defectus ætatis ponit inhabilitatem & nullitatem, quæ ante eam completam verificari nequit. De metu etsi idem dici possit, Trid. non contradicat; quia non loquitur casu durantis metus, totius tamen effectus

tionem petere, propter verba d. c. 19. simpliciter polica. Sanch. d. disp. 37. nu. 34.

47. Denique queritur, An susceptio Ordinis fieri oportet ratificationem professionis? R. Nequaquam illam obesse, quod minus professus inutiliter, ante quinquennium jure ordinario reclamans, audiatur, vel etiam post quinquennium per viam restitutionis: tum quia nullo jure id cautum reperitur, tum quia susceptio Ordinis sit separata à professione: à separatis autem non fiat illatio, Papinianus 20. in pr. D. de minorib. Nec rectè quis objiciet, quod suspiciones Ordines ad titulum Religionis peccare videatur, si non animo ratificandi professionem eos suscipiat, quia non magis peccat, quam alios actus professorum gerens, nec magis quam illos exercendo ratificare dici potest professionem nullam: Nav. de Regul. Comment. 4. n. 71. Rodet. Quaest. Regul. como 3. q. 16.

TITULUS XXXII.

De Conversione conjugatorum.

SUMMARIUM.

1. Ad Religionis ingressum requiritur consensus utriusque.
2. Conjugati post consummationem sine mutuo consensu statum vita non mutant.
3. Spoliatus ad versus ingredientem quatenus restituendus.
4. Copula praecedens an sit impedimento ingressui?
5. Professio altero invito aut inscio facta, an irrita vel irritanda?
6. Professus taliter non revocatus an propria auctoritate egredi & redire possit?
7. Altero conjugum mortuo an confirmetur professio?
8. Virque ingrediente valida est professio.
9. Ignarus mortis alterius, & postea certior illius factus, an exire possit?
10. Conjugatio in viro alter professus est, an eo invito ingredi ac profiteri possit?
11. Professio sic nulliter facta obligat ad votum simplex castitatis.
12. Post professionem revocatus an possit petere, vel teneatur reddere debitum?
13. Sponsa vi cognita an possit ingredi & profiteri?

14. Consensu alterius facta professio an & alterum obliget ad ingrediendum?

15. An valida sit hujusmodi professio?

16. Consensus ille debet esse liber ab omni dolo & metu.

17. Sponsalia de praesenti, sive matrimonium ratum dissolvitur per professionem solemnem.

18. Itaque jure Ecclesiastico, non divino, aut naturali.

19. Etiam altera parte invisa.

20. Ingressi volenti tempus bimestre prescriptum.

21. Tempus hoc an detur ad deliberandum de ingressu, an verò ad profitemdum?

22. An circa hoc mutatio facta per Conc. Trid.

23. Sponsa duodenni ingredi volenti toto quadriennio expectare debet.

24. Ad Ordinem sacrum promovetur vir sine licentia uxoris nequit.

25. Taliter promotus uxori petenti tenetur reddere debitum.

26. Petere vero ipse non potest.

27. Consensus uxoris facit licitam promotionem.

28. Uxor eo casu an teneatur ingredi Religionem.

29. Viro mortuo an iterato valde nubat?

30. Ordinis sacri susceptione non dissolvitur matrimonium ratum non consummatum.

31. An eo casu maritus ordinatus teneatur ingredi Religionem?

32. Quid juris, si uxor dissimulando tacuerit?

33. Uxore non repente an maritus sua sponte ad eam redire possit?

AD ingressum requiritur & sufficit consensus hinc inde, nisi quis alteri sit obligatus. Quo modo servus non ingreditur sine consensu domini, qua de re actum supra sit. de servis non ordin. Episcopi sine consensu Pontificis se non abdicant munere suo, Religionis intrandae causa, ex ratione dicta sup. sit. de renuntiatis. * Conjugati post matrimonium consummatum sine mutuo consensu statum non mutant: quæsitum enim jus alteri invito non auferendum, cui forte remanenti in saeculo minus commodum vitam cœlibem agere, cum iterato non liceat ei aliud matrimonium inire, vivo conjugate, vinculo prioris matrimonii non dissoluto, eam quod Deus xxxiii. q. 2. Et ita habet communis sententia, probata per can. sunt qui & san. Agostosa xxvii. q. 2. & c. 7. h. t. Ut dō sit attendenda dispositio Justiniana, qua alteri etiam

etiam consummatio matrimonio, coacceditur ingressus, core soluto etiam quoad vinculum. *Novell. de sanctiss. Episc. 123. §. si vero constanti & l. fin. C. De Episc. & Cler.* cum matrimonium, ejusque causa, ad forum Canonicum spectans, terminandum sit secundum Canones, non etiam secundum leges, quarum dispositio ut potuerit aliquando obtinuisse, non respondet tamen legi Dei, quae sequenda, *d. can. sunt qui.*

3 Quo modo si contingat alterum conjugum post consummatum matrimonium ingredi, altero invito, ingressus ei tamquam spoliato restituendus, secundum dicta sup. de restitut. spoliat. Nisi ingresso sit causa, propter quam restitutio denegetur, veluti si eam petenti obstitit adulterium, quo se maculavit; per hoc eam perdidit jus suum, & alteri concessa libertas vitam mutandi, *d. can. Agathosa.* Cum enim ista de causa liceat vitio dimittere uxorem, cui quaesita libertas à praestando debito, quidni citra alterius injuriam Religioni se addicit? Nisi & ipsi adulterium obstitit, *c. pensul. inf. de adult.* cum mutua compensatione delicta censantur sublata.

Consummatum matrimonium hac in materia habetur per conjugalem copulam subsequenter, quod est extra dubium.

4 Dubitari posset, An & copula praecedens impediatur alterum conjugum ingredi? Resp. Esse omnino integrum alteri ingredi, cum per istam copulam non possit dici matrimonium consummatum, quia requiritur matrimonialis, quae sequatur ipsum matrimonium contractum; praecedens enim tantum est fornicaria. Nihil facit, quod matrimonium sequens retrahatur ad copulam praecedentem, per *c. 1. in 1. inf. Qui filii sunt legit.* nam hoc tantum in favorem prolis, qui non est extendendus in favorem eorum, qui deliquerunt. *Covarr. De sponsal. p. 1. c. 1. §. 1. numer. 23 & 24.*

Consequenter quaeritur, An matrimonio consummato facta professio, altero invito aut invito, sit irrita aut irritanda? Resp. Videri potius irritam esse, per text. in *c. quidam 1. de. Placuit 12 h. 1. qui dicit, vorum usquequaque non tenuisse, nec esse obligatorium tamquam emissum à non habili, & non habente sui potestatem. Neque enim vivo conjugate, cui corpus suum alter tradidit, habet ipsa sui corporis in alium trans-*

ferendi potestatem: quae translatio contingat per ingressum, utilis esse non potest, item quoad votum solemne, quo Monachus quæritur in corpus ingressus, quod votum, alteri sine effectu traditur, *Sancti, in trim. lib. 7. Disp. 34. n. 1. §. 10.*

Hinc venit decidenda & alia quaerenda, ingressus, non revocatus ab altero, possit auctoritate egredi, & ad dimissum redire. Videri negativam probari per *d. c. 12. in 1. potestate non erat*, quibus instanti videtur esse ingresso potestatem redeundi ad factum, sed relicto tantum esse jus revocandi, ut non revocante, videatur tenere professio, quae ingressum, contrariam tamen sententiam innotorem, cum, ut quaestione praecedenti videtur sit irritum, ut non sit ratio cogens in Monasterio haerere. Facit eodem tenore *una sola XXXIII. qu. 5. qui dicit, non esse primum à conjugatis sine mutua voluntate, si factum fuerit, magis corrigenda, reo quam per solvenda promissio, cum Decretum aliter sit. Facit etiam, quod per ipsum alterius alteri spoliatur, qui ante consummatum dicitur spoliatus in peccato haerere, se liberare tenetur quamprimum etiam auctoritate propria, & ante conventionem. Nihil in text. in *d. c. 12. nam quod dicitur ibi, non est eius potestate ad saeculum redire, & eodem jure juxta praecedentia, scilicet non est arbitrii ad saeculum redire, vel non redire, sed hoc esse in potestate, qui poterat ingredi consentire, expressam permissionem, *Gl. in d. non sua, p. 1. noc. d. c. 3. n. 3. Abbas in c. Accedens 17. h. 1. Sancti. d. loco num. 14.* Hinc patet sensum manentis in saeculo ratificari, si facta alterius professionem, invito aut altero emissam, cum actus ab initio in illo casu ex post facto vires non sumat, *per d. 29. D. de R. I.* sed oportet de novo praestari.**

Q. IV. Quid si conjux alter mortuus confiteretur professio? Resp. Id non potest videri, quasi ablato jam obstante impedimento: & facit pro ista textus *c. conjux 1. qui videtur eo in casu denegare ingressum, si professionem habitus, & nuptiarum contractus. Navar. Conf. 5. num. 4. h. 1.* Quae opor-

aliis procedet, quam quatenus ab initio consensit expressè vel tacitè alter conjug; nam alias professio ab initio irrita non potest convalescere, non secuta ratificatione post mortem conjugis. Irrita accipit Gl. d. c. 10. Vid. Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. Sanchez. d. disp. 34. n. 18. §. 1. q.*

8 Q. V. Quid si uterque ingrediatur sine mutua licentia? R. Validam videri utriusque professionem & neutri esse revocationem salvam, cum neuter possit conquiri se spoliatum; videtur enim data licentia mutua ipso facto, quod æquivalere verbis. Quod omnino procedit, quando uterque est conscius ingressus alterius, quia non potest videri non consentisse. Si inscius fuerit, non valebit professio, nec tenebitur professus manere in Monasterio. Videatur Bohic. in c. *Vxoratus 8. n. 13. h. t. §. Sanchez. d. 10. c. 24. n. 24.*

9 Q. VI. Quid si ignarus mortis alterius in Religione permanserit, & postea certior factus resiliit veluti R. Ignorantiam istam nihil facere ad ratificationem professionis nulliter antea factæ, quia requiritur ad eam consensus novus qui non potest poni in ignorante decessum conjugis. Innoc. in d. c. *consultatus 10. inf. inf. Quod si conscius mortis manserit in Religione, videtur ratificasse professionem, quia cum cessante obstaculo, irritante professione, scienter in Monasterio permanet, non potest videri approbare & ratificare professionem, si faciat propria professis, & sufficientia ad inducendam professionem ratam post annum probationis, vero animo proficendi de novo, argumento eorum, quæ tradit Innoc. ad c. *quidam 3. n. 2. h. t. §. c. 1. inf. de eo qui duxit §. Sanchez. d. disp. 34. n. 19.**

10 Q. VII. An conjugè altero ingresso absque licentia alterius, possit & alter ingredi & profiteri valide, sine alterius licentia? Resp. Non videtur, imò posse posterioris ingressum revocari per priorem. Neque sicut delictum hoc, quod ponitur per ingressum sine alterius licentia, tale est, quod præsert relicto licentiâ divertendi; nam, ut supra hoc t. n. 6. diximus, licet ingresso sua auctoritate ad relictum redire, quo jure nullibi privatur à Jure Sanchez. d. 10. c. 23.

11 Dicta de nullitate ingressus alterius conjugis citra licentiam relicti, vera sunt quoad votum

solemne, quod eatenus non habet effectum, Operabitur tamen ista professio obligationem quoad votum simplex castitatis: quod licet non obliget Regulis monasticis, facit tamen tenere votentem ad continentiam, & ponit impedimentum matrimonii ineundi post mortem alterius, c. 3. & c. *placet 12. h. t.* non tamen tam detrimens, quam impediens secundum ea, quæ dicuntur infra, *Ad 11. Qui Cler. vel votentes §. c. Quod ita statuit Ecclesia, præsumendo ingressum se saltem obligare velle ad id, quod potest, citra detrimentum alterius, scilicet ad castitatem, independentem à professione, nisi alia fuerit proficitis mens, scilicet in continendi nisi in statu Religioso, quæ faciet votum illud ad nihil utile esse.*

12 Q. An post professionem revocatus debitu petere possit? R. Id aliquos velle, quod d. c. 3. *§. d. c. 22. dicatur, exigere non posse, id est jure suo cogere ad debiti præstationem, quo se exiit profitendo modo jam dicto, ut videatur petere posse, cum peticio non tam ad coactionem quam ad voluntariam alterius præstationem tendat. Verius tamen ne quidem petere posse, cum castitatem votens omnia à se averteat, per quæ voluntarie per eum actui carnali occasio posset præberi. Secus est in casu, quo quis jus exigendi debitum perdidit per adulterium; tunc enim quia in favorem alterius perdidit, nullam facit injuriam petendo ab eo, qui annuendo juri suo, uti potest, renuntiat, Redderet tamen alteri petenti teneatur, quod suo voto non possit ei præjudicare, Covar. *De matrim. p. 2. c. 6. §. 3. n. 2. Navar. Summa c. 22. n. 52. Azor. p. 1. lib. 13. c. 14. qu. 1. Sanchez. d. lib. 7. disp. 38. n. 21. Hæc ita in casu consummati matrimonii.**

13 Quid si sponsa de præfenti per vim præcisam cognita fuerit à sponso? R. Certum esse, etiam per copulam vi extortam consummari matrimonium, & effici eos unam carnem; atque ita probabile esse, non licere sponsæ citra consensum alterius ingredi, secundum jura omnia, quæ non admittunt professionem alterius conjugum post consummationem, altero in vivo, propter incontinentiæ periculum in altero: ut procedat eo casu, *Quod Deus conjunxit, homo non separet. Barboza ad Rubr. D. Solutio matrim. p. 2. n. 106. Covar. *De matrim. p. 2. c. 7. §. 4. n. 15. Sanchi. *De matrim. lib. 2. disp. 22. q. 1. n. 2.***

Non est tamen improbabilis eorum opinio, qui volunt nihilominus eam ingredi posse, eo quod per violentiam alterius non debeat quis privari suo jure, & delinquens non debeat esse melioris conditionis, quam innocens, ne ex malitia sua quis reportet lucrum. Facit, quod non videatur corrupta, quæ in vita suum corpus communicavit, *can. 1. & 2. XXIII. q. 5. Abbas in c. 2. h. r. Et in can. SEU angelica V. in viris dist. 35.* Quo casu volunt & sponsum cogendum ingredi in compensationem injuriæ. Quæ posterior opinio facilius procedet in sponsa de futuro, non tantum secundum jus novissimum, verum & secundum antiquum, quo sponsalia de futuro per subsequenter copulam transibant in matrimonium, hoc enim tantum ex præsumpto consenti, uti inferius dicitur, quem cessare facit ipsa vis hic præsupposita. In sponsa de præsentibus potest videri magis dubium, tum propter consummationem, tum propter conceptam prolem. Sponsus, qui vi oppressit sponsam suam de præsentibus, non posse profiteri altero invito, certum est, cum ex parte sua spontaneè matrimonium consummavit. Consensu alterius quis professio teneat est extra dubium, cum cuilibet liceat juri suo renuntiare.

14 Ubi quaesitum, An eo casu & alter ingredi debeat? R. Omnino nisi sit positus extra suspensionem incontinentiæ, velut ex causa protractæ ætatis, secundum varios textus; tunc enim sufficit relicta vovere continentiam, & in seculo manere, *c. 4. 8. & c. Ad Apostolica 33. h. r.* Non posita extra suspensionem incontinentiæ si ingredi recuset Monasterium, ingressus ad eam redire cogitur ad evitandum periculum incontinentiæ, *c. 1. h. r.* Quod accipitur de uxore, quæ nescia juris ignoravit sibi unâ intrandum esse, cum non videatur se obstringere voluisse voto castitatis. Si verò sciverit, volunt posse cogi intrare, cum sciens jus se ei conformare videatur; & licentiam profitendi concedens suo conjugii, tacitè vovere, vel ad id se adstringere, quod ad illius ingressus valorem desiderari notat, cum aliquid volens videatur etiam velle, sine quo id ipsum obtineri nequit, *arg. c. Prudentiam 20. sup. de off. deleg. Abbas in d. c. 1. nu. 4. & 8. Sanchez d. lib. 7. disp. 33. num. 14.* Loquitur tamen *d. c. 1. in d. tit. q. 2. si uxor, quæ consensu ingre-*

diendi viro; nolit ingredi, non esse cogenda, sed virum ad eam reverti debere. Et factum *Agathosa xxvii. q. 2.* qui non alias videtur uxorem intrare, quam si promiserit voveri. Facit eodem textus in *c. ex parte 9. h. r.* in casu, quo uxor consensit viro profiteri, dicit illam cogendam, sed virum, ea manente in seculo, non posse profiteri ad Religionem, quod non diceretur, si ex solo permisso teneatur intrare. Facit & conditio profectus, sequentis omnimodam libertatem, quæ hic desisset, & Religionis tranquillitas, quæ contingeret turbata per coactè ingressum, perior tamen distinctio communiter tenet. Vid. *Rebell. de Inst. p. 2. de oblig. lib. 1. c. 1. n. 20.*

Quaestio autem est, An consensus alterius teneat professorem ingressum in seculo. Etiam in casu, quo alter nullum votum nec emittere velit, si tamen consentit esse professionem irritam, uti patet, ubi qui consentiente uxore professus est, ea remanente in seculo, nequirit in Monasterio remanere, tam ex uxore mortua cogitur Monasterium redire, & matrimonium postea contractum nullum declaratur, nulla de causa, quam quod professio eius non valida, non ut simplex, & ut sole mensis, tantum dissimulatum subsecutus, etiam illa, ut dicitur *infra tit. qui Cler. non vult esse.* Nec facit, quod jus non potest proficisci ad Religionem illam in seculo manente; nam hoc non, quia professio facta non la, sed ut consuleretur, reus incontinentiæ sublato per mortem alterius, nihil sit, non moretur professum, quod minus profectus faciat. Facit eò *d. can. Agathosa*, in quo professus, uxore consentiente, remanere in seculo cogitur, nisi uxori relicta in seculo incontinentiæ periculum, juxta *d. c. 8. aut ubi ipsa promiserit mutare vitam*, quæ cogitur netur promissum adimplere. Unde potest ideo egredi ingressum, quia professio nullum habeat requisitum per Canones ad eum consentum, sed ad periculum incontinentiæ vitandum, ut secundum regulam, tamen certum finem ultra eum non operetur. *Abbas in d. c. ex parte 9. n. 2. 3. & Sanchez, d. lib. 7. num. 4.*

16 Ceterum oportet consensus sit liber ab omni dolo & metu, non extortus, quia alias ingressus revocari potest. *c. accedens 17. h. t.* Imo recte dicitur professio irrita, secundum dicta supra de eo, qui sine consensu alterius intravit, cum consensus talis sit nullus, nisi alterius incontinentia postea demissa salvet ingressum, eumque ibi permanere faciat. *c. veniens 16. h. t.* Nā sicut adulterium ante ingressum commissum ab altero, innocenter liberat à jure, quo tenetur conjugii, ut liberè intret Religionem, citra ejus consensum, & repeti ab eo nequeat, *c. Constitutus 15. h. t.* quod nihil juris habeat, ita & subsequens adulterium, non tantum si ex consensu ejus ingressus est, *d. e. 16.* verum & si eo invito Neque enim dimissio ista excusat adulterium postea commissum: ut nec excusatur à commissione dotis, quod expulsa peccaverit in corpus suum, ut dicitur *inf. ad 2. de adult.* Hæc ita procedunt in matrimonio consummato.

17 Quantum ad sponsalia de presenti ante consummationem, ea etiam parte in vita per ingressum alterius dissolvuntur. *c. verum 2. c. 7. h. t.* Tūc *sess. 24. can. 6. Sanch. lib. 2. disp. 18.* Cujus ratio non est, quod copula sit de substantia, atque ipsa ejus defectus causet imperfectum matrimonium, cum & sine copula sit verè matrimonium de presenti ex solo consensu, dicitur *infra lib. 4.* sed quod per matrimonium de presenti tantum ponatur quædam conjunctio sive vinculum spirituale, cui subest tacita conditio resolutive, nisi sequatur mors spirituahs, *arg. l. nihil tam naturalis D. de R. l. c. can. Omnes res XXVII. q. 2.* quæ contingit per ingressum approbatæ Religionis.

18 Ubi quaeritur, quo jure fiat ista dissolutio matrimonii? Id aliquos attribuire juri divino, alios jure naturali: verius esse, uti ex solo jure Ecclesiastico post votum solemne initum matrimonium est irritum, ut dicemus *inf. qui Clerici vel vovet.* ita & eodem jure contractum ante dirimi per subsequens professionem solemnem; eum ejus solemnitas tantum procedat ex constitutione Ecclesiastica, secundum expressum textum in *c. unico de voto in 6.* per quem est iudicata & attributa vis specialis isti solemnī professioni, quæ non eadem attributa voto simplicis, ut dicitur *infra, ad tit. de voto.* Vid. Sanchez. *d. lib. 7. disp. 19.*

Solvuntur itaque sponsalia de presenti per

professionem alicujus approbatæ Religionis, quia non approbata non ponit votum solemne, sed simplex tantum, cui non est eadem vis. Dico, de presenti, ante consummationem; nam ea poneret vinculum corporale indissolubile, nisi per corporis dissolutionem, *d. l. nihil* quæ non contingit nisi per mortem naturalem, de qua accipiendus *can. quod Deus XXXIII. q. 2.* & expressè loquitur *s. ex publico 7. h. t.* * Nihil facit, quod altera pars sit invita, quia ejus contradictio non attenditur; cum non sit dissonum rationi, aspirare ad vitam perfectiorem, quando non subest alterius injuria: ut in casu non consummati matrimonii, cum relicto licet inire novas nuptias, quippe jam dissoluto matrimonio quoad vinculum per ipsam professionem, uti jam dictum, ante quam non sit hæc dissolutio, quia per eam derivat inducitur mors civilis, causa hujus dissolutionis, *c. 2. h. t.*

Unde ne per moram alterius contingat relictum in corpus suum peccare, ad ejus instantiam certum tempus est assignandum volenti ingredi: quo lapsio nisi profiteatur, ad alterum redire cogitur, conjugali adfectu eum tractaturus, *d. c. 7.* ubi tempus hoc bimestre videtur restringi. Quamvis verius dicendum sit, arbitrium esse, & posse arbitrio judicis restringi, aut prorogari. Nam licet terminus à lege datus nequeat per judicem mutari, secus tamen est, quando datur à lege, ministerio judicis, ut *in d. c. 7.* ubi *Gl. V. infra duorum.* Est autem hoc tempus computandum à momento contracti matrimonii in momentum ultimum assignati temporis.

Quæsitum hic, An detur hoc tempus ad deliberandum de ingressu, an verò ad probandum & profitendum? Esse, qui velint hoc tempus ad deliberandum de ingressu dari, & ante annum probationis, qui jure communi competit ingredi volentibus, uti dictum Tit. Superiori. Non deest etiam, qui velint, conjugem, licet non cogitantem ingredi, posse denegare debitum alteri isera illud bimestre. Quorum dictum est improbabile, cum continuo quaeratur utrique jus ad mutuum usum corporis: qui non rectè petenti negatur, nisi ex causa religionis, excepti per *d. c. 7.* cujus verbis magis convenit, tempus illud datum esse ad probandum, profitendum illi, qui ingredi cogitur: habet enim textus,

pp 2 quod

quod vel ad religionem transire, vel ad virum
 juum redire intra duorum mensium spatium de-
 bet. Ad Religionem autem nemo transire dicitur,
 nisi qui proficitur, cum verba sine accipienda
 eum effectum. Quod etiam faciunt verba, *user-
 que restituit alteri, quod ab eo noscitur recepisse:*
 quod non obtinet nisi in casu soluti matrimo-
 nium quoad spes est ejus consummandi, ac-
 cepta minime sunt restituenda. Innoc. ad d. c.
 7. Sanchez lib. 2. disp. 24. n. 3.

22 Hinc alia oritur questio, An & hodie intra
 bimestre aut aliud tempus adsignandum teneatur
 ingredi volens profiteri? R. Dubitandi cau-
 sam sumi ex Trid. Sess. 25. c. 15. de Regul. quod pro-
 fessione vult præmitti annum probationis, alias
 irritam habet professionem. Probabile tamen
 esse, quantum ad hanc rem, nihil esse immuta-
 tum per Trid. cum decretum Concilii sit gene-
 rale, & posterius, quod solet per priora spe-
 cialia restringi & explicari, *l. sed & posteriores.*
l. non est novum D. de LL. Facit ratio juris anti-
 qui, ne scilicet per moram ingressi detur ma-
 nenti in saculo ansa peccandi; quæ ratio etiam
 obtinet jure novo. Nec videtur quidquam fa-
 cere negatio universalis posita in d. c. 15. cum
 respondeat generali prohibitioni juris antiqui:
 ut non improbabiler jus novum ejus disti-
 ctioni adaptandum veniat, ut tradit Jason in l.
sciendum n. 4. D. qui satisd. cog. Facit, quod prio-
 ra jura non censentur abrogari per posteriora,
 nisi sit in iis expressum, *l. precipimus 32. in fine*
C. de appellat. Videtur hanc opinionem tenere
 Navar. in Summa c. 16. num. 27. & dubius dis-
 putat in utramque partem *Conf. 1. h. 2.* Quæ opi-
 nio procedit secundum eos, qui d. c. 7. h. 1. volunt
 adsignatum esse tempus istud bimestre ad pro-
 fitendum, non etiam ad deliberandum de in-
 gressu: nam qui volunt datum esse ad deli-
 berandum, debent addere post deliberationem
 & electionem integrum annum probationis,
 quem jura & antiqua, & præcipue nova requi-
 rant. Adde Sanchez d. disp. 24. num. 6 &
 seqq.

23 Quid si sponsa duodennis velit ingredi, an
 cogatur sponsus toto quadriennio expectare?
 R. Hoc videtur, propterea quod jura permittant
 alteri resiliere ante copulam, & ingredi, ex ratio-
 ne ante tacta; ingredi autem non permittant nisi
 anno decimo sexto completo, de quo Tit.

superiori, ubi diximus hoc requiri generali-
 ter, citra exceptionem. Jure etiam antiquo
 tum indistinctè erat, ante certam tempus
 admittere ullum ad professionem. Ut nota-
 tradantur superius dicta, siquidem in casu
 jus antiquum dictam exceptionem ponere,
 eundem quam jus novum rectè limitatur
 rem in casu nulla posita exceptio, licet de
 sitas in ætate, quæ major novo jure, quam
 quo requisita, quæ nihil facit ad propo-
 hil obstat, quod sit grave sponso tanto
 continere, quia non potest illi dici fieri
 ab altera, quæ jure sibi concessio utitur:
 cum non fuerit ignarus, debet patienter
 re istam necessitatem, cui se supponit.
 juris in sponso, si decimo quarto anno
 matrimonium, & ingredi velit; nam
 expectare cogitur toto biennio, ex cau-
 satione.

Dicta de ingressu in Religionem etiam
 tinent in susceptione sacri Ordinis, quod
 licet nec hæc ritè procedat, nisi ex co-
 conjugis alterius, cui invito non magis
 test jus auferri per susceptionem Ordinis
 quam per ingressum, c. conjugatus 1. h. 1. p.
 tra vag. Antiqua Ioan. XXII. de voto, Sacerd.
 7. disp. 38. num. 2. Est autem in hoc aliquid
 veritas, quod ingressus unius, altero invito
 invito, sit omnino irritus, ut dictum sup.
 num. 1. Ordo autem collatus teneat, pro
 characterem indelibilem, qui hoc ipso
 ordinatur, imprimitur, nihil faciente
 rantia aut contradictione alterius. Est
 in eo diversitas, quod ingressus sine consensu
 alterius non teneatur post mortem ejus
 ad Monasterium, sed possit in saculo per-
 nere, non tamen inire novas nuptias, pro-
 pter votum castitatis, saltem simplex, quod
 dixi supra procedere ex irrito isto solemniter
 to, quæ tamen inire ab eo validæ sunt, ut
 cetur libro seq. tit. 6. Promotus vero ad Or-
 dines, invita aut inscia conjugis, sive ab eo
 vocatus sit, sive non, tenetur ad omnia
 castitatem, ex voto solemniter per Ecclesia
 stitutionem adjuncto Ordini sacro, ut postea
 de novo non tantum contrahere prohibetur
 nuptias, sed & contractæ non teneant, quod
 Ordo facit impressus teneat. Sanchez d. l.
 20 n. 23. & 24. Inaque tales promissæ
 ad con-

ad conjugem redire est cogendus, eique petenti debitum reddere. Est enim alteri conjugis integritas, quod per mariti factum ei eripi non potuit: ut ordinatus non alias ratione Ordinis sacri obligetur ad abstinendum, quam prior matrimonii obligatio permittit.

27 Q. An & petere possit? R. Non posse, quia susceptione sacri Ordinis spontanea obligavit se ad continentiam, & cessit jure suo exigendi debiti, arg. c. 3. c. Placet 12. h. tit. quibus locis dicitur propter votum vovens non posse exigere debitum. Vid. Azor Infit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 34. qu. 2. Sanchez loco cit. nn. 21. c. seqq.

Consensus uxoris facit licitam Ordinis susceptionem, quia volenti nulla fit injuria, quæ proinde sibi præjudicavit, ut virum repetere nequeat, secundum dicta sup. eod. nu. 14.

28 Ubi quaeritur. An uxor eo casu debeat ingredi? R. Secundum probabiliorum opinionem distinguendum esse: ut si sit senex, non suspecta de incontinentia, sufficiat emitteere votum, & in saeculo permanere; si vero juvenis, desideretur ingressus in Religionem, secundum varios textus, c. Vxoratus 8. c. Ad Apostolica 13. h. t. Facit argum. ab ingrediente sumptum qui non admittitur ingredi, nisi ut uxor sub ista distinctione ingrediatur. Et hoc ad evitandum periculum, quod hic non tantum est in conjugate relicto, verum etiam in eo, & majus, qui ordinatus est, cui esset facilis occasio lapsus conversatio conjugis in saeculo: In casu autem, quo non suspecti conjuges, non tantum altera non est cogenda intrare Religionem, sed & ordinato cohabitare permitti potest, separata tamen cubiculo. can. Volumus Dist. 19, quamvis tutus sit, alia eam in domo habitare Sanchez lib. 7. Disp. 39. num. 6. c. 8.

29 Q. II An viro mortuo talis mulier iterato valide nubat? R. Id quidem videri, ex eo, quod tantum obligetur simplici castitatis voto, quod licet nubere impediat, non tamen nuptias contractas dissolvit, ut dicitur lib. seq. tit. 6. Videtur tamen textus in can. Quia sunt c. can. Si se Dist. 28 mulierem quæ Diacono nupta fuerit, si alteri postea nubat, velle disjungi: & facere eodem can. Seriatim Dist. 32. qui non permittit uxorem, de cujus consensu maritus ad subdia-

conatum ascendit, nec vivo eo, nec mortuo, alteri nubere: item can. Si qua vidua Dist. 28. qui cum vidua Presbyteri aut Diaconi iterato nubente Clericum aut religiosam personam communicare vetat. Ita Abbas in c. Constitutus 15. num. 6. h. t. Ut videatur votum mulieris consentientis in susceptionem Ordinis per eam solemnizari, ex eo, quod sit una caro. Quæ ratio non videtur sufficiens. Alii ponunt rationem in Ecclesiastica constitutione, ob reverentiam ordinis suscepti: quæ licet videatur magis legitima, non tamen tollit dubium, cum idem dicendum foret in muliere consentiente marito profiteri, & simul emitteere votum simplex, quod per professionem mariti non mutatur in solemne, quia voti mariti solemnitas nequit in votum reducere uxoris, aut quidquam operari, cum exigatur vovens intentio, quæ hic tantum fertur ad votum simplex, uti & in casu, quo consentit in ordinationem sui mariti: ut, stante eadem ratione, idem utrobique jus sit ponendum, Sanchez d. lib. 7. Disp. 32. nu. 8. c. Disp. 40. Ad textum in can. Quia sunt c. can. Si se, dici potest, illis agi de relicta; qualis etiam dicitur in saeculo manens post viri adhuc viventis ordinationem, aut professionem, uti passim ab auctoribus usurpatur, c. Quanto inf. De divort. & inc. Ad Apostolicam 13. h. t. in saeculo remanens vocatur reliquus. Quod facit, quod in d. can. Si se dicatur duplici conjugio mulier conjuncta; quod non recte dicitur, si maritus prior fuerit defunctus. Non obstat d. can. Si qua vidua: nam licet ibi agatur de pœna evitandi talem viduam, non tamen proponitur irritum matrimonium. Ad d. can. Seriatim dicendum, sibi prohiberi nuptias secundas, non tamen & irritari ratione voti simplicis, cum multa prohibeantur fieri, quæ tamen facta tenent.

30 Q. III. An & per Ordinis sacri susceptionem dissolvatur matrimonium non consummatum? R. Negandum esse, ex eo, quod ista dissolutio causetur per mortem civilem, quam inducit professio, non etiam susceptio Ordinis, cum maneat promotor sui juris, non resignata voluntate sua in arbitrium alterius. Nec facit, quod Ordini sit adjunctum votum solemne castitatis, cum hoc non tam sit profectum ex natura Ordinis, quam ex Ecclesiæ

St. ruto, *Extravag. Antiqua De voto*, Cov. 11. De matrim. p. 2. c. 7. §. 4. nu. 14. Nec faciet quidquam mutus consensus, quia cum matrimonio sit ratum propter Sacramentum, nihil potest mutus consensus.

31 Q. IV. An eo casu maritus debeat ingredi Religionem? R. Peccare matitum contra *d. Extravag. loam. xxii. Antiqua*, quia hoc prohibitum; & videri probabile ingredi debere, quia alias se exponet periculo non servandi vorum, quod ad eorum Ordini sacro; cogetur enim, uxore urgente, a¹ eam redire, & maritali affectu tractare: quod ipsi imputandum, qui per ingressum in Religionem id potuit evitare, cum uxore invitata ingredi possit. Verum in *d. Extravag.* dicitur talis monendus ab Episcopo, & quidem instanter; qui si induci nequeat, cogendus, in stante conjuge, matrimonium consummare. Unde patet, non teneri ingredi, cum ista monitio ad consilium potius pertineat, quam ad præceptum. Hoc etiam in casu quo uxoris consensus faciat matitum licitè promotum, ipsumque ad continentiam teneri, non est dubium; si tamen liber fuerit à metu & dolo, secundum dicta sup. eod. hoc sit. Vid. Azor. p. 1. lib. 13. c. 14. qu. 2. Sanchez. d. lib. 7. Disp. 38. nu. 18. & seq. & lib. 9. Disp. 14. nu. 2. 3. 4. Barbosa ad Rubr. D. Solutio matrim. p. 2. nu. 82.

32 Q. V. Quid si uxor conscia promotionis viri ad Ordinis dissimulando tacuerit? R. Aliquorum esse opinionem, censi consensisse, atque ita ad continentiam teneri; propterea quod cum commodè reclamare potuerit, tacendo videatur consensum præbuisse, *Gl. fin. can. Quia sunt Disp. 28.* Esse tamen probabilis, si non præjudiciali suum silentium, quia res nimis est ardua, quam ut consensus colligatur ex dissimulatione. Et facit eorum, in *c. Confuluit. 10. h. 2.* qui non ponit vim in uxoris dissimulatione vel silentio, sed in eo, quod illa non revocante matitum sit mortua. Quamvis dici possit *d. c. 10.* præsumi consensum uxoris tacitum, non ex dissimulatione, sed quod tota vita sua non revocaverit, secundum dicta supra eod. nu. 7. Vid. Sanchez. d. Disp. 38. n. 14. & 15. & Disp. 35. nu. 13.

33 Q. VI. An uxore non repente matitum, ipse sua sponte ad eam possit reverti? R. Id posse videri, argumento eorum, quæ dicta simili in

casu sup. eod. nu. 6. Contra tamen hinc videtur, ex eo, quod ibi sit actum in quo professio erat nulla; hic autem in actu, quo tenet promotio ad Ordinem, quibus adnexum est votum solenne, & ecclesie constitutione: ut non reperitur abire obligetur ad castitatem, cui non potest suo suo contravenire. Revocatus tamen reddit debitum, quia scilicet non potest uxorem privare. Sunt & alii casus, quibus consummatum matrimonium, altera post vita, Religionem intrare licet, de quibus *De divorti.*

TITULUS XXXIII.

De Conversione Infidelium.

SUMMARIUM.

1. Inter infideles est ratum matrimonium.
2. Conversio ad fidem in divitiis non revocatur.
3. Proles communis sequitur conversionem.

Occasione conversionis conjugum infidelium ad Religionem, de conversione conjugum infidelium, vel alterius infidelium hic subjungitur. Inter quos quidem matrimonium est ratum, si aliud non intercedat impedimentum, ut patet *1. ad Corint. 7.* ubi Paulus hortatur conjugem ad fidem convertere, manere cum conjuge; quod non faceret, si non ter eos esset ratum matrimonium, ut patet *c. Gaudemus 8. inf. De divortis* Datur tamen conscientia discedendi ab eo, qui manet infidelitate ut dicitur *infra tit. De divorti.*

Traduntur autem hoc Tit. d. de conversione ad fidem. I. Quod conversio ad fidem patrocinetur in delictis gravioribus; quando qui interfecit virum alicujus Christiani conversus ad fidem illam ducere non potest, si modo & mulieris dolus interveniat. *2. Rati habitio idem non operabitur, si sit causa actus.* Hac de re latius inf. *D. d. duxit quam pol. 2.* II. Quod, licet actus filius minor triennio apud matrem relictus sit, major autem apud patrem, illa

quod d. De liber. exhiben. & l. pen. C. De part. potest. converso tamen ad fidem, siue ille sit pater, siue mater, communis proles potius adhibenda, & iure sequitur conditionem, si necdum sit doli capax. Ratio est, ne ab infideli pervertatur, c. 2. b. t. habetque Ecclesie jus eam baptizandi. Ut hac in parte non attendatur patria potestas, uti & in aliis spiritualibus non attenditur, cum libertatem in vitis parentibus, ad fidem venire possint: sed potius incipitur favor fidei Christianae, ut patet ex verbis finalibus, d. c. 2. cum summa sit ratio, quae pro religione facit, l. Sunt Personae 43. De relig. & sumptibus Dico, si necdum sit doli capax, quam si ratione utatur proles, relinquenda est suo arbitrio, nec inuita baptizanda, ut dicitur infra Tit. 42. Vid. Sanchez. De matrimon. lib. 7. Disp. 72. in fine.

TITULUS XXXIV.

De voto & voti redemptione.

SUMMARIUM.

1. Votum unde dictum, & quid.
2. Votum aliud Simplex, aliud Solemne.
3. Solemne dupliciter fit, per ingressum sive professionem, & per susceptionem Ordinis sacri.
4. Simplex quia, & qualiter fiat.
5. Aliud item Tacitum & Expressum; aliud implicitum & Explicatum; &c.
6. Votendi consuetudo laudabilis.
7. Votere quoniam possint.
8. Episcopi & Clerici an & qualiter votent.
9. Vota Religiosorum an licita?
10. An & uxerum, respectu maritorum, & contra?
11. An filiorum suorum & servorum?
12. Quid juris in praedictis quoad vota realia?
13. Materia voti est actus humanus, & possibilis.
14. Quid juris, si sub voto rei impossibilis contineatur quid possibile?
15. Votum non recandit an validum?
16. Item materia voti est actus bonus.
17. An & actus indifferentes?
18. An necessarioventura?
19. An actus boni, qui sunt sub precepto?
20. Circumstantia vana adiecta an vitiet votum?

21. Votum contra prius votum an teneat?
22. An & votum rei quidem bona, sed cuius contrarium melius?
23. Matrimonium an licita materia voti?
24. Quid si actus sit partim bonus, partim malus?
25. Actuum bonorum omisso an ponat materiam voti.
26. Forma voti consistit in promissione.
27. Promissio debet esse deliberata.
28. Votum subita animi perturbatione emissum an ratum & firmum?
29. Pro voto ac deliberatione debita an praesumendum?
30. Adesse debet & intentio obligandi se.
31. Intentio interior an ponat votum & obliget?
32. Intentio non implendi obligationem non impedit.
33. Votum debet esse liberè emissum.
34. Metus quis & qualis impediatur effectum voti.
35. Metus iustus an irritet votum iure natura?
36. An iure Ecclesiastico?
37. Metus reverentialis an iusta causa irrationis?
38. Dolus & error an irritum ponant votum?
39. Error siue ignorantia circa naturam & substantiam voti illud irritat.
40. Et circa circumstantiam gravissimam.
41. Error circa causam finalem similiter irritat.
42. Non etiam circa causam impulsivam.
43. Idque in ignorante & inincibiliter & vincibiliter.
44. Item quoad votum simplex, non solemne.
45. Effectus voti obligare in conscientia.
46. Idque iuxta materiam voti, gravem aut levem.
47. Votens in materia gravi an possit nullo obligari sub peccato mortali?
48. Votens ex materia levi an se possit obligare sub peccato mortali?
49. Actus leves iterati qualem ponant reatum: & quid si plures actus tendant ad unum actum componendum?
50. Dubius de voto emisso utrum teneatur.
51. Quid si dubitetur de valore voti?
52. Quid si de voti materia, an licita?
53. Lapsus termini, intra quem votum praestandum, ab eo non liberat.
54. Praevio impedimento eius diei, quo implendum votum, an teneatur quis praevire?
55. Vota

55. *Voti causa cessante an obligatio cesset?*
 56. *Vovens jejunare Feriis sextis, an teneatur incidere in illas Natali Domini?*
 57. *Votum an obliget cum periculo vita, aut iactura bonorum?*
 58. 60. *Votum ipsum voventem tenet, non alium.*
 59. *Impuberes oblari Religioni per parentes an teneantur ad votum?*
 61. *Hares an teneatur ad vota defuncti.*
 62. *Filius non adimplens votum, in casu c. Licet. 6. h. r. an privetur tota successione.*
 63. *Hares teneatur ad defuncti vota realia.*
 64. *Inque ipso jure, & vi recepta hereditatis.*
 65. *An & testatore declarante se nolle tale onus sequi heredem?*
 66. *Hares quatenus teneatur ad vota mixta.*
 67. *Voti obligatio cessat, si deficiente materia.*
 68. *II. Per irrationem à Superiore factam.*
 69. *Veluti à domino, marito, patre, vi potestatis dominica, maritalis, patris.*
 70. *Item vi potestatis spiritualis, à Pont. Episcopis & Pralatis Religionis.*
 71. *An eadem potestas sit Pralatis circa vota Novitiorum?*
 72. *Irritatio hac an locum habeat in votis, quae praeceperunt statum subjectionis?*
 73. *III. Per commutationem.*
 74. *IV. Per Dispensationem.*
 75. *Dispensandi potestas quo iure competat Episcopis.*
 76. *Dispensatio an licita in votis concernentibus commodum tertii?*
 77. *Dispensare an S. P. possit super uno ex substantialibus voti solemnibus?*
 78. *Ad dispensationis istius valorem an requiratur iusta causa?*

Professio, de qua supra Tit. 31. continet votum, quòdà vovendo, id est promittendo, dictum, est actus religionis, quae Deo iustum ac debitum cultum tribuit, cui vota nuncupamus, tamquam omnium largitori, vel pro impetratis jam beneficiis, vel pro impetrandis. Undè rectè definiuntur. *Votum esse religiosam promissionem Deo factam de meliori bono, libera voluntate. Excluditur promissio, quia fit homini, ut non sit religiosa. Excluditur & propositum quid faciendi in honorem Dei, quia obligatio, quam ponit votum, ut inferius dicitur, non inducitur nisi ex voluntate, quam non*

habet propositum tantum habens quòd dicitur. Vide Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 11. c. 12. p. 199. segg. Bellarm. como. 1. Contr. De Monachis c. 14. Suarez, de Voto lib. 1. c. 2.*

Variè votum dividitur, Praecipua dividitur quòd aliud sit simplex, aliud Solemne. Inter duo membra non est differentia quòd pertinet ad materiam, quam utraq; habet; nec per se differunt ex voti materia & ratione differentia, sed jure divino, sed solum ex Ecclesiae statuto patet ex c. unico eod. in 6. quo sublato nihil esset solemne.

Habet autem Ecclesia vota duo Solemnia. Prius est, quòd contingit per professionem publicam vel expressam, alicujus approbatione Religionis interveniente simul acceptatione prioris; atrequam votum dici solemne dicitur, & vovens retinet dominium sui, tantus acceptationem desiderans ante curam potest dici perfectus. Suppletur etiam Superiorum, vices Dei gerentem, & c. Dico, approbata Religionis; nam aliter simplex tantum foret. Alterum, quòd dicitur sacri Ordinis susceptionem, cui Ecclesia adhaeruit continentiam, quam solemne vovete consentur, qui Ordinibus sacri teneantur.

Simplex nullam requirit acceptationem Superiorum, sed continuo valet, sive in publico emittatur, sive in privato. Ad quòd & pertinet illud, quòd est Religionis non approbata, & c. dictum: nam cum solemnitas habeat effectum suum ex statuto Ecclesiae, solemne dicitur, cui Ecclesiae statutum non adhaeruit. Non valet autem nisi voto approbata Religionis, verò istud votum ut simplex tenet, quatenus Ecclesia illud non improbat, nisi votum iustum sit animi, ut non velit tenei, nisi in Religione.

Aliud item est tacitum, aliud Explicite, aliud Explicite, ut professionis approbatae coram Superiore, aliud Implicitum, contentum sub susceptione sacri Ordinis. Aliud Personale, quo officium personale, vel votantis promittitur, ut jejunare, aliud Reale, quo promittitur pecunia, aut aliquid pecuniae aestimabile, ut dare eleemosynam. Mixtum, quòd partim actionem bonam concernit, partim rem, sive praeter

hominis, etiam reales sumptus includit, cujusmodi est peregrinatio ad aliquem locum, cum alicujus rei oblatione. Est & aliud Absolutum, aliud Conditionale, ad certam conditionem relaxatum, veluti si quid contigerit, Illud est purum, & vel perpetuum, vel Temporale, ad certum tempus restrictum, quod non egreditur. Conditionale iterum aut est Penale, quo promittitur poena in casum, quo quid faciat aut non faciat votens; aut non penale, quo se obligat in casum, quo convalescit, aut similem. Dividitur etiam in Affirmativum, quod continet positivam professionem de agendo aliquid, ut peregrinando, orando; & in Negativum, quod continet omissionem actus, ut non fornicandi, non nubendi.

6 Vovendi consuetudinem laudabilem esse Catholica habet sententia, probata, praeter alia loca, Psal. 75. *Vovete & reddite Domino Deo vestro: & Eccl. 19. Colent eum in ostiis & muneribus; & vota vo vebunt, & solvent;* quod de Christo videtur intelligendum. Ut non nisi qui reprobi sunt in sensu, negent Christianis esse vovendum, & non audiendi obmuturantes haeretici, quod laudabile est & Deo gratum pro jure suo reprehendentes, ex hoc solo quod in Catholica Ecclesia usurparum.

7 Voti capax est solus homo viator; tendit enim votum ad impetrandum beneficium. Quo non indigent beati, qui in termino sunt: non etiam mortui, qui per se mereri amplius nequeunt. Non tamen omnis homo viator est capax voti, sed tantum habens usum rationis. Ut excludantur a vovendo impuberes, doli non capaces, amatores, furiosi, non tantum perpetui, sed & ad tempus; pro tempore & dispositione, qua ratione uti nequeunt, ut dormientes, phrenetici, ebrii, quia pro dispositionis istius tempore ratione non utuntur, ut votentes non obligentur. Est enim votum personalis actio a voventis voluntate procedens, ut eam praesupponere sit necesse. Illi, quibus est usus rationis, quantum ex parte sua votere possunt, si aliunde non impediuntur. Vid. Suarez, de Voto c. 2.

8 Impediuntur Episcopi valide aliquid votere, quo vinculum, per quod sunt addicti suae Ecclesiae, solvatur, etiam si tendat ad religionem, sine Pont. Rom. auctoritate, & Nisi

sup. De renunt. c. Licet 18 sup. De regularib. Azor. d. lib. 11. c. 16. qu. 2. & Suarez d. lib. 3. c. 4. n. 2. & seqq. Alii Clerici etiam in dignitate positi non sunt prohibiti; can. Dna 19. q. 2. quod per eorum vota non ita praesudicetur Ecclesiae. Petenda tamen licentia a Superiore, qua non obreata nihilo magis impediuntur, arg. d. c. 18. Azor. d. c. 16. q. 3.

Subjunctio non facit omnia subjectorum vota irrita. Ubi distinguendum inter personalia & realia. Illa melioris boni, sunt valida, etiam in Religioso, si per Regulam non sint prohibita, statimque valent. Petenda tamen a Superiore licentia, vel facultas, ut reddantur, sine qua Religioso nihil agere licet, cum in illius arbitrium voluntatem suam conjecerit, can. Monacho xx. q. 4. & can. Nolut. xxxiii. q. 5. Azor. d. c. 16. q. 4. Suarez d. lib. 3. c. 6. nu. 7. & seqq. Quod si per Regulam opus fuerit prohibitum, certum est, nullius esse momenti votum. Ubi non recte dixeris subintelligi, nisi Praelatus dispenser; quia votum est absolutum, quod non habet subintellectam istam conditionem: & deinde melius est servare Regulam, quam uti dispensatione ad operandum contra istam.

Quid in uxorum votis? R. Non obstante subjectione, iis esse liberas multas actiones honestas, & virtutum materias, quas mariti illis prohibere nequeunt, propterea quod debitum officium in his, quae ad statum eorum non pertinent, non impediunt; ut proinde valida sint vota uxorum circa istas materias. Quoad ea vero, quae concernunt jus maritorum, non possunt absoluta vota, & independentia a maritis, emitti ab uxoribus; recte tamen subintellecta conditione, si consenserint, si non prohibuerint, quia alias non esset licita materia. Idem dicendum de votis maritorum, respectu uxorum, quatenus spectant ad usum conjugalem, in quo sunt pares vir & uxor, c. Gaudemus inf. De div. vov. Sic & votum abstinentiae aut simile, quatenus in praesudicium alterius redundat, absolutum non emittunt, sed bene sub conditione, si alter consenserit, d. can. Nolut & can. Manifestum xxxiii. q. 5. Azor. d. loco qu. 10. Suarez d. lib. 3. c. 6. nu. 26.

Filiorum fam. vota absoluta non aliis tenent, quam si sint actuum, qui debitam parenti

Q q

regi-

rentibus obedientiam non irapediunt, ut sunt observationes praeceptorum, actiones honestas: alias si derogent juri parentum, habent conditionem, & consentent. Servorum vota cum ordinariè pendunt à voluntate dominorum, habent & ordinariè conditionem, si consentent, nisi fiat tales actus, quibus nullatenus præjudicetur dominis.

12 Quantum ad realia vota, non sunt ea valida, nisi eorum, qui habent liberam facultatem utendi, & disponendi de rebus, votis. Quo modo Religiosorum, qui non habent proprium, vota realia non tenent, nisi vel admistrationem habeant, aut vovent sub conditione, si his concedatur. Praelati, quibus est administratio bonorum, ex vi sui muneris, ut habent licentiam dandi elemosinas, ita & vota validè juxta eam mensuram emittendi; quae ad summum includent conditionem negativam, nisi à Superiore impediatur. Religiosi administrationem non habentes inuoluntè emittunt absolute vota realia, quia vovent de re aliena, ut non teneantur petere licentiam. De re tamen, quam in usus suos possunt consumere, si parè utendo & sibi subtrahendo vovent elemosinam facere, tenentur facultatem petere à Superiore, quòd votum hoc sit de re bona, & non indecens, ut illi subsit conditio, si decur licentia, quae ideo petenda. Quantum ad uxores, non rectè vovent vota absoluta de bonis communibus & dotalibus, quod eorum administratio dependeat omnino à marito, cujus proinde licentia est opus. Quantum ad peraphernalia, videntur vota earum tenere, cum ipsis sint propria, & eorum liberum habeant usum. Idem de filiisfam. quoad bona paterna: nam quoad proptia, ut castrensia & quasi castrensia, ut libere disponunt, ita & vovent tenentur. Servi, cum proprium non habeant, voventes non tenentur, cum de dominorum suorum rebus non disponant, nisi aliquid de servitio suo eis permittatur acquirere & disponere.

De Voti materia.

13 **C** Errum est, materiam voti esse aliquem actum humanum: debet enim id, quod promittitur, esse in potestate promittentis, cum statim sit promittere, quod præstare

nequeas. Non est autem in ejus potestate actus humanus. Ubi non est factus, actus non est probabilis, sed etiam usus ejus debet esse venti possibilis. Nam si illi sit impossibile, non faceret ad valorem voti, cum actus sit probabilis, quia non alienum factum quis venturum. Unde consequitur, actum impossibilem non tantum simpliciter, verum etiam voventi non ponere materiam voti, proinde quod ad impossibilia nulla sit obligatio, *de possibilium D. De R. I. & ad impossibile non obligetur, c. Nemo potest De R. I. in c. Ratione facilis, quod voluntas imponens sibi obligationem, debeat esse consentanea recte rationis, qualis non est obligans ad impossibile. Ubi sit prorsus inutile non tantum quoad materiam, verum & quoad aliam ejus locum standam possibilem, quia cum non sit prorsus ad eam nulla est obligatio. Vid. Suarez de Voto c. 1. §. 2.*

Quid si sub voto rei impossibile concipitur quid possibile? R. Distingendum est: si principalis & totalis voti materia sit aliquod moraliter, & secundum usum humanum indivisibile, ad nihil obligatur vovent, ex jam dicta ratione. Nihil facit quòd accessoria sit possibilis, quia non est per se sub promissione, sed tantum accessoria quorum non est usus, non stantè principio. Si sit totum divisibile, cujus partes sunt possibilis, obligatur eatenus vota, quia quantum in se fuit, intendit se obligare ad promissum, quatenus fieri potest. Ubi tantum pars fieri possit, obligatur ad partem; cum nihil obstat, votum, ut in duas res, pro parte valere, pro parte non valere, secundum Reg. quòd utile per inutile vitietur; & si non valet, quod ago, non potest. *c. unico §. 1. in fine De dispensat. in 6. Quòd spectat, quòd dictum supra de Regularib. maritum solemniter professum, pariter aut in seia uxore, inuoluntè quidem professum, obstrictum tamen esse voto publici castitatis, quia eatenus in ejus castitate testate vivere, & se obligare. Quòd si in principali possibili adjectus fuerit modus possibilis, votum obligabit, & servandum erit in actu principali, modo selecto, quòd occidentalis non destruat substantiam, & in*

pedimentum in accessorio non redundet in principale, per textum in c. un. De consecrat. Eccl. in 6. Veluti si quis voverit iter Hierosolymitanum perficere genibus flexis. quod cum modo isto est impossibile, est tamen possibile sine modo: ut obliget ad principale iter, omisso modo impossibili adjecto, qui cum sit loco accessorii, non debet vitare principale Navarr. in Summa c. 12. nu. 43. Nisi tamen vovet nris intentio fuerit non obligari ad actum principalem sine tali modo: ex qua cum pendeat obligatio, potest illa connectere, quæ secundum se connexa non sunt, & nolle principale, nisi dependentes ab accessorio; vel nisi modus additus faciat ad minuendam materiæ difficultatem. Nam si notabiliter ex defectu voluntatis actus fiat difficilior, qui putabatur possibilis, non obligabit votum ex defectu voluntatis: veluti si quis voverit aliqua loca visitare equo, ut putabat possibile, cum non sit possibile, non tenetur pedibus iter facere. Vid. Suarez d. lib. 2. c. 2. nu. 10. & 11.

15 Q. II. An teneat votum non peccandi? R. Non peccandi mortaliter votum esse validum simpliciter, cum sit de re honesta & possibili, si non per naturam humanam, saltem per divinum auxilium imploratum: & quamvis sit difficile, non tamen ea difficultas tanta, ut reddat votum nullum. Quo modo Navarr. d. c. 12. nu. 65. dicit, violentem votum tale bis peccare: ut minus expediat ejusmodi votum, quod de occasione gravius peccandi, & rari sint, qui divine gratiæ ita cooperentur, ut nunquam peccent mortaliter. Est & votum non peccandi venialiter de re honesta, ut videatur non invalidum; difficilius tamen, quam præcedens, minusque expediens, nec consulendum. Ut non desinat, qui dicant esse nullum, propter impossibilitatem; quod verum est, si absolute fiat. Alias & hoc possibile erit divino auxilio: & obligabit ad vitanda peccata venialia, ex deliberatione & plena advertentia, cujus violatio non videtur excedere peccatum veniale, quod sit de re levi, secundum Navarr. loco cit. Azor. d. lib. 11. c. 13. qu. 4.

16 Oportet præterea res sit bona, in quam votum cadat; nam nemo potest obligari ad actum malum, tamquam ad impossibilem, l. Filius 15. D. De condit. Insti. sive sit malus ex

objecto, sive ex fine, aut adjuncto: quatenus tamen adjunctum est motivum principale, & primario intentum, quia reddit actum malum, atque ita votum nullum, tamquam cadens in materiam incapacem. Nam si primaria intentio feratur in actum bonum, adjunctum vero sive circumstantia secundaria intentione sit mala, tunc orietur obligatio ad ipsum actum, rejecta circumstantia, quia tunc in virtute duo sunt vota, quorum prius principale bonum est, & implendum, alterum secundarium malum, & inutile, ne utile per inutile vitetur. Sic vovens, si in duello liber & salvus evaserit, tenetur; è contra non tenetur vovens in casum, quo ex injusto bello victor revertetur, cum tale votum cooperetur ad finem injustum, atque ita judicetur stultum, Deo non gratum, cui nihil gratum, nisi quod bonum. can. In malis xxiv. q. 4. Suarez. d. lib. 2. c. 5. nu. 12. & seqq.

17 Ubi quaeritur Primò, An actus indifferentes sint materia voti? R. Non esse eatenus, quatenus sunt indifferentes, quod non sint secundum se boni, uti in voto requiritur; aut si non sint mali in individuo, non sunt tamen utiles ad divinum officium, quod est finis voti. Si tamen circumstantia contineat finem honestum, tenebit votum. Sic qui vovit non intrare aliquam domum, aut non transire aliquam plateam, inutile votum fecit. Si tamen ideo vovit, ut evitaret occasionem peccandi ibi obviam, votum tenebit, propter circumstantiam, quæ utilis est. Navarr. d. c. 12. nu. 28. Azor. d. c. 13. qu. 5. Suarez d. lib. 2. c. 4. nu. 3.

18 Q. II. An necessario eventura sit voti materia? R. Non esse, cum votum debeat esse circa rem, quæ eligi possit, aut omnitti: electio autem nulla circa ea, quæ necessario eventura, Et hoc, quatenus absolute talia sunt; nam si habeant ultimum liberum, aliud dicendum. Suarez d. lib. 2. c. 1. nu. 6.

19 Q. III. An actus boni, qui sunt sub præcepto? R. Non desse, qui negent esse materiam voti, quod ad eos sit sufficiens obligatio ex præcepto, ut per votum frustra inducatur nova; cum frustra promittatur alteri aliquid, quod non debetur, secundum ea, quæ tradit Jason in l. Qui bis 18. D. De verb. oblig. Veram tamen esse sententiam, tales actus ponere

Q q 2 mate-

materiam votivam licet sint aliquo modo necessarii, ratione præcepti, simpliciter tamen sunt voluntarii, & relictæ arbitrio communi, ejus libertatem non tollunt. Ut prior obligatio non omnino determinet voluntatem, aut seddat eam immobilem in proposito id faciendi, ad quod obligatur; ut maneat materia capax obligationis honestæ, & Deo gratæ. Quod facit, quod non repugnet, addi obligationem obligationi, & unam rem ex duabus causis deberi, *Instit. De legat. §. ex contrario* l. 4. licet unica præstatione satisfiat obligationi, *d. l. 18.* Quod præcipue procedit, si posterior obligatio addat firmitatem. *Jas. in d. l. 18. in fine*, uti in casu præfenti, in quo amplius determinatur voluntas, & immobilior redditur in proposito, veluti audiendi Missam die festo, non comedendi carnes die Veneris. Quo casu contraveniens non tantum erit reus præcepti, quod violavit, sed & fractionis voti. Et qui vovit castitatem, fornicando, non solum fornicationis peccatum incurrit, sed & voti violationem. *Vid. Suarez d. lib. 2. c. 6.*

20 Q. IV. Utrum circumstantia ridicula aut vana adjecta vitiet votum? R. Non videri, ne per accessorium vitietur principale, quod est bonum, *e. unic. De consecr. Eccl. in 6. contra juris regulam*, quæ non vult utile per inutile vitari: modo circumstantia accessoria non contineat motuum principale & primario intentum, quia tunc & principale vitaretur, secundum ea, quæ dicta sunt paulò antè *nu. 14. in fine.*

31 Q. V. An votum contra prius votum aut juramentum teneat? R. Non videri, quòd nequeat continere bonum, siquidem prius votum sit validum, & de meliori bono, ut posterius necessario contineat materiam meliori bono oppositam, atque ita nullum ex eo capite. Potest tamen & posterius valere contrarium priori, quod est de bono & honesto, si illud contineat bonum melioris ordinis, quod semper est exceptum.

22 Q. VI. An teneat votum rei quidem bonæ, sed cujus contrarium est melius? R. Non videri, quod votum videatur malum, utpote impediens à re meliori, aut inducens inhabilitatem ad statum perfectiorem: quod repugnet divinæ voluntati, cui omne votum debet esse conforme, ut habeat valorem, Ad

quem non est satis, quòd votum versetur in bonum & honestum; nam debet & deesse, quod non impediatur bonum melius, quæ quodcumque opus bonum, quod sine impedimento majoris boni fieri potest, licet in paratione non ad quodvis opus bonum, sed ad oppositum. *Navarr. d. c. 12. nu. 1. Suarez lib. 2. c. 9.*

Q. VII. An igitur actus contrahendi rationem ponat materiam voti? Dicendum, dictis, non posere, propterea quòd hoc modi vinculum inducat effectum repugnantem meliori bono, scilicet castitati, utpote atque ita sit impedimentum boni majoris, proinde non teneat. Ubi quis non recitaverit, juramento posse quem obligat ad continentium cum aliquo incedendum, ut dicitur *infra lib. 4. nam non ideo & voto ea vitantur*, licet major sit ejus obligatio, quam mentum sequitur naturam actus, cui obligatur; promissioni scilicet, quæ validè facta est, qui, quatenus sibi videtur hanc eam acceptat, licet non sit ex melioribus, tum verò sit Deo, cui non est res gratæ, sed dens meliorem, & altioris ordinis, Summen casus, quibus tale votum est validum, persona sit fragilis, ut ad vitandum consensum, judicio prudentium, melius illi fore habere, quam uti. Tali enim de causa emittitur votum validum erit, quia tali personæ simpliciter de meliori bono, & necessitate tale remedium, tamquam medicinæ, aut rem utilius, quam status religionis, & proinde Deo gratius. Non tamen ita validum, si excludat religionem, si forte per eam peccat, vovens se posse occurrere periculo incertitæ, aut id evitare, quia nunquam emittitur remedium melioris boni; sed in tantum obligat tale votum, ut, si melius non eligatur, illa, quæ vota est, acceptetur. Si tale votum sit emissum intuitu pietatis, & misericordiæ, ut si quis voverit ducere in tricem causa avertendi illam à peccato, quæ spectat ad opus meritorium, *e. inter 20. in sponsal.* aut virginem pauperem, cujus claratur integritas, ut ei subveniat. Nec votum videtur obligare absolute, cum ex clusione majoris boni, scilicet, status religionis, qui est perfectior, ut tantum obliget, ut

ducturus uxorem, talem ducere debeat, non etiam absolute obliget, quia esset impedimentum majoris boni, atque ita malum. Vid. Navar. d. c. 12. num. 43. Azor. d. c. 13. qu. 9. Suarez d. c. 9. nu. 2. & seqq. Quod de matrimonio dictum, idem obtinet in voto quocumque statu pio inferiore, quod scilicet non obliget inhabilitando ad statum altioris & perfectioris ordinis. Suarez. d. loco num. 23.

24 Q. VIII. Quid si vessetur votum circa obiectum includens partem bonam, partim malum? Resp. Votum tale obligare ad id, quod bonum est & licitum, seclusa malicia. Exemplum est in voto dandi elemosynam ex omnilucto; intelligitur enim hoc de justo tantum non etiam de iniusto. Navar. d. c. 12. num. 37. ponit exemplum in eo, qui se vovit nudum peregrinatum, quem recte vult teneri ad peregrinationem, non tamen nudum, quia hoc inhonestum est. Nisi tamen principalis ratio vovendi fuerit pravitas materiae, seu turpe motum; vel nisi intentionem vovens constet fuisse, non obligari ad unam partem sine connectione alterius, secundum dicta supra, eod. n. 14. in fine.

25 Q. IX. An omisio bonorum actuum ponat materiam voti? Resp. Non ponere, quod ea contineat remotionem melioris boni, veluti non jejuandi, non ingrediendi, non suscipiendi Ordines, aut simile quid. Nisi sit negatio talis actus boni operis, qui neque in consilio est, neque in precepto: ut non ponat materiam voti, veluti inire matrimonium, quod licet sit bonum, quia tamen est impeditivum majoris boni non est materia voti, secundum dicta pauld ante. Ut negatio ejus causet liberiores occasionem majoris boni, sublato impedimento, quod actus ipse ponere potuisset, Suarez 2. d. Voto c. 19.

De Forma Voti.

26 F. Orma voti est in promissione, quae est quasi quidam contractus inter Deum & hominem: ut solus conceptus nullam inducat obligationem, ut nec propositum d. c. 3. h. 1. cum proponens non promittat, sed prius statuerit promittere. Quod est diversum a promissione, quae praesupponit voluntatem, et

qua causatur obligatio, cum propositum necdum ponat voluntatem: ut d. c. 3. Pontifex, agens de eo, qui proposuerat habitum Religionis suscipere, dicat, si plus non est in voto processum, eum, qui propositum habuit, non posse dici voti transgressorem, non implendo propositum: & Abbas ibid. num. 3. non obligare solum propositum, nisi ad sit animus se firmiter obligandi, juxta textum in c. consulti sup. de regularib. c. 4. eod. tit. in 6. Suarez, lib. 1. de Voto c. 2. c. 4. n. 3.

Oportet autem promissio sit deliberata; 27 nam ubi rationis usus abest, non tenebitur vovens, cum quod agat non advertat. Unde dictum supra, non teneri nisi dolo capaces, & pro temporis dispositione usu rationis pollebentes.

28 Ubi quaesitum, An votum subita animi perturbatione emissum teneat? Resp. Esse, qui velint, calore iracundiae, & ut alio animi motu emissum non obligare, si cessante calore aut motu, vovens non fuisset emissurus, propterea quod calor iste aut motus faciat deesse debitam deliberationem Gl. in c. dudum 20. V. calore sup. de convers. conjug. Quae opinio probari potest, si talis sit calor & commotio animi, per quam omnino cesset iudicium rationis, ut commissum eo tempore ne quidem peccatum poneret, c. sicut 15. sup. de Regularib. Alias communiter ista commotio aut calor iracundiae non impedit usum rationis ac deliberationis, cum & eo tempore commissa peccatum ponant, ut patet ex c. sicut 13. sup. de iurojur. Ut dicendum sit, votum obligare, tamquam factum ex sufficiente deliberatione, Quam non faciet videri defuisse confessum subsecuta poenitentia, cum & sapienter eorum, quae magna cum deliberatione sunt gesta, poenitere faciat inconstans, & levis hominum voluntas. Nihil facit c. 3. b. 2. nam in eo non causatur nullitas voti ex perturbatione, verum ex eo, quod nulla praecesserit promissio, sed tantum fuerit propositum. Vid. Gutierrez. lib. 2. san. quast. c. 22. n. 14. Azor d. lib. 11. c. 15. qu. 5. Sauch. De matrim. lib. 1. Disj. 8. num. 8.

29 Alia quaestio est, An in dubio praesumendum sit, debitam adfuisse deliberationem? R. Esse qui negent, hoc argumento, quod in dubio melior sit conditio voluntatis libertatem possi-

Q 9 3 possi-

possidentis: contra tamen tutius videri, pro voto præsumendum esse, eo quòd, cum raro contingat defectus deliberationis requisitæ, præsumendum sit pro ea: qualitas enim quæ homini inest, semper ad esse præsumitur. Nec est hoc in eventu possessio tam pro libertate voluntatis, quam potius pro voto, quod certum est, emissum esse; dubitatur autem de deliberatione, pro qua stat votum, quot præsumitur temerè emissum. Quod si de voti emissionem dubitaretur, præsumendum esset pro libertatis possessione, Sanchez. *d. disp. s. num. 10. & ad decal. lib. 4. c. 1. num. 12.*

³⁰ Adit præterea intentio obligandi se, alias votum frustra emittitur, *Gl. in d. c. 12.* Fundatur enim omnis obligatio in consensu interiori; quo deficiente, exterior actus non potest dici validus. Imò interior intentio non implicat repugnantiam cum exteriori promissione, quæ absolute denotat obligationem, sine qua frustra est promissio. Tollit autem absolute obligationem interior intentio, ut talis videatur ludere Deum, non sine peccato, ob irreverentiam, quæ Deo fit.

Ubi quaeritur, an talis obligetur? R. Non obligari in conscientia, quia obligatio non inducitur nisi per verum votum, quale hoc in casu non ponitur: neque poterit vovens cogi isto in foro ad voti observationem, creditur enim eo in foro homini tam pro se, quam contra se. Quantum ad forum exterius, si constet votum esse factum; potest per Ecclesiam vovens cogi ad votum observandum, quia Ecclesia de occultis non iudicat, neque fidem tenetur habere dicenti se se votum emisisse, quia propriam allegans turpitudinem non audiendus. Quòd sicut *c. Per suas sup. de probat.* indignum esse, juxta legitimam sanctionem, ut quod quisque sua voce dilucide est protestatus, valeat proprio testi monio infirmare; sequeretur enim inde, nulla pœta, nullas promissiones firmas esse. Vid. Suarez. *t. de voto c. 3. n. 6. & 12.*

³¹ Iterum quaeritur, An necesse sit, ut vovens habeat intentionem implendi, quod voverit? R. Intentionem non implendi nihil impedire obligationis ortum, quæ hoc ipso ponitur quo voverit, ut nō animo se obligandi. Ut nihil faciat intentio non implendi, quæ obligatio-

nem non impedit, ut pote illi non constet, quamvis factat votum non fieri honestè. Sic suscipiens Ordinem sacrum, intentionem servandi castitatem, aut qui dicitur cubinam habet, nihilominus validè tenetur votum, Ordini sacro annexum. Vid. Azor. *qu. 8. Suar. lib. 1. de voto. c. 4.*

Requiritur etiam ad votum, ut liberè missum. Neque enim coacta vota acceptantur, qui non vult coacta sacrificia, & obligatur nisi quod bonum, nihil autem bonum quod voluntarium. * Ubi requiritur, ut iustus, qui voti effectum impediatur, non constantem vitium; gravis alicujus malore supra, *tit. de his qua vi vel metu &c.* si nō ab actione hominis injuriola, sed extorquendum: nam causatus ex immo mali provientis ex causis naturalibus, gravi morbo, periculo naufragii, mortis, la crimialis, non impedit voti obligationem. Navarr. in *Summa c. 12. n. 4. 2.* cum talis nocet gravissimus, non tollat simpliciter rem, nec ponat involuntarium: ut obligetur Deo non obligetur vovens, qui tamen elegit ad finem evitandi malum immunitate, dicitur ad extorquendum votum non dirigatur, nihil obstat metus per incussum, licet per injuriam, cum extorrior, & proxima causa sit libera, quæ à se impellatur ad vovendum: quantum ad se qui tædio magno mali, quod in corpore, v. g. apud Turcas, injustissime pariter emittunt, obligantur, cum injuria nihil impediatur voti libertatem. Quòd datum aut promissum alteri in votum, causa evitandi periculi, etiam imminens, dicitur non pertinere ad votum. Quod metus causa gestum erit, *l. Metus D. quod metus caus. Nav. d. loco. Suar. t. d. c. 7. n. 10. & passim.*

Quaestio autem est, An metus iustus ad extorquendum votum inchoatum annullat jure naturæ? R. Ita aliqui. Primum argumento matrimonii, quod facit metus, ut infra dicitur: eadem ratio est in voto. I. Quòd non deest Deo nisi sacrificium voluntarium. III. Quod metus contineat injuriam, nemo annul-
beat obligari ex injuria. Verius tamen

jure non esse votum irritum, cum nulla ratio urgens dari possit. Nam si qua daretur, esset, quia metus ponat simpliciter involuntarium; quod est falsum, ut patet ex dictis supra, de his qua vi &c. ubi dictum, coactam voluntatem esse voluntatem, & stricto jure obligare. Nec obstat primum argumentum, ductum à matrimonio, quia probabilis est, matrimonium metu irritum non esse irritum jure naturæ, sed Ecclesiastico tantum. Et ut esset, non eadem est ratio, quod matrimonium sit contractus humanus inter homines, inter quos injuria posset esse sufficiens causa irritationis. Item in eo sunt onera, ratione quorum videtur requiri major libertas. Non obstat secundum, quia procedit in casu involuntarii simpliciter, non est autem tale hoc in casu. Non obstat tertium, nam injuria quidem est in eo, qui votum extorquet per metum, quia non impedit, quod minus Deo quaratur jus per voventem, qui voventem vitam redemit, quam alias amisisset. Vid. Suarez de voto. c. 7.

36 Q. II. An votum irritet metus jure Ecclesiastico? R. Votum solemnè jure isto esse irritum, ut patet ex c. 1. sup. de his qua vi &c. quod satis indicat, adductum timore mortis non obligat ex voto: desiderat enim hoc jus summam in voto libertatem, propter difficiles exitus, quos facile causat metus in statu perpetuo. Simplex votum posset videri non tam irritum, quam irritandum esse, quia d. c. 1. tantum loquitur de voto solemnè, cum ibi fiat mentio religiosæ professionis. Ut, cum hæc irritatio pendat ex Ecclesiastico statuto, non sit trahenda ad ea, super quibus non disposuit Ecclesia; spectat enim ad odia, quæ potius restringenda, quam extendenda. Videtur tamen communis receptum, etiam votum simplex irritati per Ecclesiam.

37 Q. III. An metus reverentialis ponat irritum votum? R. Per metum talem non irritati matrimonium, secundum plerosque, per textum in l. si pater D. de ritu nupt. ubi dicitur, filium, qui patre cogente duxit uxorem, videri hoc maluisse, licet, si sui arbitrii fuisset, non duxisset. Contrarium aliquos in voto sentire, quod hoc plenissimam requirat libertatem. Verum idem & in voto dicendum, cum sola reverentia non sit justa causa irritationis, ut patet ex c. fin. inf.

Qui Clerici vel voventes &c. ubi votum emissum præcepto parentum non est nullum. Facit, quod metus iste, non sit cadens in constantem virum. Abbas in c. cum virum num. 8. sup. de Regularib. Covar. de matrim. p. 2. c. 3. §. 6. num. 7. & 8. Nihil enim habet coactionis, obsequi parentum præcepto: nisi tamen ultra istum metum adsint mixta, aut alia violentiæ incussio, quæ libertatem auferendo instrumentum causaret, per text. in can. Puella XX. q. 1. & in can. Presens XX. q. 3. quibus in locis ultra metum reverentiam ad est & coactio. Atque ita, posito, eandem requiri libertatem in voto & matrimonio, idem in utroque casu jus ponendum erit. Vide Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 6. qu. 2. Hæc de metu.

38 Quæstio est & de dolo, errore seu ignorantia, An hæc votum viciant, aut irritum ponant? R. Dolum & errorem sive ignorantiam in eo solum differre, quod dolum dicat actionem sive deceptionem injuriosam, per quam proximus in errorem inducitur: error autem abstractat ab injuria vel deceptione alterius, cum possit ex naturalibus causis, aut aliis contingentibus evenire. Non videtur autem quid facere ratio injuriæ, quod minus sit gravis respectu Dei, ad invalidandum votum illi factum, extortum licet dolo alterius; per quem quidem injuria facta est, non tamen per Deum, cui votum fit: à quo etiam acceptatum sine injuria, quatenus plena voluntate factum, cum spectet potius ad honorem Dei, & bonum ipsius voventis. Quod faciunt varia jura, ut c. Dudum sup. de convers. conjug. ubi dolo inducta ad voventem nihilominus validè vivit, Gl. & Abbas ibid. Et Gloss. fin. in cap. cum dilectus sup. De his qua vi &c. tradit, quod in spiritualibus, etiam si dolo det causam contractui, non tamen subveniatur dolum passo. Quod & ipsum adferit Gl. 2. in can. Constituit XX. q. 3. dans in eo diversitatem inter metum & dolum, quod ille faciat contractum irritati, non hic, saltem jure Canonico in spiritualibus. Verum ista non ita simpliciter procedere dicenda, cum ratione erroris sive ignorantia causata per dolum occultetur objectum: quo occultato, non potest voluntas in illud ferri, quia nihil volitum, nisi præcognitum, Ut hic non tam dolo sit considerandus quam

quam ratio ignorantiae sive erroris, ejusve conditio, circa substantiam sit voti, circa causam finalem, an impulsivam, levis an gravis.

39 Dicendum itaque, si votum fuerit emissum per ignorantiam proprietatis ipsius voti, & conditionis ejus substantialis, impeditur ejus valor: ut si vovens nesciat voti obligationem, & per votum non induci aliquam obligationem; quia tum res ipsa & substantia ignoratur, ut sit sine effectu votum, tamquam non voluntarium, cum non possit voluntas fieri in incognitum. Nisi tamen ignorans voti naturam, confusus velit illud facere, prout in se est, vel prout alii faciunt, quia per ejusmodi intentionem depellitur ignorantia; aut, ea non obstante, vult quis votum ex intentione generali, ut non superfit, quo excusetur ab ejus obligatione, argumento exemptionis - venditionis, quae facta per aversionem, de qua *D. de commodo & peric. rei vend.* Similiter & impeditur effectus, si vovens ignoraverit conditiones substantiales, nam ista ignorantia causarum involuntarium.

40 Idem dicendum, si error versetur circa circumstantiam gravissimam, juxta rei qualitatem, ut moraliter videatur pertinere ad substantiam, V. G. si quis voveat iter Hierosolymitanum, existimans sine navi eò venire posse, aut Romanum, persuasum habens parum distare, aut simile quid: tollit enim & talis ignorantia voluntatem, cui nihil est magis contrarium, quam error, *l. si per errorem D. de jurisd.* quia ejusmodi circumstantia praescita avertit à vovendo. Secus dicendum, si circumstantia levis aut impertinens, nam cum non sufficiat ad causandum involuntarium, non ponet etiam votum nullum. In iudicandis autem his circumstantiis, gravis sint an levis, arbitrio prudentis utendum.

41 Quoad errorem circa causam, ille tum demum ponet votum irritum, si fuerit propria & finalis, & quasi ratio formalis movens ad vovendum. Ratio est, quod ejusmodi causa pertineat ad formale & substantiale objectum voti, circa quod error facit tolli objectum formale, & consequenter deficere intentionem. V. G. si quis voveat dare

alicui elemosinam, quia pauper sit, non tenebitur, si eum divitem intelligat: pauper enim est praecipua & formalis causa vovendi elemosinae, ut ejus defectus excusetur a vovendi obligatione.

Si vero error fuerit circa causam instrumentalem, aut occasionalem, non potest dici defectus consensus, atque ita votum tenebitur, cum ista non pertineat ad substantiam voti, sine illa maneat integer consensus. Exemplum est in *c. magne. 14. sub. de consecr.* ubi mulier vovere inducitur per causam illam quidem, sed tam inductivam, proinde à proposito castitatis recedere. Nam error circa talem causam non est de re pertinet ad substantiam voti, sed de motivo quodammodo occasione extrinseca & remota, ad quam possunt spectare dicta de causa, cum ejusmodi causa sit impropria & abusiva. *Tract. causa cessante, limit. 15. num. 5.* Non tamen tali causa inductus taliter adducitur, ut, si scivisset non subesse illam causam, non fuisset votum emissurus. Et hoc, si illa ratio formaliter & virtute cadat sub vovendi nem voventis; V. G. si vovens daret elemosinam, ut pauperi, habere tamen conditionem in iustam in virtute vovendi, si praesertim Titium esse futurum malae vitae: non daret elemosinam, quia ista conditio facit votum restrictum ad certum casum, ultra quem non extenditur, si dum illud generale, quod actus agentis extendatur ultra illorum intentionem, si vovens non addiciatur quidem erga pauperes hominum, etiam pauperum, si tamen voverit dare illi ut pauperi, talis conditio apposta, tenetur ex voto, si praeservisset talem non fuisse datum, & promissurum. Nam quod sit talis, non quo minus teneatur ad elemosinam promissam, cum sit verè pauper, super quo datur votum non continens aliam conditionem. Vide plura hac de re apud Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 9.* & Suarez *de voto lib. 1. n. 14.*

Dicta non tantum procedunt in ignorantia invincibiliter, verum & vincibiliter, non tamen tam voluntate directa, quam indirecta, quia licet in ordine ad peccatum circumstantiale

tenetur quis adhibere diligentiam, ut ignorantiam prius expellat, alias iudicabitur ignorantia voluntaria, quamvis indiretè; non tamen & in ordine ad votum tenetur quis ad eam diligentiam eximere omnes condiciones, quas simpliciter modo existimare inesse rei promissæ. Nulla enim lego de tali ignorantia constat, ideoque ea non tam dicenda voluntaria, quam permixta, non sufficiens, ut votum censetur voluntarium, etiam quoad conditionem ignorantiam. Quod si directè velit ignorare, rectè dicitur obligari voti, cum talis censetur habere voluntatem qualicumque conditione se obligandi: nisi timor humanus vel alius respectus excuset negligentiam examinandi diligentius rem; faciet enim non teneri voluntatem ultra intentionem suam. Suarez. *d. lib. 1. c. 12. n. 4.*

44. Quæ ita omnino procedat quoad votum simplex; nam quantum ad solemne, illud per errorem causæ non vitari videtur. Cujus ratio est in electione status firmi & indissolubilis, absolute & citra appositionem ullius conditionis facta, secundum congruentem modum statui permanenti: quem convelli ex causa non tangente ejus substantiam dissentaneum foret rationi, & daret scandala, & cederet detrimento gravi Reipubl. Quod idem ex eadem ratione in matrimonio statutum, ut non alius error ei obstat, quam personæ & conditionis, ut dicitur *infra lib. seq. tit. 5.* Et si aliud sit in sponsalibus, quæ vitiat error multiplex: ut & votum simplex, quod hac in parte comparatur sponsalibus, votum vero solemne matrimonio, ratione perfectioris status, Sanchez. *d. disp. 10. n. 20.*

45. Effectus voti est, inducere obligationem in conscientia: Estque hoc ex fide, & probatur variis locis factæ Scripturæ, quæ vota Deo reddi volunt. Ubi etiam acceptatio Dei intervenit, qui omnia vota, licita & honesta, ideoque sibi placencia acceptate censetur. Nec obstat, quod promissio homini absentis facta non obliget ante acceptationem, uti dictum supra *de donat. n. 9.* Nam Deus non est absens & statim agnoscit vota, quoties talia sunt, ut obligate possint, ut constat per Scripturam, in qua dicitur, *Vovete & reddite.* Unde non potest votum dici pollicitatio pura, quæ est solius effectus promissum, secundum *l. 3. d. de pollicitat.*

cum fiat per modum pacti cum Deo: & ut ponatur pollicitatio esse, non minus obligationem ex voto tenebitur servare vovens, quam tenetur ex publicatione quis Reipublicæ. Vid. Suarez. *4. de voto c. 1. §. 2.*

Gravis autè ex suo genere est ista obligatio, cum nascatur ex divino præcepto, quale gravissimum est, quando est de actu vel materia gravi, ut ejus transgressio possit esse mortalis. Transgressio enim præcepti divini circa gravem materiam peccato mortali inficitur, si materia fuerit parva, probabilis sit, non nisi peccatum veniale inducere ipsius transgressionem, quia votum de re aliqua non obligat aliter, quam lex à Deo vel Ecclesia lata circa illam re. Lex autem circa exiguum materiam non obligat sub mortali: generalis enim habet regulam, ut peccatum judicetur secundum materiam. In moralibus autem parvum quasi pro nihilo reputatur: & deinde quod minor est materia præcepti, eo minor irreverentia committitur contra præcipientem. Vid. Suarez. *5. de voto c. 4. §. 5.* & Sanchez. *in Decal. lib. 4. c. 11. n. 5.*

Ubi quæri possit, An vovens in materia gravi, possit nolle obligari sub mortali? R. Aliorum esse sententiam, votum circa materiam gravem non posse limitari quoad peccatum per ipsum voventem. I. Quod in potestate voluntatis sit quidem vovere, non tamen ipsa obligatio, quæ ex lege divina sequitur. II. Quod non sit in potestate jurantis promissionem gravem, jurare quidem velle non tamen obligari graviter. Quæ sententia ut possit videri probabilis, contraria tamen probabilior, scilicet quod vovens rem gravem, vefuri continentiam, si faciat cum hac limitatione, quod non intendat se obligare nisi venialiter, non gravius ex voto obligetur. Ratio est, quod licet obligatio sit de essentia voti, non tamen obligatio sub mortali, ut possit minui. Facit, quod legislator in materia gravi possit tantum obligare sub veniali: quod idem potest vovens, qui sibi legem potest ponere. Navarr. *c. 23. n. 49.* Sanchez. *De matrim. Disp. 9. Dubio 1. n. 6.*

Ad primum argumentum Resp. quod non solum vovere, aut non vovere, sit in arbitrio voventis, sed & vovere simpliciter & secundum quid: nam ut obligatio voti nascitur ex

Rc

volunt-

voluntate vovens, ita & modus obligationis. Ad secundum, juramentum non esse directum ad obligandum, sed ad confirmandam veritatem in divino testimonio, ex quo naturaliter sequitur obligatio, etiam si nolit homo, cum in juramento non detur magis vel minus. Votum vero directe tendit ad obligandum se Deo, recipiens maius & minus secundum intentionem se obligare volentis.

48. E contra quaeritur, An ex materia levi quis vovendo se possit obstringere sub reatu mortali? R. Id posse videri, ex dictis, quod eadem videatur ratio in additione obligationis, quae est in diminutione. Ut ergo diminueri potest obligationem voti in re gravi, quidni & eam augere in re levi? Videtur tamen ei obviare, quod verisimile non sit, Deum totam obligationem acceptare, quia non est durus exactor, & omnis obligatio requirit materiam capacem, qualis non est ista. Ut non obstant dicta in prioribus quaestione, quia omnis materia capax gravioris obligationis, est etiam capax minoris, non e contra, materia capax tantum levioris obligationis est etiam capax gravioris: ut videatur talis obligatio excedere potestatem vovens, quo modo & aliqui istam obligationem stultam vocant. Nisi tamen talis materia haberet aliquam utilitatem spiritualem, seu in ordine ad perfectionem, respectu talis personae, quia ex illo capite posset votum videri non omnino irrationabile.

Itaque ex suo genere transgressio voti continet reatum mortalem, nisi, uti dictum est, levitas materiae ab eo excuset: quia in re prudenti arbitrio utendum, pensatis conditionibus personarum & circumstantiis aliis, respectu talis materiae.

49. Quid si iterentur leves transgressiones? R. Quando actus leves iterati sunt omnino distincti per multiplicationem ipsorum actuum, non fieri gravem transgressionem, quae mortali reatu obnoxium reddat: sunt enim tantum plures transgressiones leves, quarum cumulus vel multitudo nunquam ponitur in transgressionem. Et hoc, quando ex multis non componitur unus actus, argumento peccati venialis, quod repetitum non ponit reatum mortalem, quia repetita non tendunt ullo modo ad unum actum componendum. Sua-

rez s. de voto c. s. v. g. Si contra votum mittendi levem partem Missae, aut effusi vini, quis saepius in diversis Missis, aut effusi omittat levem partem, non constituitur in reatu mortalem. Idem in voto jejunii die vitando etiam levem sumptum cibi, si in diversis diebus contra hoc peccatum sumpto levi cibo, quia in diversis diebus transgressio non colligatur una cum alia, quae facit, si quis in Festis operetur leviter, reatu mortale non pertingat, non ideo mortali dicitur, quia diversis Festis repetitum, videtur supra De feriis n. 29.

Quid si plures actus licet distincti dantur ad unum actum componendum, an multis unus conficitur? Suppositis praedictis per posteriorem consummabitur actus, si gravis in materia gravi ponit peccatum mortale. Nam cum sit actus unus & gravis, ad ad constituendum mortalem culpam, unum actum supra ad d. rit. de feriis, de eo, qui in die festo facit actus serviles, quorum nonnulli non sufficiunt ad culpam mortalem, si tamen sumpti sufficiunt, ut & qui die jejunii plus panem sumit, quod repetitum ponit transgressionem jejunii. Sic & in voto legalitatis Canonicae omisso unius Plurima quod die non ponit culpam mortalem, si tamen die in diversis horis contingat talis omnia surget gravis transgressio.

Quid si dubitet quis, num venerit ad votum? R. Id aliquos adfirmare, hoc agendum, quod in dubio facti, ut hic, sit tutius eligenda. Probatum est ad audientiam in homicid. c. de iurvenis, inf. de sponsal. Factum quod dubius se exponat periculo mandandi votum, si cum dubio operetur. An contra negare teneat ad observandum votum, qui dubitat per Gl. c. ex parte in d. de rebus, quae vult in dubiis liberum esse sequi, si placuerit. Et facit pro eo textus iste, quod in dubio minimum eligi possit permissum, quod obligatio voti sit onerosa, unde determinanda. Dicendum, si post mortalem iniquitatem dubius quis maneat de voto emisso, non possit ferre probabile iudicium an illud operetur, nec ne, non teneat ad eius observandum ex ratione, quod in dubiis sit melior conditio possidentis, c. in pari de R. I. in 6. de rebus.

regula non tantum habet locum in materia iustitiae, sed & in aliis; posita enim generaliter & absolute. Facit, quod obligatio voti sit onerosa & odiosa, ideoque restringenda, non amplianda. Item facit, quod nemo cogatur solvere quid, nisi probetur debere non minus in foro conscientiae, quam externo: dubius autem non probatur debere quatenus talis. Facit etiam, quod in dubiis sit benignior facienda interpretatio, juxta d. c. ex parte nihil facit d. c. 12 quia loquitur de irregularitate, in qua expressum est, in dubio casu homicidii commissi, praestare abstinerere. Nihil etiam facit d. c. iurvenis, quia loquitur in dubio practico, scilicet quando posito dubio dubitatur. An bene vel male agat, quia tum agens contrarium peccat: in quo & obtinet regula, in dubiis tutiorem partem esse eligendam. Contra statuendum in dubio speculativo, quando scilicet super voto quidem dubitatur, quis, non tamen an bene vel male agat, an secundum dictamen certum practice putet non esse peccatum: & de hoc dubio accipienda sunt paulo ante dicta. Vid. Navar. Conf. 26 n. 2. h. t. Azor. p. 1. lib. 2. c. 19 q. 10. Sanch. De matrim. l. 2. disp. 41. qu. 3. Suarez. de Voto lib. 4. c. 5. & de Censuris disp. 40. sect. 6.

51 Quid si votum quidem sit certum, dubitetur tamen de eius duratione, aut valore? R. Hoc pendere ex accidentibus & impedimentis, quae subsunt. v. g. Quando quis ante pubertatem vovit, in dubio iudicandum est, votum esse infirmum seu irritabile, ut impubes illud non servans sit extra peccatum; quia non facile iudicanda sunt onera, favores autem ampliandi, secundum regulam, possidentis esse meliorem conditionem. Quod si dubium fuerit ex causa intentionis, an scilicet vovens intenderit obligationem; cum sufficienti usu rationis. Primo, quod ad intentionem attinet, si circa voti verba dubium sit, an sint prolata ad significandam promissionem, an vero propositum tunc, facto debito examine suae intentionis, si vovens nequeat certior reddi, nec certum prof. ire iudicium, spectanda est proprietate & vis verborum: ut, si in rigore & proprietate non significant promissionem, dicendum sit, non obligare. Idem & si verba sint ambigua, quia in ambiguis benignior sumitur interpretatio. Si vero significant promissionem, & non constet posi-

tivè de intentione, observandum erit votum, cum verba sint sufficientia signa animi, ubi contrarium non constat: nemo enim praesumitur dicere, quod non sentit, l. Labeo D. de supel. leg. Et solent verba accipi contra proferentem, cui imputandum, quod ea apertius non dixerit, l. Veteribus D. de precario. l. Labeo 21. D. de contrah. empt. Secundo, quoad usum rationis, si agatur de naturali defectu, ad utendum ratione, ut in pueris, non est attendenda sola aetas, quia etiam ante pubertatem potest adesse iudicium sufficiens ad obligationem voti, etiam ante septennium: ut votum ante factum, si constet de doli capacitate, obliget. Si autem de ea re non constet, praesumitur non adfuisse capacitas, atque ita votum ante factum non tenere. Post septennium, cum sponsalia teneant, ut videatur esse usus rationis, dicendum videtur etiam votum tenere nisi conjecturae faciant in contrarium, secundum c. puberes inf. de desponsat. impub. Atque ita in dubio dicitur votum non obligare. Sanch. d. loco, n. 39.

Si impedimentum fuerit accidentarium, usum ad ratiocinandum auferens, ut somnus, ebrietas, aut simile quid dubium super impedimento facit etiam dubium votum, atque ita non obligabit, cum de eius valore dubitetur, & in dubio sit prior possidentis conditio. Sunt eiusmodi impedimenta, licet non perpetua, naturalia tamen, suppositis causis, operantia defectum sensus. Quoad subitam passionem aut praecipitationem, votum ex transeunte occasione non videtur in eadem esse causa, quod non absorbeat usum rationis ista commotio, ita ut tollat libertatem sufficientem ad peccandum, sed solum perfectam deliberationem, atque ideo non sufficiens dubium impediens obligationem voti. Nam licet interdum passio tollat usum rationis, raro tamen contingit, ut non praesumi nequeat, sed probari debeat. Abbas in c. dudum sup. de controverf. conjug. n. 8. Felin. in c. Sicut ex listeris n. 3. sup. de de iurejur. quo probato, dicendum erit, votum non obligare factum a carente usu rationis. Vid. Suar. d. l. 4. c. 6.

Quid si dubitetur, an materia voti sit licita? R. Posse videri, nec tunc obligare votum propter periculum peccandi in casu, quo esset illicitum.



gatio. Quæ opinio pro cedit in causa finali, quæ sola facit cessare votum, quod in tali causa fundatum. Et in tali votum est, paria esse, ab initio nullam fuisse causam, & aliquam quidem fuisse, sed finitam esse, *l. 1. d. de condit. sine causa*, quod si sit tamquam finis adæquatus, cuius cessatio facit actum cessare, tamquam substantia ejus deficiente, & motivo principali. Sic qui votum alieni indies dare elemosynam, quia pauper est, si divitem cognoscat, non tenetur, quia principalis & finalis causa cessat. Aliud est, si tantum fuerit causa impulsiva, cuius cessatio non facit cessare voti obligationem, cum permaneat principale motivum, & tota materia voti, & honestas & utilitas ejus in ordine ad divitem, qui primatio intentus. Exempla sunt in *c. Ex parte 14. & c. Dudum sup. De convers. conjug. c. Magna 7. h. t.* Quod, sublata causa finali, impulsiva maneat, nihil facit ad voti obligationem, quia ejus propria materia deest.

56 Alia quaestio, An votens jejunare sextis Feriis, teneatur, incidente in illas Natali Domini? R. Non esse dubium, quando quis votum specialiter tunc jejunare, non etiam generaliter, cum intentione includendi illum diem, qui obligetur ex voto jejunare isto die, & carere carnibus, *c. fin. inf. De observat. jejun.* Nam licet Ecclesia permittat esum carnis illo die, non tamen prohibet ab iis abstinere. Tantum est dubium, quando votum generale factum est, sine advertentia ad illum diem. Ubi adfirmant aliqui, propterea quod illa circumstantia sit accidentaria, respectu voti, ut, non obstante illa, votum teneat. Nam ignorantia extrinsecarum circumstantiarum non tollit voluntarium, & deinde votum fuit generale, non limitatum. Abbas in *d. c. fin.* Generaliter autem & absolute promissa, absolute etiam implenda. Aliis tamen è contra videtur Joan. And. *d. c. fin. Molina tract. 2. Disp. 272.* ex ratione, quod in generali concessione non veniant ea, quæ quis in specie non esset concessurus; *In generali De R. l. in 6.* Ut sic votens videatur intendere illas Ferias sextas, in quibus Ecclesia à carnibus abstinendum esse sanxit. Nec obstat, quod abstinentia à carnibus tunc sit præcepto; nam & ea, quæ sunt præcepti, voti possunt, ut dictum su-

præ. Præterea ita votet abstinentiam à carnibus illo die, dat formam jejunii, ratione diei, atque ita supposita necessitate abstinendi à carnibus. Quod si tamen quis voterit numquam vesci carnibus, absolute tenetur ex voto absoluto. Si tantum sextis Feriis, idem dicendum, nisi occasio aliud velit, v. g. occasione hæreticorum, ne facile observantiam Ecclesiasticam violet. Idem etiam dicendum de perpetuo voto jejunii aut sextis feriis, pro vita sua; nam ut absolute votum, ita & absolute tenetur, sine exceptione, cum ejusmodi circumstantia superveniens non mutet jejunium: ut faciat speciale casum.

57 Quæstio etiam est, An votum obliget cum periculo vitæ, aut jactura honorum famæ? R. Votum generaliter emissum, non habet rationem ad tale periculum aut jacturam, occurrente tali casu, non obligare, quod tunc observatio voti moraliter sit impossibilis, vel ad eod diffici- lis, ut discrimen istud faciat cessare intentionem. Facit, quod non licitum in lege faciat licitum necessitas, quæ legem non habet, *c. 2. De observ. jejun.* Facit & argumentum à juramento promissorio sumptum, quod non obligat cum tanta necessitate, *c. Querelam sup. de jur. et.* Si tamen de alia intentione constet ex conjecturis, dicendum est, votum etiam obligare cum tali periculo, modo sit rationalis & prudens, ut non est licitum homini prodigere sine causa vitam suam, aut famam, nec tale votum Deo gratum. Potest autem honestum esse votum, & magnæ perfectionis, cum non teneatur semper quilibet conservare vitam tantâ diligentia, nec fugere omnia pericula mortis. Sic tenet votum serviendi Hospitali, sine imitatione; tenebit enim etiam in casu, quo ex contagione imminet periculum mortis. Suarez *4. de Voto c. 20.*

58 Obligat itaque votum ipsum votentem, non alium; neque enim alter per alterum pot. st. adferri iniqua conditio.

59 Unde solvitur quaestio, An impuberes obligati Religioni per parentes teneantur ad votum? R. Hoc posse quidem videri, ex eo, quod votum jejunii per populum obliget etiam infantes: & ex ratione, quod voluntas unius moraliter interdum continetur in voluntate alterius, ut voluntas filii in voluntate pa-

tris. Dicendum tamen, solere quidem parentes offerre liberos Religioni, non tamen eosdem eidem obstringi, cum votum contineat promissionem personalem, quæ debet procedere ex proprio actu, & voluntate, quæ immediatè nititur; quæ cum non sit in impubere doli incapace, non est, quod obstringatur voto, donec in ætate adulta consentiat. Facit eò textus *can. Praesens xx. qu. 3* ubi monasterialibus disciplinis nullus subicitur in vitus. Est autem in vitus ille, cui deest consensus. Videtur ob stare, quòd infantes suscipiãt characterem fidei per offerentes eos ad baptismum, ut etiam videantur posse obstringi voto per parentes, tutores: nam est diversitas inter hæc, quòd professio fidei sit immediatè ex obligatione divinæ legis, quam Christus potuit imponere sola sua voluntate; voti autem obligatio relicta arbitrio hominis, à cuius propria voluntate debet emanare, ut teneat. Vid. Suarez *3. de Voto c. 2. num. 3. §. 8. & Basil. Pontius De matrim. lib. 7. c. 5. nu. 10. & seqq.*

60 Quod autem obligatio non tenet alios, quam voventem, præcipuè procedit in personalibus votis, quæ personalia personam non egrediuntur. Ad eò ut, si vovens personale quid, ut operas suas in subsidium & servitium rei piæ, in persona sua impediatur, vel per ætatem, morbum, aut quid simile, non teneatur per alium servitium exhibere, quia actio illa simpliciter est personalis. Quod autem sit promissa in subsidium, vel ratione cultus divini, non mutat naturam voti personalis. Excepti tamen casus, de quibus Navarr. *cap. 12. nu. 55.* veluti si sua culpa est factus impotens, ne ex sua culpa lucrum reportet, cuius tamen contrarium sentire ibidem videtur; aut vovet, quod per se præstare non potest: aut demique ex vero simili teneat per se aut per alium vult præstari.

61 Q. An hæres teneatur ad vota defuncti, ab ipso non impleta? R. Neutiquam teneri ad vota personalia, si sit filius, si ve externus. Nam licet representet personam defuncti, vere tamen ab eo est distincta persona, quæ promissione alterius formaliter obligari non potuit. Eiusmodi enim promissio ducit respectum ad propriam voluntatem, & consensum, ut non possit alium obligare, cum obligatio non oriatur nisi ex

proprio actu; non est autem actus testatorius hæredis: & votum sit lex quædam propria, quam quisque sua voluntate sibi imponit, alio autem impositum non cogitur acceptare personale enim est, non conjunctum cum hereditate, sed cum persona. Dico, non cogitur, nam si acceptet, suam faciet defuncti promissionem, ratione acceptationis. Suarez *4. de c. 11. Sanchez ad Decal. 4. c. 15. n. 21. Robertus ad l. Quoniam in priorib. §. 1. num. 20. C. de testam.* Et hoc quoad heredem voluntatem. Nam hæredi necessario non potest detrahi hoc onus imponere, cum illi sit abolitum ad hereditatem, quod non potest testator nuere; spontè tamen si acceptetur, tenetur per text. in *c. Licet 6. h. 1.* Ex quo patet suscepisse idem votum, quod patet vovet de suscipiendo Crucis signaculo, & eripendo terra Sancta, in verbis, *onus per patrem junctum, & à se spontè susceptum*: ut non ex alio: a quam propria voluntate votum obliget.

Ubi dubitatur, An in isto *c. 6. Si quis* tur tota successione, in casum defuncti. Communiter quidem filium non admitterem voluntatem, alia quidem committente, habere tamen salvam legitimam. Hoc amplius *C. De fideicom.* Hæc autem ratio alud exigere votum, propter ea quod prælatio sit gravior, præcipuè in Rege. *Aut in d. cap. 6. agi de Regno*, atque ita de hereditate, qua tota privati metetur filium negligens, ne alias ejus violatio punita. Ita Covar. *ad c. 6. nu. 13. & 14. de testam.* qui tamen in eo non satis factus. *Tr. 2. Disp. 626. nu. 8. vers.* Quod autem Quod si testator sub ea conditione aliquem scripserit, ut votum suum impleret, res adeundo hereditatem, conditionem implisse videtur, & potest cogi adimplere etiam per excommunicationem, *d. c. 1. nu. 1.* nunc est tamquam proprium non etiam numerum.

Quod ad vota realia attinet, dubium est, quin testator possit hæredi imponere ejusmodi vota exsolvendi, quia suarum est moderator & arbiter: immo hoc non expresserit testator, tenentur tamen redem vota realia, quorum durat obligatio.

sive ex mora defuncti culpabili, sive non, exsol-
vere. Nam cum succedat in locum defuncti,
representans ejus personam & jus omnem-
que obligationem, respondere cogitur ejus
creditoribus, inter quos respectu voti est De-
us, cui illud votum. Quod & procedet in vo-
tis mixtis, pro parte, qua rem concernunt, non
etiam qua personam, cum qua extinguuntur,
non secus atque merè personalia, à rebus dis-
tincta. Suarez d. c. 11. nu. 4. Sanchez d. c. 15.
nu. 29.

64 Ubi quaritur, An ipso jure ac vi hæredita-
tis receptæ? R. Dubitandi causam esse in eo,
quòd ex vi hæreditatis non alia transeat ad
hæredem, quam quæ debita ex justitia. Talis
non est obligatio voti, quia si talis esset, trans-
fret vel ut personalis; quo modo non transit,
quia cum persona extinguitur: vel ut realis,
sed nec id videtur, cum rebus non adhareat,
nec moraliter illas adficiat per text. in l. 2. D.
De pœnitentiâ. Verius autem dici, ipso jure, sive
ex vi receptæ hæreditatis, transire ad hære-
dem vota realia & mixta, pro parte, qua rea-
lia. Quod aliqui probant per duos textus, c.
Si hæres sup. De testam. & c. Licet 6. h. t. quo-
rum prius fundatur in jussu testatoris, alterum
in præcepto patris & acceptance, ut ad hunc
casum non conducant. Rectius adducitur
text. in c. Ex parte 9. sup. De conversi. conjug. &
c. 1. sup. De solut. in quibus dicitur filius teneri,
& posse cogi ad solvenda onera paterna: &
haberetur id ipsum expressius in d. l. 2. in fine, ubi
ad decimam à testatore promissam, etsi in bo-
nis non prius destinata esse, quam separata fue-
rit, hæres tamen hæreditario nomine, id
est ipso jure, dicitur esse obstricti; ex ratio-
ne adjuncta, quòd voti obligatio ad hæres
transit. Cujus rei ratio est, quòd per votum
reale homo fiat debitor Deo quoad illam rem,
in quam votum cadit. Sunt autem bona de-
functi obnoxia solutioni debitorum ejus, ad
quæ tenetur hæres ex justitia, ex tacito con-
tractu, quem inquit ad eundo hæreditatem, qui
non tam habet locum quoad vota realia, quam
alia debita. Unde patet, quid respondendum
sit ad rationem dubitandi: & colligitur altera
differentia inter vota personalia & realia, quòd
scilicet illa constituent hominem debitorem
actionis coherentis personæ, non etiam rebus,

ut cum persona pereant, quia, ea non existente,
solvendi nequeunt; hæc verò rerum externarum,
quæ possunt Deo solvi, etiam si homo, qui illis
obstringebatur, in solvendo negligens fuerit in
vita, quæ ideo manent obnoxia tali debito.
Suarez d. c. 11. nu. 5.

Quid si testator declaraverit se nolle tale o-
nus sequi hæredem? R. Si votum fuerit retric-
tum ad personam utriusque vitam, non etiam
ad bona, non sequi hæredem, etiam si reale fue-
rit, v. g. de ædificanda Ecclesiâ in vita sua, ita
ut, si non ædificet, non velit hæredem teneri;
quia non potest tali voto esse vis aliqua, qua
transseat ad hæredem, quippe ad vitam suam re-
strictum. Quod si simpliciter fuerit emis-
sum, sine ulla limitatione, nihil prodest hæ-
redi declarationem testatoris, siquidem illa
tendat eo, ut liberet hæredem ab obligatione,
qua ipse testator tenetur, & necessario sequi-
tur hæredem. Nam ut ab illo debito se non li-
beret, quia citra solutionem ejus, quod debet,
nemo se liberat ab obligatione, invito cre-
ditore, ita nec suum hæredem, cum non pen-
deat ista obligatio ex voluntate defuncti. Sunt
enim contractus ab initio quidem voluntatis,
postea autem necessitatis. Suarez d. c. 11. nu. 12.
& 13.

66 Hinc aliud oritur dubium, An dicta de
mixtis votis, quatenus realia sunt, simplici-
ter obtineant, sive realia sint conjuncta per se
& intrinseca conjunctione personalibus, sive
per accidens? R. Non aliâs procedere, quam
si tantum per accidens sint conjuncta, ex in-
tentione speciali voventis, non etiam si per
se. Ratio prioris est, quia tunc votum est
quasi duplex, & pars realis est per se distin-
cta, & potest per se impleri, quia tantum per
accidens conjungitur. Unde ut deberet ab
ipso vovente, etiam in casu, quo non potest
prestare personale, ita etiam tenebitur ad e-
jus præstationem hæres, defuncti jus repræ-
sentans, v. g. Si quis promiserit ire Romam,
& offerre munus ad limina Apostolorum,
quamvis impotentia eum excusare posset ab
itinere, non tamen ab offerendo munere,
quod per accidens conjunctum itinere, per se
tamen ponit votum separatim. Posterioris
ratio est quod eo casu reale sit accessorium
personali, illudque sequatur, censeturque

Quum illo unum votum; ut, sicut personale non transit ad heredes, ita nec reale possit transire, quod est adjunctum, & quod præsupponit personale, quodque frustra foret, personali extincto, ad quod oneratur. Exemplum dari potest in eo, qui vovisse & sua tradere Religioni, qui si excusetur ab obligatione tradendi se, per consequens & excusetur ab obligatione tradendi sua. Similiter si contingat talem ante ingressum mori, haeres, sicut non tenetur ingredi Religionem pro defuncto, quia est votum personale, ita nec bona tradere Religioni, quia erant tantum promissa ut adnexa statui Religioso voventis: quo tamquam principali non subsecuto, cessabit & votum honorum accessorium, quod censetur extinctum, principali extincto, sine quo non stat accessorium. Vid. Suarez d. c. 21. n. 14.

Obstare dictis videtur c. Licet 26. h. t. ubi filius Regis tenetur ad votum mixtum Regis: verum hoc non alias, uti modò dictum est, quam quia ipse sponse suscepit votum paternum, & principale & personale. Obstare magis c. Quod super eod. ubi qui voverunt succurrere terræ Sanctæ, si impediuntur, nihilominus tenentur expensas, quas eundo facturi erant, mittere in subsidium terræ Sanctæ: & tamen istæ expensæ erant accessorium istius itineris, & personali voto per se adjunctæ, siue eas accipias de expensis itineris, siue de iis, quæ requiruntur in subsidium belli. Resp. communitè, textum istum non loqui de impotentia per se excusante ab obligatione voti, quia ista non indiget commutatione, sed de ea, quæ reddebat dñi. item, aut minus utilem voti observationem, quia utile non foret terræ Sanctæ implementum voti, ut videtur colligi ex verbis, *votum non possunt inutiliter implere*. Quæ expositio est textui consona, cum loquatur de commutatione voti, ut necesse sit, non fuisse impedimentum omninò liberans, cujus ideo fit commutatio in aliud commodius, per quod aliquatenus tendat in finem voto intentum. Quo modo d. c. Quod super potest accipi & de peregrinatione, religionis tantum causâ vota, in qua difficultas executionis non facit, quo minus obligatio duret, atque ita commutatio fiat; in qua & expensarum, licet per se conjugarum, habeatur

ratio, quod & ex illis crectas gravitate: vel de voto facto in subsidium terræ Sanctæ per pecuniam, vel per operas, quia per se rium subsidium certum per accidens conjunctum est voto peregrinationis principali voto cessante, eius obligatio atque ita submitendum subsidium, cum votum separatum. Quod & dicitur de rorum subsidium non sit præstandum propria persona, sed in aliena, quæ est locum nariani subsidii. Quod si in persona fuerit præstandum, causâ excusata a peregrinatione, etiam excusabit ab ipso subsidio est per se conjunctum ipsi peregrinatione, secundum dicta, non obliget. Vid. Suarez n. 12.

Dicta itaque de obligatione voti accedenda, nisi quid superveniat, quod ab hac ratione liberet. Quod Primo contingit sufficientem materiam, aut eam factam inabilem, indifferentem, majoris boni impetum: talis enim ut ab initio in votum inducitur, ita & postea deducta vocatur arg. § Idem juris vers. Item contrahit. De stipulat.

Secundo, per irritationem Superiorem, quæ est subiectus, saltem quoad materiam. Quæ potestas ex parte irritantis non est spiritualis, vel fundata in potestate jurisdictionis, sed & extra eam est in laicis, ut in dominicæ aut patris. Sic dominus non est irritat vota servi, quatenus sibi sit potestas, quoad usum actionum, quæ dominus habet, & vovendo non potest auferre. Summa c. 12. nu. 64. Si non sint dominus non est potestas domino ea irritandi.

Potest & maritus, si non dicitur, licet directè, ratione subiectionis, irritare uxoris. Navar. d. loco nu. 61. Et hoc quæ sibi, suæque familie vel subiecti suat præjudicio. Gl. in can. Manifeste quæ Sanchez. De matrim. lib. 9. Disp. 3. & 4. Quo modo vota pro tempore irritantur ab uxore emissa non irritant, quia non sunt præjudicio, c. Licet sup. De convers. quæque vota castitatis, quantum ad personam debiti; nam materia potest irritari non est subiecta marito: nec votum de elemosinam, quatenus ipsi datur est

absque licentia viri: aut votum Religionis, necdum consummato matrimonio, quia habet libertatem recedendi; non etiam eo consummato, nisi ex licentia viri, ut dictum supra, *De convers. conjug. nu. 2.*

Potest etiam uxor irritare vota mariti, in eius præjudicium tendentia, idque non ex causa subjectionis, quia ipsa subiecta viro, sed domini, quod habet in corpus viri, in quo si fiat iniuria per votum viri, merito illud irritat. *Navar. d. c. 12. num. 64. Suarez. d. lib. 6. c. 4. num. 8.* Quæ ratione mariti votum non facit, quod minus uxori petenti debitum reddat. Uterque si conscientiam voverit, neutri est irritandi licentia, quod uterque juri suo cesserit, qua de re aliqua dicta sup. *d. tit. De convers. conjug. num. 8.* Quod si consenserit maritus voto uxoris, volunt posse nihilominus illud valide revocare vel irritare, *Navar. d. c. 12. num. 61.* quod licentiam dando non amiserit dominium vel potestatem. Peccabit tamen, si sine causa revocet, propter inconstantiam, & aliquam irreverentiam erga Deum *Suarez. d. c. 4. num. 19.* Vota ultramarina in subsidium terræ Sanctæ non posse uxorem irritare, habetur in *c. Ex multa 9. §. in tanta h. r.* ex ratione, ne in tanta necessitate Christiani populi terræ Sanctæ impediatur subsidium. Unde aliud dicendum de peregrinatione ex privata devotione.

Pater vota impuberum filiorum irritat, idque vi patris potestatis, cui ita subiectus est filius ante ulum rationis, ut regi debeat voluntate patris, & voluntas patris voluntas filii censetur. Quod volunt procedere, etiam si ante pubertatem sit doli capax, quia jura absolute loquuntur: ut non esset eorum definitio, etiam si ratio esset in particulari. Et hoc procedit etiam quoad votum, quod referretur ad tempus pubertatis, quia & hoc illo tempore pater irritabit, si à neutro sit confirmatum eo tempore, quia habetur factum ab impubere, atque ita à principio infimum. *Suarez. d. lib. 6. c. 6.* Irritat & pater vota puberum sub potestate: non tamen omnia, sed tantum quæ ratione obedientiæ, aut alias, sunt sibi nociva, cuiusmodi sunt vota realia de bonis paternis, extraordinaria jejunia, longa peregrinatio, *can. Mulier xxxii. qu. 2.* *Suarez. ib. c. 5.* Excipiunt aliqui peregrinationem in sub-

sidium terræ Sanctæ, *arg. d. c. Ex multa 9. §. in tanta hoc tit.* quod loquitur de milite, in quo ponit extraordinarium jus, non extensibile. Ut sit dubia ista exceptio, licet admitti posset ex jure naturali, si sine expensis patris subsidium ferre vererit. Vota non nociva non irritat, ut castitatis, Religionis, & similia, *can. 1. c. 2. xx. qu. 2. c. Ad nostras. sup. De Regularib.* Emancipati vota non irritat, quia cessat potestas, etiam, quæ emisit filius in potestate existens, quia potestas ista fundata est in patria potestate, quæ sublata cessat & irritandi effectus, ab ea dependens.

Quoad potestatem spirituales, certum est ⁷⁰ Pontificem Rom. posse irritare vota omni re fidelium, cuiuscumque status, saltem indirectè, in materiis illis, unde præjudicium esse posset Ecclesiæ, vel quæ ob specialem rationem pertinent ad jus Pontificis, *cap. 2. sup. De prelat. c. 6. Sicut 27. sup. De iurejur. Suarez. d. lib. 6. c. 2.* Idem obtinet in Episcopis, & aliis Prælati Religionum, quoad suos subditos, qui suorum Religionum vota omnia irritare possunt, in quacumque materia, idque ex vi professionis, secundum quam sunt subditi Prælati suis, quantum ad suas operationes, *Suarez. ibid. cap. 7. Bas. Pontius De matrim. l. 7. c. 5. num. 17.* Videtur excipi transitus ad arctiorem Religionem, cuius non videtur posse irritare votum, ne impedire videatur propositum divinitus inspiratum, *c. Licet sup. De Regularib.* Exercent & istam potestatem Prælati Monialium circa vota suorum Monialium; nam & illis est jus præcipiendi intra limites suæ gubernationis *Suarez. d. cap. 7. num. 19.* Et hoc ita quoad professos, ex vi status religiosi.

Dubium autem est, An eadem potestas sit ⁷¹ circa vota Novitorum? R. Non esse directè saltem, quia in iis deest subiectio ex obligatione obedientiæ, *Navar. c. 12. num. 65.* in qua fundatur directè ista irritatio. Probabile tamen esse, indirectè, seu ex parte materiæ, posse Prælatos ea irritare, si convenienti ordini Religionis officiant, quia eatenus Prælati habent potestatem in Novitios, non convenientem ex voto, quod necdum emissum, sed jurisdictione, cui pro tunc subsunt Novitii. Imò videntur talia vota impeditiva majoris boni, & ideo pro tunc non obligare, si

ita jubent praelati: debent enim Novitii servare Regulam, & esse parati obedire, ut probent Regulam, & proberentur Suarez *d. cap. 7. num. 11.*

72 Alia dubitatio est, An irritatio locum habeat in votis, quae praecesserunt statum subjectionis? R. Non esse quaestionem; quando non impediunt executionem muneris, quia nihil obstat, quod minus absoluta maneat, & irritati non possint, sed tantum si officiant: & tunc dicendum, prevalere jus Superioris, & obligationem iustitiae, quae ex munere suscepto nascitur, sive in mutatione fuerit commissum peccatum, nec ne. Sic maritus vota uxoris ante matrimonium emissa, quatenus sibi praedudicant, irritate potest, quia per mutationem status mutata fuit voti materia: coepit enim per matrimonium mulier subesse viro. *can. Mulier XXXII. q. 5. Suarez d. lib. 6. c. 2. nu. 9. c. lib. 4. c. 16.*

73 Tertio, Per Commutationem, qua in alia melioris aut aequalis obligationis vota convertuntur, etiam propria auctoritate, quando scilicet bonum est melius, *c. 4. h. tit. c. 3. sup. De iurejur.* Nam cum obligatio voti ea sit, ut quod vovisti reddas, id quod melius & gratius est Deo creditori, persolvendo cumulate satisfeceris. Si melius non sit, aut dubitetur, an sit, opus est auctoritate praelati, habentis Episcopalem jurisdictionem, *c. 1. h. t.* Potest autem omne votum commutari in votum Religionis, eum eius bonum sit Deo gratissimum, *c. 4. h. t.*

74 Quarto, per Dispensationem, Dispensare est condonare voti obligationem nomine Dei. Competit praelatis, habentibus auctoritatem Episcopalem; non tamen sine causa, ne temere quaesita Deo obligatio remittatur. Navar. *c. 22. num. 75. c. seqq.* Competere summo Pont. super omnium Christianorum votis dispensare, non est dubitandum, idque ex potestate immediate sibi à Deo concessa.

Est & Episcopis ordinaria potestas dispensandi super votis subditorum, quae non sunt specialiter reservata, *c. 1. h. t.* ubi id Episcopo dicitur concessum, de quo ibidem sermo. non de Pontifice. Nec obstat, quod *d. c. 1.* tantum fiat mentio commutandi voti, quia addita in eius fine, & secundum hoc habet exinde dispensare. Et ita habet consuetudo, quae etiam

sine textu sufficit ad dandum jurisdictionem. Pro qua facit ratio, quod scilicet necessarium est illa potestas ad regimen Episcopale, ut opus est dispensatione, ea praestetur ab Episcopis. Vid. Suarez *d. lib. 6. c. 10. num. 1.* Specialiter reservata Pontifici sunt quinque, Religio approbata, castitatis perpetuae, perpetuitatis ad limina Apostolorum, ad S. Petrum Compostellam, & Ultramarinum. *Extr. Et si Dominici De poenit.* Suarez *d. l. 6. c. 2. c. 3.*

Quaeritur autem, Quo jure competat potestas haec potestas dispensandi & commutandi. Eam esse communicatam D. Petro, & suis successoribus, per illum verò Episcopis quorum dignitas licet à jure divino originem, & sit illis communicanda jurisdictionem, & sit illis communicanda jurisdictionem, ut dicitur *De constit. nu. 23.* nihilominus per Christum est illis immediate collata, ut patet eumdem limitari, licet non auferri. Suarez *10. nu. 7.*

Parochis non est dispensandi potestas nec Praelatis Episcopo inferioribus, ad id ex privilegio, consuetudine, vel specialitertate Pontificis, vel nisi habeant Episcopalem jurisdictionem, ut sunt Regulares Praeempti, qui proinde cum suis Religiosis potest dispensare.

Q An summus Pontifex dispensare possit super uno ex essentialibus votis solentibus? Videri non posse, per *c. 6. inf. tit. 1. de votis* ita dicitur adnexa Regula monastica, contra eam nec summus Pont. possit dispensare licentiam. Secundò, quod consecratus daret, nec possit tolli per Pont. & tunc votum Deo non sit profanis usibus mutandum. Contrarium tamen verius & receptius est. Navar. *Conf. 38. n. 9. b. 1.* Covarr. *ad l. 17. c. 18. De testam.* Probatur primò, quod Pont. dispensare potest circa votum perpetuae castitatis, ut patet ex *Extr. Et Dominici De poenit.* ubi eius dispensatio reservatur Pontifici. Ratio est, quia in eo voto censetur excepta auctoritas Pont. ut in solenni idem sit dicendum, cum solennitas dependeat tantum ex Ecclesiae constitutione, *c. Votum eod. in 6.* quae non legitur, quo minus ab ea recedat, ita causa potest

lante. Facit, quod Ecclesia approbet Religiones, quæ alias non approbaret effectum obligationis quoad professionem ultra votum simplex. Ut, cum obligationem induxit Ecclesia, possit & eandem tollere. Eius enim est solvere, cuius fuit ligare, & unumquodque naturaliter tollit eo modo, quo ligatum. Nihil obstat d. c. 6. quia non accipiendum, quasi simpliciter denegaret Pontifici auctoritatem dispensandi, sed quod non facile ead deveniendum Et hoc ex eo intelligitur, quod Pont. ubi redarguit Abbatem, qui sibi arogabat licentiam dispensandi cum Monacho, ad retinendum proprium. Unde uritur Pont. aliqua ex aggeratione hyperbolica, ducto argumento à majori ad minus, quasi dicens, M. hi non licet, quo modo tibi licebit? Aut dici potest ibi agi de dispensando cum Monacho, ut tali, quia repugnet essentia status religiosi, non obstringi voto continentia. Non repugnat autem enim à monachatu eximi, ut, destructo subiecto, vota ei adnexa cortuant, Felin. in c. Si quando n. 5. De rescriptis. Non obstat, quod consecratio sive benedictio auferri nequeat; nam voti solemnitas non consistit in benedictione aliqua, nec illa facit Religiosum, sed in Ecclesiastico statuto, quod mutari potest ab eo, qui induxit. Et ut non possit Deo dicatum ad profanos usus transferri, hoc tamen intelligendum, nisi sit causa id exigens. Multo magis idem dicendum de dispensatione super voto sacerdotii, cui ex Benedictiæ constitutione est adnexum votum castitatis. Vid. Nav. d. Conf. 38. Sanchez. De matrim. lib. 3. Disp. 8. au. 6. & 7. Bas. Pontius lib. 7. c. 10.

77. Q. Postremò, An ad valorem dispensationis istius requiratur iusta causa? R. Posse videri, ad dispensationem Pont. non esse opus causa, quod in omni voto censetur excepta eius auctoritas: verius tamen, sine legitima causa, eaque publica, dispensationem esse nullam. Ratio est, quod dispensatio inferioris in lege Superioris non possit esse valida sine causa, cum voluntas inferioris per se non sit efficax ad mutandum jus Superioris solo suo arbitrio; cum habeat sibi tantum concessam potestatem dispensandi tamquam bonus paterfam. qualis non esset, sine causa legitima dispensando super votis, sed dissiparet potius. Dixi.

eaque publica, quia rationi difformis est, spectari privati alicujus bonum, neglecto detrimento status religiosi. Idem multo fortius dicendum in inferioribus Prælati. Causa itaque dat per dispensationem à voto libertatem: in quo cum irritatione convenit, quamvis in aliis hæc duo inter se discrepent, ut videre apud Suarez d. lib. 6. c. 1. n. 13.

Denique causa legitima in omni dispensatione requisita magis est facti quam juris, desumique potest ex modo votendi, qui fuit indiscretus, aut ex parte materiae relatæ ad personam, cui moraliter posset ex causa ruina, aut ex necessitate sive utilitate magna publica, aut alia ex causa prudenti arbitrio definienda.

TITULUS XXXV.

De Statu Monachorum.

SUMMARIUM.

1. Satus quid hic significet.
2. Monachi, Regulares & Canonici qui dicantur.
3. Mulieribus se Religioni dantibus an retine crines abscindantur?
4. Monachi nihil proprium possidere possunt.
5. Donare an possint?
6. Monachi proprietarii poena.
7. Parochii non presciciendi.
8. Moniales tenentur ad clausuram.
9. Professus laxiorem regulam an teneatur sequi reformatam arctiorem?
10. Moniales ad clausuram an cogi possint. Regula ad hoc non obligante?
11. Concilia Provincialia singulis triennii celebranda.

STATUS hic pro vitæ conditione capitur, per quam alteri quis divincitur: v. g. professus per votum triplex, castitatis, scilicet, paupertatis & obedientiæ, adstringitur vitæ religiosæ. Quam alii solitariam & contemplativam, à cœtu hominum remoti, degunt, plangentium potius, quàm docentium officium habentes, can. Monachus xv. q. 1. dicti Monachi quod soli agant: alii inter

§ 2 homi-

homines versatur, diſi *Regulares*, qui idem & Canonici recte dicuntur. Vulgè tamen hæc nomina ſeparantur, ut Canonici dicantur, qui beneficia obtinentes in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia, nullo voto ſe obſtringunt; *Regulares* verò qui tria vota emittunt, & in communi ſimul habitant. Hi propriè non vocantur *Monachi*, licet eorum nomine in favoribus omnes religioſi veſiant. Abbas in *c. Ex parte ſup. De poſtul. Pralat.* Horum eſt ſervare Regulam, cui ſe obſtrinxerunt, tum in cibo, tum in veſtitu; coronam gerere. Ubi & receptum, mulieribus ingredientibus abſcindi crines.

De quo tamen dubitari poſſet, An licitè fiat? **3** R. Cauſam dubitandi ſumi ex *can. 3. Diſt. 30.* cuius verba ſunt: *Quacumque mulier religioni iudicans con venire, comam ſibi amputaverit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam ſubjectionis illi dedit, tamquam reſolvens ius ſubjectionis, anathema ſit.* Verum olim quidem iudicatum igitur in ſolus, habere abſciſſos crines: religionis tamen cauſa habitum id ſanctum, etiam apud gentiles, qui ſuas Veſtales, tondere conſueverunt; idque in ipſo ingreſſu, ut opinatur I. Lipſ. *De Veſta & Veſtalib. c. 12.* alias comam alebant. Nihil obſtat *d. c. 2.* nam in eo non agitur de Religionis ſe dantibus mulieribus, ſed quæ viros derelinquentes quadam pietatis ſimulatione tondabant caput, quod ibi reprehenditur, Et patet hoc ex *d. can. 3. Diſt. 30. & can. Mulier 4. xxxiii. q. 5.* ubi non improbat tondere Moniales. Prohibitum tamen in Concilio provinciali Mechlinienſi, habito anno 1607. tondere virgines Deo dicandas ante profeſſionem, ut major ſit profeſſionis libertas, *tit. de Regularib. 24. c. 7.*

4 Jubentur præterea in hære re inſtitutis priſtinis, quæ deſerentes ſolent evadere inſenſiſſimi Dei hoſtes: proprium nihil poſſidere, ſed omni proprietate rerum renuntiare, quæ redit & quantur Monafterio bonorum capaci, quatenus non cohæret perſonæ; cujus ordinis ſunt beneficia, quæ habet ingreſſus, quæque per ingreſſum, id eſt profeſſionem, vacant, *c. 4. De Regularib. in 6.* Ejuſ ordinis eſt & feudum, & alia ſimilia jura, quæ etiam poſt profeſſionem demum ad proximiores deſeruntur, niſi ante iſis ſpontè renuntiaverit, aut conſtet abſolutè eam vitam mutaſſe, *d. c. 4.*

Qua in re Concilium Trid. quid inſtitutum prohibens etiam expreſſam renuntiationem iurium & obligationum, etiam juramentorum, cum irritatione, ut dictum ſup. *Regularib. nu. 26.* intra biſemeltre ante profeſſionem.

Hinc, cum proprietate careant, donaqueunt: eleemoſynam tamen ex parte rectè largiuntur, imò tenentur, etiam tenentes adminiſtrationem, ut rectè tenentur. *ad can. Quieſcamus nu. 30. Diſt. 42.* quæ natura ad id obliget.

Proprietati rerum non renuntians Monachio eſt expellendus. Mortuus ſi in rebus propriis habuiſſe, clam Superiore, caret iurisdictione Eccleſiaſtica, *c. 2. & 5. h. 1.*

Prohibeatur etiam ingreſſus officii ſecularis: quo modo non præficiuntur *Præſb. c. 1. inf. De capel Monach.* niſi cauſa ſubſtitutionis adiungendus ſocius, ſecundum illud, *quia cum ceciderit, non eſt, qui ſublegetur, c. 2. & 5. h. 1.*

Moniales ad clauſuram tenentur. Apud tamen cauſa ex Superioris conſenſu ſecularium egreſſum, *c. 1. eod. in 6. Trid. ſeſſ. 23. Regularib. c. 1.* Vid. Curtietz *lib. 1. Canon. c. 14. nu. 2. & 9.*

Quæ proſiſſus laxatam Regulam inſtituta Superiorum, ad eandem poſtea reſtituta ſuo rigori teneatur? R. Poſſe videri non ex eo, quod nemo obligetur ultra inſtitutum hic autem intentio ſuit non obſtringere Regulæ, tunc ita ſe habenti, Communitatem & receptiorem eſſe ſententiã præſentem teneri ſe accommodare Regulæ reſtitutionem licet arctiori, cum ad obſervationem Regule ſuo loci ſe obſtrinxerit, & vivendi normam veritè, vel ſcire debuerit, mutati ſubinde & reſtitutionem ſaltem tunc reſtitutionem, majoremque aſſertionem ex cauſa contingat eam induci. Quæ ſubſtitutus in *d. c. 1. & d. c. 5.* Innoc. in *c. Superius De Regularib. Felmo. & alii in c. Superius appellat. Peck. ad c. Quod omnia 6. Diſt. in 6.*

Quid ſi Regula ad clauſuram non obliget an Moniales per Episcopum poſſunt egreſſi ad clauſuram? R. Id videri colligi ex *1. in princ. eod. in 6.* quod ſimpliſſime

clausuram in posterum omnes adstringit. Trident. verò d. Sess. 25. de Regul. c. 1. tantum velle ut clausura, ubi violata fuerit, diligenter restitueretur, ubi in violata, conservetur, ut possit videri, ubi Regula non habet clausuram, non posse ad eam cogi Moniales. Verum Constitutio Pii Quinti, incip. Circa Pastoralis, & Gregorii XIII. incip. Deo sacris, omnino mandant clausuram, etiamsi Regula eam non præcipiat: quæ duæ Constitutiones ligant, ubi usu sunt receptæ & optimum foret eas reipi, ut evitentur pericula. Vide Franc. Zypæum, in *Analyfi Juris Pont. novi de Regularib. n. 41.*

Ut autem monastica disciplina melius conservetur, instituenda tertio quoque anno Consilia Provincialia, quibus collapsa reformentur, peccata corrigantur, c. 7. & 8. h. t. ubi edocetur, quo modo, ubi, quanto tempore Consilia sunt celebranda.

11 Sæculares ad præbendas in Monasteriis non sunt admittendi, ne per eos contingat destrui Regulam, c. ult. in fine h. t.

TITULUS XXXVI.

De Religiosis Domibus.

SUMMARIUM.

- 1. Religiosa Domus qua dicantur.
- 2. Earum visitatio & reformatio spectat ad Episcopum.
- 3. Religio nova nisi auctoritate Pont. induci non potest.

1 Religiosa Domus nomine veniunt quælibet loca pia & Monasteria c. fin. h. t. quæ singula jubentur habere suum Superiorem. Unus pluribus præsidere, aut in pluribus Monachum agere prohibetur. Propriè Religiosa Domus dicitur Xenodochia, Nosocomia, & similia. Quæ ordinanda, visitanda, reformanda ex Regularibus, non etiam ex sæcularibus, nisi in illorum def. c. 7. h. t. idque per Episcopum loci (nisi sint exempti:) quibus ab eodem & administrator præficiendus, qui fructus in usus destinatos convertat; aut, si convertere nequeat, in alios vicinos convertet, reddetque rationem suæ administrationis Ordinario. Trid. d. loco c.

8. Ad quarum rationum redditionem Ordinario faciendam non videntur teneri Monasteriorum Prælati, cum de iis non loquatur dictum Concilium.

Religionem novam nemo nisi auctoritate Pontificis inducit, ne ex Religionum diversitate oriatur confusio, c. fin. h. t. Clem. 2. eod. Adde ut, si contingat aliquos Religionem non approbatam profiteri, eidem non obligentur, c. 1. eod. in 6.

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum.

SUMMARIUM.

- 1. Capelle quid, & unde dicta.
- 2. Capellis qui præficiendi.

Capellas Monachorum aliqui dictas putant, quod populum capiant, quasi capientes *καπυ*, id est populum, composito ex Græco & Latino nomine. Verus derivatur ista dictio à *Cappa*, quæ tegumen significat, quod veluti tentorium factum secum vehere soliti Francorum Reges, quando erant in expeditione.

Harum nomine venit etiam Parochia & Prioratus, c. 1. & 3. h. t. quibus, qui subsunt Monasteriis, præficiendi potius sæculares, quam Monachi, cum difficile sit sæcularibus deserviendo in monastica Regula persistere, can. Nemo xvi. q. 1. Monachi, si iis fuerint præfecti, revocandi sunt, aut socius iis adjungendus, si aliud non habeat privilegium Apostolicum faciens mentionem Concilii Lateranensis.

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatus.

SUMMARIUM.

- 1. Jus patronatus aliud civile, aliud Ecclesiasticum.
- 2. Jus patronatus quid?

5. Iuris illius capaces Clerici & laici: unde aliud Ecclesiasticum, aliud Laicum.
6. Reparatione an & quatenus adquiratur.
7. II. Per concessionem S. Pontificis.
8. An & prescriptione?
9. An contra laicum patronum? & per laicum quanto tempore praescribatur.
10. Transitus ius patronatus per successionem.
11. Patronus diversis in stirpes an in capita succedatur.
12. In fideicommissarium universalem an transeat?
13. In hereditatis divisione an uni adjudicari possit.
14. II. Transitus ius hoc per concessionem alterius.
15. Ad translationem in privatam an opus consensu Episcopi?
16. Consensum postea intervenire sufficit.
17. Translatio iuris huius etiam in laicum fieri potest, ex consensu Episcopi.
18. Patre donatore decedente ante consensum, donatio est nulla.
19. Consensus tacitus an sufficiat.
20. III. Transitus & hoc ius per venditionem universitatis.
21. An vendita universitate cum iure patronatus?
22. An vendita universitate & iure patronatus?
23. Vendita universitate an transeat ad emptorem?
24. Transitus item cum re permutata, cui adhaeret.
25. Permutari per se qualiter possit.
26. Patroni bonis publicatis an transeat ad fiscum?
27. Effectus huius iuris consistit 1. in honore processionis, an & ne sine venia in ius vocetur?
28. II. In subventionem patrono inopi debita.
29. III. In defensione Ecclesiae, qua patrono incumbit.
30. IV. In praesentatione.
31. An praesentandus sit dignior?
32. An, digniore omisso, recte praesentetur dignus?
33. Patronus non praesentat seipsum.
34. An ab eo recte praesentetur, cui cessit ius praesentandi?
35. Praesentationi ab aliis de se facta in dubium sentire potest.
36. Praesentandi ius competit marito, ratiocinans.
37. An & concurrente uxore in praesentando?
38. Creditor iure pignoris non praesentat.
39. An neque conductor?
40. Tutor an praesentare possit?
41. An sequester?
42. Bone fidei possessor recte praesentat.
43. An & lite ei mota tempore praesentationis?
44. Praesentationis effectus est institutio.
45. Praesentatio intra quod tempus facienda?
46. Patrono laico concurrenti cum Clerico petunt sex menses.
47. An laico eo casu liceat variare?
48. An laico plures variare licet?
49. Et an si, uno praesentato, iuraverit, se non praesentaturum?
50. Institutio praesentati a laico intra tempus facta est valida.
51. Ius hoc a laico translatum in Ecclesiam Ecclesiasticum.
52. Ut & contra, ab Ecclesia translatum in laicum.
53. Praesentatio non recte fit Episcopo extralimitum.
54. Pluribus ius praesentandi habentibus, si alteri succedat, an ei sit duplex vocatio?
55. An omnes simus comparere & praesentationem?
56. Tempore praesentandi lapsa, fit devolutio iuris ad Ordinarium.
57. Tempus illud an currat ignorantia?
58. An currat excommunicatio?
59. Praesentatum ab excommunicato an Episcopus recte instituat?
60. Praesentationem excommunicati an Episcopus acceptare teneatur?
61. Iuri praesentandi derogat S. Pont.
62. Idque cum clausula derogatoria quoad patronatus laici.
63. Nec generalis clausula sufficit.
64. Sufficit haec in patronatu Ecclesiastico.
65. Quid si simul pertineat ad laicum & Clericum?
66. Derogatio expressa quando & cui non derogat?
67. Legatus a Latere potest praesentare patronum Clerico, non etiam Episcopo.

68. Jus patronatus quibus modis extinguatur.

69. Abrenunciata heresi an maneat saluum hoc jus?

70. Excommunicatio an privet hoc jus?

1. Jus patronatus aliud est circa libertos, ratione manumissionis competentis, de quo l. 39 D. de 6. Cod. diciturque civile: aliud circa Ecclesiam aut Ecclesiasticum beneficium, spectans ad beneficiorum collationem non liberam, cum fiat ad presentationem alterius, de quo hoc Tit. agitur, & dicitur Ecclesiasticum, quia adnexum spiritali, c. de jure 16. h. 1. quale habetur spiritali, l. que religio D. de rei vindic. ex regula, quod accessionum sequatur principale.

2. Est autem potestas presentandi ad beneficium vacans. Dicitur, presentandi, vel proprie & formaliter, quando presentatur influendus, vel virtualiter, secundum c. nobis 25. hoc tit. ubi ex adfensu patroni facta electio tenet. Non recte objeceris, quod & alia contineat definitum, non comprehensa sub definitione, uti jus honorificum, quo patrono convenientia praestanda obsequia; locus honorificus in Ecclesia, d. c. 25 in fine; jus utile, quo patrono preslo inopia subveniendum ab Ecclesia, d. c. 25. & can. Quicumque XVI. qu. 7. onerosum, quia patroni est, Ecclesiam, ne ejus bona dilapidentur, defendere modo praescripto can. Filiis XVI. qu. 7. unde & vocatur jus Advocacionis, c. 6. h. 1. & ipse patronus Ecclesiae Advocatus: non recte, inquam, haec objeceris, quod jus presentandi sit primum, caetera autem minus principalia, & ex illo resultantia; ut sufficiat id, quod est principale, definitione contineri. Dicitur vacans; quia alias esset irrita presentatio, c. Illud h. 1. uti & est irrita institutio, secundum dicta supra, hoc eod. lib. tit. 8.

3. Capaces hujus juris sunt non tantum Clerici, sed & laici. Nam fundatoribus id jus Ecclesia permisit, ut allicerentur fideles ad opera pietatis, ex gratia quadam, unde & interdum jus istud vocatur Gratia, quae ratio etiam in laicis obtinet. Hinc aliud faciunt Clericorum, quod & Ecclesiasticum dicitur, competens alicui ratione dignitatis aut Ecclesiae, cui praestit, ex ejus bonis fundata, dotata aliqua Ecclesia, aut beneficium erectum: aliud laicum, quod laicum sive laicale vocant, compe-

tens ratione fundacionis Ecclesiae ex bonis patrimonialibus. Non recte idem laicum dixeris, quod a laico possideatur, Ecclesiasticum vero, quia possessor ejus sit Clericus; nam & laic potest possidere laicum jus, occasione bonorum patrimonialium, ut recte tradit Covarr. Praef. Quast. c. 36 num. 2. in fine. Possit & aliud dici Personale, quod pertinet ad personam, alio Reale, quod rei adheret.

Acquiritur fundacione, donatione Ecclesiae, 4 aut Ecclesiastici beneficii, can. nemo 9. dist. 1. de consecr. & passim h. 1. quatenus tamen jus istud sibi servavit fundans, dotans ex consensu Episcopi, nam alias censebitur Ecclesiam potius liberè fundasse, construxisse, dotasse. Covarr. ad c. Profess. p. 2. §. 10. n. 3. in fine.

Ubi quaeritur, an ista debeant concurrere? 5 R. Non videri, sed singula sufficere ad adquirendum hoc jus, per d. c. 25. in quo tantum fit mentio constructionis: d. can. Quicumque; qui mentio tantum ejus, quod collatum: item d. can. Filiis, in quo fit mentio alternativè ejus, qui fundavit, aut dotavit; ut alterum sufficiat, ex natura orationis alternativae. Et vult id ipsum ratio, cum jus istud permittatur ob gratiam beneficii Ecclesiae praestiti, quod non tantum sit conjunctum, sed & distinctum, fundando, aut extruendo tantum, aut etiam dotando tantum, Rochus de Curte hoc tit. V. Dotavit qu. 11. Azor. Instit. Moral. p. 2. c. 19. qu. 6.

Q. II. An & adquiratur reparando Ecclesiam? Possit videri non adquiri, invito patrono, cui suum non est eripiendum, lib. id quod nostrum D. de R. I. Facit, quod ut invito fructuario non potest dominus rem facere meliorem, l. fin. in fine D. de usu & habit. ita nec debeat posse reaedificari Ecclesia, patrono invito, cum ejus detrimento. Dicendum tamen, reparanti collapsam Ecclesiam quaeri jus patronatus, quatenus illud sibi servavit, ex consensu Episcopi: idque sine injuria pristini patroni, cui nullum amplius jus erat in rem non existentem. Et hoc, quatenus illi tantum erat jus ex constructione: nam si praeterea & dotaverit, quia causa manet, recte dicitur, simul cum reparante, cum patronum manere, si ex consensu Episcopi id jus sibi servaverit.

Necque

Neque enim repugnat, plures esse unius Ecclesie aut beneficii patronos, ut cum plures construunt aut dotant: & hoc sine injuria pristini patroni, cui præstat habere jus per accessionem alterius deminutum ratione reparationis, quam iutile habere, propter destructam Ecclesiam: Dixi, collapsam; nam si tantum pro parte sit reparata, verius est, pristinum patronum manere, cum non possit videri eius jus extinctum circa rem, quæ non erat omnino extincta, utpote pro parte extras, quæ pro parte reparata videtur eadem permanere cum priori, l. *Quires §. agram D. de solut.* Non obstat primum argumentum, quia non eripitur alicui suum, cum nullum illi possit dici esse jus circa rem alienam, qualis est destructa reparata. Non obstat secundum, quia cessat usufructus, te perēpta, & jus circa rem destructam: ut reparando nulla fiat injuria priori patrono, qui amplius patronus non est. Facit pro ea parte *Nov. ut nullus fabricet oratoria 67. §. 1.* ubi reparanti jus istud conceditur. Et hoc, uti dixi, si cum consensu Episcopi idem jus sibi exceperit, qui tam in reparando desideratur, quam in extruendo & dotando de novo. *Hollien. hic in Summa, Paul. de Citadinis hoc 21. p. 3. caus. 1. num. 42. Et caus. 4.*

Secundò, adquiretur per concessionem Pontificum, qui Ecclesiis liberis adoptarunt patronos potentiores, quorum prædiis ab insultantium injuriis redderentur tutiores. Hoc modo sæculares principes nominandi ad cathedras & dignitates jus consecuti videntur, quod primò ad Clerum & populum videtur pertinuisse, aut potius ad solum Clerum, secundum dicta supra *De elect.* Non tamen ideo dicendi principes non dotasse aut fundasse Ecclesias, cum historice multorum Principum miras in Ecclesias & pia loca liberalitates referant. *Covarr. d. c. 10. n. 5.* Quod spectat, quod *Trid. Sess. 28. c. 9. de reform.* in patronatu adrogato per communitates requirat maiores probationes, quòd iis plerumque ex usurpatione id jus quaesitum videtur, non ita in Principibus & sublimibus personis.

8 Quæstio autem est, an & præscriptione acquiratur? R. Non videri, nisi ea, quæ temporis est immemoralis, si de fundatione aut dotatioque non pateat ex authentico documento.

Nisi tales personæ jus hoc sibi adrogent, quibus potius quadam usurpatione id quaeritur præsumitur, quibus *Trid. d. c. 9.* non alias suffragari tempus immemorabile, quæ præsentationes quinquaginta annis costanter probentur. Et hoc, ne facile Ecclesiis libere beneficia impudenter in servitutum redigantur. *Quæ de causa Triden. Sess. 14. c. 12. de reform.* nulli id jus in posterum competere vult, quod ex fundatione aut dotatione, nulla exceptio nitate. *Vide Azor. d. c. 19. qu. 11.*

Et hæc ita, quatenus non constet, Ecclesiam ante fuisse liberam: nam si patet, liberam fuisse, nec ab iis, qui jus patronatus adrogant, fundatam, aut dotatam, præscriptionem non currere talibus, communis opinio, ut videre est apud *Covarr. d. c. 10. num. 2.*

Quæritur verò, An contra laicum patronum præscribatur? Resp. Facilius isto in casu præscriptionem procedere, propterea quod agatur detrimentum Ecclesie, cui, cum liber non sit, non infertur tantum gravamen, quantum mutando.

Ubi disputatur de tempore. Aliqui dicunt ex eo, quòd tale jus cadat in laicum, propter laicum præscribi spatio decem annorum inter præsentem, viginti inter absentem, annos quadraginta requirunt, cum tamen Alii 40. quidem annos requirunt, quæ causa Ecclesie, titulum tamen non requirit, quòd non tam contra Ecclesiam, quam contra privatam præscribatur. *Covarr. d. c. 10. numer. 8.* Quæ ratio videtur facere per opinionem; uti & quòd parum interfit, si habeat huic vel illi patronum, sed tam privari agatur causa, ut à tempore, quæ contra privatam præscribitur communitates, sit recedendum sine rextu, qui hoc calidè datur. *Vid. Paul. de Citadinis in h. Trid. p. art. 3. qu. 17. Rochus de Curte V. h. j. d. c. 36. num. 80. Molina De Just. & Jur. Trid. disp. 70.*

Constitutum jus patronatus transferretur per patronum in alios, non tamen in alios legitimis. Primus est successio, in qua non tantum transit in consanguineos verum & extraneos hæredes; nec tantum in parte hæreditaria; sed ad singulos in solis

c. 1. h. t. cum jus istud sit indivisibile, non posita differentia in sexu, loquitur enim *d. c. 1. indivisibile*.

I Ubi quaesitum, An succedentes diversis patronis in stirpes veniant, an in capita? R. Tantum in stirpes eos venire, & cuiusque patroni liberos vel heredes in eius jus succedere, simulque unam vocem habere, *Clem. 2. h. t. Cui non obstat c. 3. eod.* quia non accipiendum, quasi vellet & penes singulos haereditas cuiusque patroni jus in solidum esse, & vocem separatim, sed loquitur simpliciter, de patronis pluribus concurrentibus ad praesentationem, & eorum haereditibus, repraesentantibus quidem patronos, non tamen in capita, sed in stirpes, qui praesentando non conveniunt. Posset & *d. c. 3.* accipi de haereditibus unius patroni, quibus singulis sua est vox.

Non est itaque dubium transire hoc jus ad quemcumque haereditem, cum bonorum universitate, *c. 7. h. t.* cui adhereret tamquam accessorium. Idem est in bonorum possessore, ex eadem ratione.

II Quaestio est, An transeat in fideicommissarium universale? Resp. Communem sententiam esse, non transire, *1. arg. l. quia perinde 42. D. ad S. C. Trebell.* ubi jus sepulchri penes haereditem manet, nec transit ad fideicommissarium, etiam in casu, quo ab indigno aufertur haereditas, *l. si quis 33. D. de relig. & sumptib. fun.* Secundum *arg. l. si patroni 55. D. ad S. C. Trebell.* ubi, relictiva haereditate, non transit jus patronatus, sed apud liberos manet. Quorum locorum argumento idem plerique tradunt in patronatu Ecclesiae, ex eo, quod ut ista jura sub restitutione non comprehenduntur, cum non veniant jure haereditario, ita nec hoc jus patronatus. Praeterea quod ad fideicommissarium non transeat alia jura, quam quae continent eodem modum pecuniarium. Quae opinio ut sit communis, uti videre est apud Rochum de Curte, *V. ipso vel is num. 20. Gomez. 1. Var. Resol. e. 5. num. 29. & allegatos à Molina De jure primog. lib. 1. c. 23. n. 5.* contraria tamen non immerito alicui probari posset, quod non sit paritas inter hoc jus & jura superioris allegata, cum jura sepulchrorum tantum sequantur haereditem, patronatus civilis tantum haereditem suum, ut patet. *Instit. & D. de assignat. libere.* nec eripiat libere, patre damnato etiam perduellionis, *l. 4.*

D. de jure patron. cum jus patronatus, de quo hic, etiam competat non haerediti, sequatur universalitatem bonorum, & cum ea transeat ad emptorem, aut alium, etiam fiscum, ut mox dicitur, etiam titulo singulari, ut donati, legati, ex consensu Episcopi. Ut non obstat, quod non capiatur haereditario jure, cum ex natura sui sequatur eum, ad quem universa bona transeunt, non tamquam quid haereditarium, sed tamquam res transiens cum rerum universalitate, in qua consistit. Nihil etiam facit, quod dicatur non continere commodum pecuniarium, cum sit utile patrono, qui inopia pressus alendus est ab Ecclesia, uti dictum, & possit in dotem dare marito, penes quem est praesentatio, quae est loco fructuum. Vid. Molina *d. loco, & Molin. ad Consuet. Paris. §. 37. hodie 55. Gl. 10. in princ.*

Item quaeritur, An possit per judicem uni adjudicari in divisione haereditatis? R. Id videtur posse; Primo, per *c. excommunicatione 14. h. t.* ubi potest transferri in alterum patronum. II. Quod sit utilis Ecclesiae habere unum patronum, quam plures. III. Quod non repugnet naturae rei, cum transeat id jus in alium cum universalitate. Contra tamen verius est, cum Abbate in *c. 9. h. t.* ex eo, quod aut fiat aequalis divisio rerum, nec erit ratio, quare uni potius adjudicetur, quam alteri; aut inaequalis, & tunc in compensationem alicujus adjudicare uni jus istud, saperet simoniam. Quod spectat *c. 1. h. t.* quo prohibetur divisio Ecclesiae inter haereditas. Non obstat argumentum sumptum ex *d. c. 14.* quia in illo agitur de alterius compatroni libera cessione alteri sine pretio facta. Non obstat secundum, quia nihil ea res spectat ad judicem, cum plures patronos jura patiantur. Non etiam tertium, cum uti ad omnes transit universalitas, ita & jus istud. Abbatem sequitur Rochus *hic V. ipso vel is n. 26.* Videtur eodem facere, quod habet *d. c. 9.* Ecclesiarum ordinationes non esse mutandas, nec ab Advocatis vicissitudines esse praesumendas, ut scilicet unus uno anno sit Advocatus Ecclesiae, alter altero, secundum Innoc. *ibid.* quod id fieri non debeat sine consensu Episcopi, sine quo nec dividi potest istud jus. Quia autem convenienti patroni, ut vicissim praesentent, nihil involvit

T t contra

dum, debeat & tunc concurrere consensus patroni, qui hic deficit, filio jam patrono potius contradicente, patris autem consensus nullus sit, atque ita nihil operetur in præjudicium filii. Abb. multis quæst. 5. num. 3. & 5. Roch. d. num. 18.

19 Q. V. An consensus sufficiat tacitus? Resp. Negate id Abbate d. c. 11. num. 4. eo quod in actu odioso non præsumatur consensus ex taciturnitate. Contrarium tamen dici posse, ex eo, quod actus iste non tam sit odiosus, quam favorabilis, cum jus istud concedatur ad excitandos fideles ad opera pia, ut secundum tradita ad Reg. *Qui tacet de R. L. in 6* scientia ejus, qui contradicere potest & non contradicit, inducat consensus. Roch. d. loco num. 20. & faciunt allata in simili à Barbosa, ad l. *Qua dotis* 34. n. 14. & seq. D. *solutio matrim.*

20 Tertiò, transit per venditionem universitatis, vel rei, unde dicitur, c. cum saculum 13. h. t. tamquam a cessorium, nisi exceptum fuerit, c. ex litteris 15. h. t. Ubi cavendum, ne res carius æstimetur propter istud jus adnexum, quia non vacaret vitio, & pravitate simoniaca. Quæ ratio facit, per se non vendi hoc jus, & contractum nullum declarati, c. de jure 16. h. t. atque eminentem jure isto privati, c. 6. h. t. excommunicationisquæ & interdicti pœnis subijci, Trid. sess. 15. c. 9. de reform. Vid. Suarez 4. de simonia c. 28.

21 Ubi quæsitum, An valeat venditio, hac formâ: *Vendo tibi universitatem, cum jure patronatus*? Resp. Rationem dubitandi esse, quod videatur ejusmodi formâ per se vendi jus istud: propter expressionem, non etiam accessorie venire, ut possit videri subesse vitium, secundum d. c. 16. Dicendum tamen, non esse vitiosum talem contractum, & jus istud non tam principaliter transire, quam accessorie, quod dicitur, *Cum*, denotet accessionem, secundum tradita *Instit. de legat. §. Si quis ancillas*. Ut procedat regula, quod expressio ejus, quod tacite in est, non vitiat, l. 3. D. *de leg. §. 1. Nav. Conf. 3. h. t.*

Major est quæstio, An hac formâ: *Vendo universitatem & jus patronatus*? R. Prima facie videri non carere vitio, ratione dictionis. Et, quæ copulativa facit utrumque principaliter venire; ut eo casu videatur etiam vendi jus istud. Dicendum tamen, si bona sit

intentio, & pretium non excedat valorem rei, non habendum esse vitiosum istum contractum, etiam in foro exteriori; cum non referat, quibus verbis contractus sit conceptus, possitque expressio ista habere sensum, qui culpam excuset, quod scilicet eo sine sit facta, ut non putetur jus istud reservatum, ac separatum à re. Nam alias non transiret, secundum d. c. 7. h. t. in verbis, *In firmam concessa, non excepto jure patronatus*. Qui sensus, cum delictum excludat, potius accipiendus, quam contrarius, qui delictum ponit, secundum Navar. *Conf. 6. n. 7. & 8. de haret.* Neque enim potest dici transire cum re, cujus non est accessorium, imò per se subsistens, quale vocant personale, personæ primario competens, et si rem nullam habeat. Vide Decium ad c. *quando* n. 6. de *judic. Carl. de benef. p. 5. c. 9. n. 11. & seq. & n. 33.*

23 Ubi alia quæstio, An saltem vendita universitate, transeat tale jus ademptorem? R. Ita communitè velle Canonistas, citatus à Covarr. 2. *Var. Resol. c. 18. n. 7. vers. Quarto*, ex eo quod passim dicatur transire cum universitate vendita. Pro quibus facit argum. quod istud jus in heredem transeat, ut etiam videatur transire in emptorem universitatis. Contrarium tamen probabilius, quod, cum non cohæreat rei vendita, non possit ista venditione videri comprehensum, cum rerum eadem contentarum non sit accessorium, ut earum venditio & translatio minime adficiat hoc jus, utpote omnino separatum ab his. Nam si transferretur, esset, quia reputaretur una vendita, non tamquam pars universitatis, sed per se, quod non esset extra simoniæ vitium. Covarr. d. loco *vers. Quarto* Stuar. d. c. 28. n. 19. & 20. Non obstat, quod totaliter se habens transeat nihilominus ad heredem; nam hoc ideo, quia ille representat personam defuncti, succeditque in omne ejus jus, non etiam emptor. Quod facit, quod hæres succedat in jura sepulchrorum, non etiam emptor, ut ab uno ad alium non fiat extensio, aut illatio.

24 Quod de emptione dicitur, idem & de permutatione dicendum, ut scilicet cum re, cui adnexum, permutata transeat, modo tamen plures res non fiat, ratione adnexi juris, quia, secundum dicta, subesse simoniæ vitium.

Dubitatur, An & per se permittitur? Resp. Cum alio simili jure permitti, sine vitio, quod sit quasi spiritualium inter se. Ubi tamen opus erit consensu Episcopi, qui ut in donando, ita & in permittendo est adhibendus; ex eadem ratione, scilicet, ut inspiciat, an mutatio patroni sit cessura commodo Ecclesiae. Hoc magis, quod mutatio spiritualium inter se requirat Superioris auctoritatem.

26 De eo quoque dubium esse posset, an publicatis patroni bonis, una transeat ad fiscum? R. Praesupponendo, quod ante dictum, jus istud etiam in extraneum heredem transire, & sequi rem, cui adhaeret, facilem esse resolutionem, publicatis scilicet bonis, publicari, & fiscum sequi, etiam laicum. Nihil faciente, quod sit spirituale, cum ejus ex speciali gratia capax sit laicus, & ad emptorem laicum, heredemque extraneum transeat, cujus loco est fiscus, *l. si totam 83. D. de acq. hered. ubi fiscus, qui successit heredi cedit pars vacans, jure ad crescendi, quod apud eum sit portio altera, quae non est nisi apud heredem, vel eum, qui est loco heredem. Abbas in c. Laici 10. n. 3. Et c. nobis 25. h. 1. Et hoc ita, si res vel universitas, cui adhaeret, sit publicata, nam aliàs si publicata fuerint bona mobilia & immobilia, jura & actiones non venient, cum tertiam speciem constituent, ut patet ex l. à divo Pio 15. §. 1. D. de re judic. ut nec veniret hoc jus, nisi non cohærens. Præterea ita publicata bona hoc jus sequitur, si non sit expressum, ut agnati in id succedant, aut in familia maneat, tunc enim ut ad heredem extraneum non transit, ita nec ad fiscum, nisi forte pro vita delinquentis patroni, *arg. l. status §. 1. D. de jure fisci*. Nisi prohibitio alienationis faciat continuè locum proximis, per *l. Imperator. 12. l. Rogo 21. D. de fideicom. libert.* Volunt autem quidam in casu, quo publicatis bonis cohæret hoc jus, fiscus non esse exercitium, sed Ecclesiam manere liberam. Quod quidem dici posset, si ideo possessor puniatur, quia in ipsam Ecclesiam deliquerit, non etiam si alia de causa: ut in saecularem transeat fiscus etiam ipse exercitium, cum unà publicatum ad eum transierit. Ut ejusdem exercitium fiscus non sit denegandum, cum nec textus detur hoc adserens, nec ratio patiat, cum, uti dictum, ex gratia competat & laicis hoc jus*

etiam quoad exercitium; Concesso tamen quod alii volunt, Ecclesiam fore liberam, tamen hoc aliàs, quam si non fuerit patroni, penes quos tenebitur jus patronatus, quibus non debet obesse delictum alterius.

Eff. Cus hujus juris primus est, quod patrono debeat honor processionis, *d. 1. de sine.*

Ubi quaeritur, An & ei debeat honor in jus vocetur? R. Honestum quidem non si venia præmittatur, non tamen necessarium ex eo, quod nullibi invenitur jure canonico quod tantum loquitur de parentibus & patris libertorum, à quibus distat hoc generatim *Instit. de act. §. penult. vers. Et in eadem 2. quem sequitur. Alexand. in l. generatim. fin. D. de in jus vocan.*

Secundus effectus est, quod in casibus contingit patronum inopia premij, si fundum ab Ecclesia, pro modo facultatis, *c. 25. & personæ qualitate, can. qui in omni 9. 7. Plures si fuerint, omnibus subvenitur secundum qualitatem; præcipue tamen eo plus contulit fundando, aut dotando. R. 1. V. vile num. 3. Et V. dotavit, qu. 12. Alienationum neutiquam ei permittitur: uti nec gratias alicujus impositio, nec exactio aliquotus, sub poena excommunicationis, *can. 23. hoc vis. nisi si quem referaverit. dist. 1. copii consensu tempore fundationis.**

Tertius, quod patrono incumbat debeat Ecclesiae, ne a potentioribus opprimatur, hoc ejus dilapidentur, *can. Filiis XVI. 9. 7. ut tunc minus eam opprimere debeat, sub poena excommunicationis, d. can. filii; cum quod officio prohibere habet necesse, id ipse committere non debeat, l. Alius D. de jur. ban. præd.*

Præcipuus effectus consistit in præsentatione ministri ad beneficium aut Ecclesiam vacantem, *c. cum autem 24. h. 1. can. de certis XVI. 9. 7. ordinandum sive institutum ab episcopo. Neque enim patroni præsentatio sufficit, c. 4. h. 2. Neque etiam ordinatio sive institutio per Episcopum, neglecta præsentatione rata est, nisi patronus aut delictus, aut obliquus sit, *d. can. decernimus. Præsentandus autem patrono idoneus, & grave 29. sup. de præben.**

31 Quæritur verò, An necessariò sit præsentandus dignior? R. Ecclesiæ quidem voto respondere, ut Ecclesiæ perficiatur, qui majoribus adjuvatur meritis, c. 3. b. t. eam tamen non respue- re dignum & idoneum, secundum dicta sup. De elec. nu. 41. Et seqq. nec peccare Episcopum in- stituentem plurium votis præsentatum dig- num, licet digniore omisso, cum ipsius tantum sit instituire præsentatum, nec eum dignum rejicere nequeat. Et hoc, uno tantum præsen- tato; nam ex pluribus tenetur eligere dignio- rem, nec sine peccato omiserit magis idoneum, d. x. 3. b. s. Covarr. ad c. Peccatum p. 2. §. 7. nu. 3. D. Wamf. Conf. 476, nu. 1. b. t.

32 Q. II. An patronus teneatur præsentare digniorem? R. Si ex prima fundatione sit ali- quis ex cetra familia aut loco præsentandus, non peccare patronum, præsentando dignum ibi inventum, etsi aliunde possit adsumi digni- or, quia non potest contravenire primæ insti- tutioni. Alias non esset extra peccatum, præ- sentando dignum, omisso digniore, quia conti- nenter ea res acceptationem personarum, non libertam à gravi noxa. Vide Azor. d. lib. 6. c. 21. qu. 5. Obstat videtur textus in can. Monasterium xvi. q. 7. ubi dicitur, presbytero, cui voluerit, modò inutilis non sit, commendari Ecclesiam posse, Episcopi consensu. Quem locum aliqui accipiunt de patrono primo fundatore, cui li- ceat, digniore omisso, scienter præsentare dig- num, idque loco prærogativæ, propter benefi- cium fundationis aut dotationis. Quorum o- pinio non est improbabilis, quamvis melius fo- ret, primos fundatores, aut dotatores commo- do consulere Ecclesiæ per bonos Parochos & Ecclesiæ ministros; qui tamen non peccabunt contra justitiam distributivam, minus dignum præsentando; nec acceptationis personarum vi- tium committent, quia id tantum cernitur circa rem debitam aliquo modo; hi autem non est debita, cum pendeat ex sola fundantis liberalitate. Quæ libertas non est eadem aliis, cum jam beneficium sit firmatum, ut debeatur magis digno ex intentione Ecclesiæ, nec liceat patrono sine noxa ei contravenire. Mi- nus rectè Covarr. in c. Peccatum p. 2. §. 7. nu. 5. putat, d. can. Monasterium habere locum in successore.

33 Q. III. An patronus præsentet se ipsum?

R. Minimè, tum quia hoc sit ambitiosum, c. Per nostras 26. b. t. tum quia præsentatio ad be- neficium spectet, quod non nisi inter duos locum habet. c. fin. inf. De instit. ubi inter dan- tem & accipientem debet esse distinctio. Roch. V. Honorificum nu. 20. Molin. ad Consuet. paris. §. 20. olim. 15. Gl. 1. nu. 68.

34 Q. IV. An saltem ab eo quis præsentetur, cui cessit jus præsentandi? R. Distinguendo: nam aut cessit pro ea vice tantum, & sine effe- ctu erit præsentatio, quòd videatur patronus se præsentare, cum per alium faciens ipse fa- cere videatur, l. 1. §. de jectis D. De vi et vi arm. l. 6. §. 1. Quod cujusq. univers. nem. ut procedat decisio d. c. 26. aut in perpetuum, & tenebit præsentatio, cum non possit dici ipse se præsentare, qui omni jure se exuerit, at que ita nec videri agere per alium. Abbas in c. Ex in- sinuatione 14. in fine b. t. Specul. De jure patro- num. 17. Nihil tamen implicat, unum ex pa- tronis ab aliis præsentari, c. Consuluit. 15. b. t. Ut & potest Episcopus ipsi patrono, si consen- tiat, conferre: cessat enim ratio supradicta, quòd non tam ipsi agat, aut sibi beneficium det, quam patiat per alium in se statui, l. v. 19. D. De tutorib. datis. Nec obstat, quòd sine præsentatione non valeat collatio, aut institu- tio; nam hoc verum est, patrono invito, ne ei fiat injuria, hic autem est volens.

35 Unde patet resolutio quæstionis. An præ- sentationi sui per alios patronos in casu ambi- guo consentiendo, augeat numerum, & jus sibi firmet? R. Hoc ita responsum esse in cau- sa electionis, c. Cum in jure 33. sup. De elect. ubi dictum num. 60. ut idem videatur hoc in casu statui debere, ex eadem ratione. Nihil obsta- tibus supra dictis, propterea, quòd non tam possit videri se ipsum taliter præsentare, quam potius præsentationi de se factæ consentire, quod in se nihil habet contrarium Canonibus, sed potius responders, ut patet. d. c. 33. Retener Abbas. ad d. c. 26. in fine. Rochus. d. V. Honorificum nu. 20. Wamf. Conf. 477. num. 7. b. t. Nihil obstat d. c. 26. quia et agitur de voce unius per se stante. Ut nec obstat d. c. fin. quod etiam loquitur in casu, quo quis se eligit, non etiam in casu, quo consensit in electionem sui.

Filium suum quin patronus rectè præsen- tet

Tt 3

ter

ret, non est dubium, uti & patrem, nepotem, cum sit alia persona; *Gl. in c. Consuluit 15. h. r.*

S. qui tur hoc jus presentandi patronos, quibus id juris est ex successione, vel ratione rei cui adheret, cum qua, uti dictum, transit, ut & emptori sit salvum.

36 Quæritur autem hic. I. An etiam sequatur maritum, ratione rei in dotem datæ, cui coheret: R. Rationem dubitandi esse, quod dos non maneat perpetuo penes maritum, nec is sit verus dominus, sed mulier, *l. In reb. 30. C. De iure dot. Azor d. c. 21. qu. 16.* Dicendum tamen, transire ad maritum, eumque presentare, cum, uti dictum, rem sequatur, quæ tempore stantis matrimonii est penes maritum, cui ejus fructus cedunt. inter quos numeratur presentatio. *Gl. in c. Pertoldus sup. De sent. & re jud. Vid. Tiraq. ad LL. Connub. Gl. 9. Paul. de Citadin, in hoc Traç. p. 6. art. 5. num. 70. & latè Garl. De benef. p. 5. c. 9. §. 1. nu. 140. & segg.*

37 Quid si uxor se presentando concurrat? R. Presentatum ab uxore præferendum videri, juxta Rotam *Decis 422. in Novis*, inductam per Joann. Andr. in simili quæstione tenentem, presentatum per pupillum esse præferendum presentato per tutorem, per c. *Ex eo 32. num. 5. De elect. in 6. V. rum dicendum, presentatum à marito esse præferendum, quippe ad quem spectent fructus rei dotalis, ut etiam pertinere debeat presentatio, secundum modo dicta. Nec facit argumentum à pupillo sumptum, cum dominium sit penes pupillum, & fructus rei cedant, ut cesset paritas, Garl. d. loco n. 181.*

38 Q. III. An creditor jure pignoris rei, cui patronatus adheret, presentet? R. Minimè, tum quod ad eum nec spectet dominium, sive directum sive utile, sed tantum possessio, quantum ad vim & effectum pignoris, in reliquo autem possideat debitor: tum quod creditor teneatur omnes fructus servare domino, eique restituere, vel in sortem computare; fructus autem hujusmodi non possit restituere, quia presentatio non retractanda; neque etiam imputari, quia hoc non foret citra simoniam. Vid. Molin. ad *Consuet. Paris. §. 9. olim 6. Gl. 3. V. Saifir. nu. 5.*

39 Q. IV. An transeat re locatâ in conductorem? R. Hoc negari per Rochum de Curtes, *V. Ipse vel is num. 58.* saltem in eo, qui non con-

daxit ad longum tempus, quod hic ostendit fessor Abbas *tu c. 7. num. 3. h. r.* Aliud sententia conductore ad longum tempus, & tractu diverfitatis ponunt, quod ad hunc tractum possessio, non etiam ad illum, Quæ ratio non datur sufficiens, tum quia falsum præsumitur per textum in *l. Non solet 39. D. Locati*, quæbet, locatione non solet mutari dominium, nec per eam transit possessio, cum tractu & tempus breve vel longum nihil faciat, quia sic sequeretur, etiam creditorem presentare posse, cum & is possideat rem, cui ret hoc jus, qui tamen non presentat, sicut modò dicta. Ut videatur dicendum, contractum posse presentare, quod, uti ad eum ita & ad eum spectent omnes rei fructus tempore conventi usus. Quod facit, *h. r. qui indistinctè dicit, eum, cui res locata, presentare posse. Et videtur in h. r. inferiorem partem inclinare Abbas d. loco in fine.* De consuetudine etiam patronatus deni exceptum hoc jus, nec transit ad conductorem. Multo magis hoc dicitur in conductuario, cui omnes rei fructus cedunt, & dicitur possidere. *Roch. d. loco qu. 21. Wames. Conf. 475. nu. 1. h. r. De benef. p. 21. & segg.*

Q. V. An tutor possit presentare pupillum sit septennio major, qui nihil aliud habet, presentare eum possit presentatum ab eodem esse presentatum presentato à tutore, velle Joann. Andr. *eo nu. 5. De elect. in 6.* quod ille sit de modo presentatus sit idoneus. Si presentantia minor, verius à tutore presentari esse faciendam. Videantur allegati à *V. Competens alicui nu. 12. & 13. d. loco 14. & Garl. De benef. d. p. 5. c. 9. §. 1. nu. 140. & segg.*

Q. VI. An presentet sequester? R. Verum esse negantium sententiam, per *Episcopium 3. h. r.* ubi hinc super patronatu presentato, tempore non finita, dicitur Episcopum presentare Ecclesie. Abbas in *c. Examinata* presentat. Nihil facit, quod sequester presentator, quia non tam sibi presentat, quam alii, cui fructus servare debet, presentando dissiparet. *Cotal. d. loco nu. 16.*

Q. VII. An presentatio per possessorem, non dominum facta valeat? R. Eam tenere, si bona fidei fuerit: & ita expressum in *c. Consultationibus 19. h. 1.* Quod & habetur in *c. Querelam 24. sup. De elect.* ubi dicitur sufficere, quod aliquis sit in quasi possessione presentandi. Habet idem text. in *c. Cum olim 7. sup. De caus. poss.* ut etiam si postea evincatur istud jus, nihilominus presentatus & institutus in beneficio sit retinendus. Ratio est, quod bona fides possessoris faciat eum fructus recte colligere. Recte autem facta non sunt irritanda. Azor. *d. c. 21. qu. 17.*

43 Quid si super jure istolis pendeat tempore presentationis? R. Varias adferri opiniones & distinctiones per Rochum, *d. V. Competens nu. 41. & 43.* cum autem tenere, ut, si lis sit mora super proprietate, non impediatur presentatio ejus, qui est in possessione, quod cum eam quietam habeat, fructus ejus non sit impediendus colligere: si vero super possessione tantum, presentatio non valeat, quod possidere negetur. Quam distinctionem probat Hostiensis *hic in Summa vers. quid juris Abbas* vero in *c. 7. nu. 6. h. 1. vult presentare quidem possessorem posse sicut & alios fructus colligere; non esse tamen admitteendam presentationem à Superiore, ne derogetur juri victoris. Nam licet fructus percipiat possessor, lite pendente, eos tamen testitur postea victor, cum fructus presentationis talis sit, qui restitui nequeat. Quod faciunt loca, quae volunt indistincte, lite super patronatu temporis non finitâ, Ecclesiae esse providendum per Episcopum, *c. si vero 12. c. Eam te 22. h. 1. citra praedictum* ejus in posterum, qui evicit, *c. Cum propter 27. h. 1.* Quae opinio videtur probabilis praecipue quia causa proprietatis, quae potior est, trahat ad se causam possessionis, ut dictum sup. *De caus. poss.* ejusque jus faciat dubium.*

44 Presentationis effectus est, quod teneatur Episcopus presentatum, modo sit idoneus, instituere, & ex pluribus presentatis maxime idoneum, ut dictum supra Si omnes idonei fuerint, in arbitrio est Episcopi, quem instituat, *c. Cum autem 24. h. 1. & Clem. 2. eod.* Sine institutione vero effectum plenum non habet presentatio: aded ut, ista neglecta, Ecclesiam recipiens quasi facta institutione à laico,

fit communione privandus, & si persistit, à ministerio atque ordine reddendus alienus, *c. 4. h. 1.* presentatioque sit nulla. Liberum tamen patrono alterum nominare, qui ab Episcopo instituitur, *c. Cum laici 30. h. 1.*

Facienda presentatio intra tempus; quod Clerico patrono est sex mensium, laico autem quatuor tantum. Ratio differentiae est, tum quod illum variare non debeat, qui satis novent mores Clericorum; tum ut facilius praeparat Ecclesiae dignum ministrum. Laico variare non est turpe, cum non noverit ita Clericorum qualitates; cui ideo & minus tempus praefixum, intra quod post unum & alios recte presentat. Quae variatio non ita accipienda est, quasi post sequentem presentationem prior extingatur, sed quod altera priori accedat, & Episcopo sit integrum alterum eligere. Azor. *d. c. 21. qu. 13.* Ex ista differentia oritur & altera, quod scilicet presentato à Clerico statim quaretur jus ad institutionem. *d. c. 24.* quia non licet patrono variare, non etiam presentato à laico, cui licet variare. Quae tamen in re si Episcopus primum malitiosè rejecerit, & alterum instituent postea nominatum, tenebitur illi providere, *c. pastoralis 29. h. 1.*

46 Quid si patronorum alter sit laicus, alter Clericus? R. Videri etiam laico competere sex menses: tum quia magis dignum trahat ad se minus dignum; tum quod sit servanda paritas in una eademque re. Quo casu laicus per Clerici conjunctionem consequitur quod per se habet, *Gl. fin. in c. un. eod. in 6. Abbas ad c. Cum propter 27. in fine h. 1.*

47 Ubi quaeritur, An laico isto casu variare liceat? R. Quaestionem non esse in casu, quo prius ab utraque parte unus presentatus, & postea à laico variante alter additus, cum prior sit potior, quia duas voces habeat Joan. Andr. in *c. In re communi 61. De R. l. in 6. Abbas in d. c. 24. nu. 4.* Tantum esse quaestionem in casu, quo uterque diversum presentavit, an liceat alteri variare, cum effectu? Quod dicendum, cum nullibi pateat hoc illi denegarum, & non sit privandus quis jure suo propter adjunctionem alterius. Nec facit, quod *Gl. fin. in c. unico eod. in 6.* velit in isto casu istum judicari tamquam Ecclesiasticum; nam hoc tantum quoad commodum, quod consequimur inter-

interdum ratione adjuncti, non etiam quoad privationem alicujus juris.

48 Alia quaestio est, An laicus possit variare quoties voluerit? Variationem quidem videri odiosam, ideoque restringendam, infinitatem evitandam, pluralem locutionem duorum numero esse contentam: affirmativè tamen respondendum esse, per textum in *Clem. 2. b. 2.* qui permittit plures praesentari posse per patronum: quod verbum non potest commode restringi ad duos tantum, sine laesione textus uti sentit Gl. & tenet Rochus *V. Honorificum nu. 35. alios allegans.* Adde Azor. *d. c. 21. qu. 13. vers. Si quaras,* & Garf. *d. c. 9. §. 1. nu. 214. & seqq.*

49 Quid si praesentato uno, juraverit, se non praesentaturum alium? R. Videri, secundum tradita à Gl. in *c. sfn. De procurat. in 6.* variationem non esse remotam, quòd per juramentum nullum parti jus quaeratur, ut patet ex *c. Sicur. 22. inf. De sponsal. in quo,* non obstante juramento de ducenda Maria, tenet matrimonium cum Titia initum. Vult tamen Rochus *d. loco nu. 37.* à superiore talem patronum variare volentem non esse audiendum, ne participet in crimine. Facit *d. Clem. 2.* in qua promissio de praesentando alternatim est servanda: ut multò magis sit servandum juramentum.

Praesentatum non instituet Episcopus, nisi lapsò demùm tempore praesentato: quod cum sit inductum in commodum patroni, ipsi non est auferendum.

50 Ubi quaeri possit, an ante tempus institutio praesentati à laico sit valida, ut subsequens praesentatio sit inutilis? R. Episcopum minus quidem rectè egisse, non expectando iteratam praesentationem, quae intra tempus fieri poterat, tenere tamen institutionem, quòd, cum in Episcopi arbitrio sit, ex pluribus unum eligere, videatur primo oblatum instituendo aliis praetulisse. Nec obstat, quòd potuisset postea praesentari dignior, quia institutio digni tenet. Quo facit, quòd praesentatio unius à patrono Clerico non ideo invalidetur, quòd postea appareat dignior. Vid. Garf. *latè d. c. 9. §. 1. nu. 231. & seqq.*

51 Dicta de tempore patrono laico competentè vera sunt, si apud laicum jus istud maneat: nam si in Ecclesiam transferatur, fiet Ecclesia-

sticum, & competet semel, *c. 1. in fine nu. 6.* Cujus ratio est, quòd mutatione personae teretur rei conditio, ut, cum persona sit Ecclesiastica, etiam ipsum jus sit tale, & praesentandum personam, cui istud jus competere debet, at consideranda. Covarr. *Pract. 99. d. 1. vers. Secundo.*

Quid è converso, si jus spectans ad Ecclesiam transeat cum universitate in laicum? R. Respondendum esse, quòd scilicet habeat effectum ei juris quoad praesentationem, & similitudinem, *d. c. 1.* quòd fundatur in mutatione personae, idcirco scilicet censeri Ecclesiasticam praesentationem, quia in Ecclesiam transeat, ut & debeat censeri laicum quoad praesentationem, & alias conditiones, quia in laicum transeat. Debet enim res quaelibet iudicari secundum statum praesentem, non etiam antiquum. Quòd facit, quòd habet Bald. *Cons. 211. in 1.* Ecclesiae alienata in laicum non amplius privilegia Ecclesiae, quòd, mutata sit natura, mutetur & rei status, & cessat effectus, quae de re plura Titra *Tractatus de causis p. 1.* Facit etiam quòd tra *diffinitio* siaticam emphiteusim, si transeat in laicum, iudicari ut privati, non ut Ecclesiastici, in *l. Paulus in fine D. de adquir. heredit. quod consideretur pro qualitate novi possessoris tenet Cavalcan. Decis. 22. nu. 16. Magis, Lucens. 10. nu. 7. & 13.*

Dubitet & hic aliquis, An praesentatio fiat Episcopo extra dioccesim? R. Non habet effectum, cum requiratur aliquem stipendiarium, inquisitionem scilicet super personae vita, litteratura praesentati; quòd non potest extra dioccesim & territorium, extra quodnis jurisdictionis cessat. Vid. Azor. *p. 1. d. 1. qu. 12.*

Haec de praesentatione, quam, cum dicitur, quitur institutio per Ordinarium laicum praeserit, secundum antè dicta, ex parte maximè idoneum, nisi quis plurimum eorum suffragiis fulciatur; iste eam aliter, *or. c. 3. h. 2.*

Ubi quaesitum, An si ex tribus, quibus praesentandi, unus alteri succedat, sit duplex votum, unum jure proprio, & alio successione? R. Posse videri illud tantum simpliciter votum; Primò, quia jus istud

dividuum, in solidum singulis competens, ut augeri non possit. Secundo, quod sic alteri generaretur præjudicium, qui semper ab alio habente duplex votum superaretur. Dicendum tamen, esse illi duplex votum: quod videtur probari, *Clem. 2. h. 2. quæ dat suec. Floribus* iudicis, quod defunctus habuit. Quod facit *e. Cum olim 12. sup. De rejudic. ubi ratione duplicis beneficii duplex vox concessa. Quod & habet e. pen. sup. De concess. præb. & ita tenet Gl. in d. Clem. 2. circa med. ubi Abbas nu. 2. & Zabarella. Rochus V. ipse valis nu. 12.*

55 Quæritur etiam solet, An in casu, quo plures præsentant, omnes debeant esse simul? R. Abbatem *Conf. 70. distinguere, an per modum collegii præsentent, & tum necessario omnes esse monendos, ut compareant; si vero per modum singulorum, non esse necesse, ut omnes simul compareant, sed posse separatim quemque nominare: quod & de praxi comprobatur dicit, ipse tamen de ista opinione dubitans, in e. 3. in fine h. 2. & in dist. 8. & verius iudicans, omnes debere comparere ex eo, quod quando omnes conveniunt, possint facilius inquirere de idoneo ministro. Et ita à plerisque tenetur cum Bar. in l. Omnes populi D. De iustit. & jure tradit Rochus V. Honorificum num. 94. Vid. Garl. d. e. 9. §. 1. num. 222. & seqq.*

56 Hæc ita procedunt, quatenus jus patronatus est saluum, aut non impeditum. Impediti contingit Primò, si per negligentiam eius, cui competit, non fiat præsentatio intra tempus præscriptum, vel etiam per discordiam patronorum contingat tempus illud labi; hoc ipso enim ad Ordinarium jus illud devolvitur, qui Ecclesiam ordinabit, *cap. 3. in fine hoc tit.*

57 Unde quæritur, An tempus istud currat ignorantia? R. Id posse videri, cum currat impedito, in casu scilicet discordiæ super jure patronatus, *d. e. 3. Verius tamen non currere, quod regulariter ignorantia non currat tempus, ut nec impedito. Et facit text. in e. 4. sup. De concess. præb. ubi non nisi à die notitiæ vacationis currit tempus. Facit & ratio, quod ubi non est culpa, non debeat esse poena. Culpam autem hic removet iusta ignorantia: & ita resolvit Abbas in e. Cum propter 27. h. tit. Non obstat decisio d. e. 3. quia in eo facte patro-*

rum discordiarum tempus labitur, ut rectè concedatur Episcopo ordinare & providere Ecclesiæ. Aliter se res habet in casu moræ ignorantia.

Q. II. An tempus currat excommunicato? R. Videri non currere, cum, ut dictum, non currat justè impedito, qualis est, excommunicatus. Nec facit, quod videatur in culpa esse; nam ea non alias obest, quam quatenus impedimentum inde directè causatur, quod non fit in præsentis casu. Et facit eo argumentum d. e. 5. ubi suspensio non currit tempus collationis, Rochus V. *Competens num. 13. Idem videtur probari e. unico §. 1. De sede vacante & e. in 6. ubi Episcopo suspensio non currit semestris collationis tempus, tanquam impedito, ut patet ex clausula subiecta, nisi Episcopus in petenda relaxatione hujusmodi suspensionis sit in mora: ut ante moram non ponatur culpa, atque ita ante sit legitimum impedimentum. Vid. Suarez de Censuris Disp. 14. Sect. 2.*

Q. III. An Episcopus præsentatum ab excommunicato rectè instituat? R. Rochum d. loco nu. 22. distinguere secundum Rotam *Decis. 526. in Antiq. an præsentatio fiat à Clerico, an à laico: hoc casu posse, non illo, Rationem differentia assignat, quod à Clerico facta vim habeat electionis, cum, ut dictum, superior teneatur præsentatum instituire, ob adquisitionem ejus, e. Cum autem 24. h. 1. quod utique translaturum inhabili, ab eo solum dependens, quia concessum nulliter, ideo & nulliter subsecuta institutio, hoc vero casu non transferatur jus in præsentatum, cum præsentanti variare liceat, ut videatur superior libere & ex gratia præsentatum instituire. Verum non videtur mihi sufficiens ista ratio differentia, cum & præsentatio laico facta eius sit efficacia, ut superior non possit alium instituire, quam præsentatum. Melior ratio datur, quod Clerico actus præsentandi competat ratione beneficii Ecclesiastici, à quo est suspensus excommunicatus: ut actum hunc à beneficio dependentem non rectè exercent. Quæ ratio non obtinet in eo, cui competit jus istud laicum, ut nec ponat idem impedimentum. Nam præsentatio ejus tantum ponit expressionem voluntatis & quamdam opinionem, quæ potest facere etiam excommunicatus: quo*

modo testamentum excommunicati, ut & alii actus privati tenent, ut dicitur infra, *De sent. excom.* Vid. Suarez d. loco nu. 26.

60 Ubi queri posset, An superior cogatur acceptare? R. Non peccare quidem eum admittentem excommunicati non vitandi praesentationem, per *Extravag. Ad evitanda Marini V.* ut eam licite & valide subsequatur institutio, non tamen cogi necessario admittere, cum ista Extravagante non subveniatur excommunicatis. Si vero fuerit vitandus, peccare Episcopum admittendo praesentationem; propter communicationem cum excommunicato; validam tamen esse institutionem, saltem quoad patronum laicum, eum talis praesentatio excommunicati sit sufficiens ad explicandam ejus voluntatem, quam proinde Episcopus, si velit, acceptare potest. Quantum ad Clericum, aliud dicendum, cum hujus praesentatio sit nulla, propter suspensam potestatem. Si tamen Episcopus sciens acceptet praesentationem, videtur supplere defectum, cum deficiat patrono ad eum totum istud jus devolvatur.

61 Secundò, Impeditur jus patronatus per derogationem Pontificis, qui praeveniendo praesentationem, Ecclesiae de ministro providit. Quod ei licitum est, non tantum quoad patronatum Ecclesiasticum, propter plenarium jus, quod habet in Ecclesiastica beneficia, sed & laicum, *Gl. in Clem. 2. De praeb. V. Apostolicis*, cum & hoc sit dependens à spiritualibus. Quò facit ratio, quod ex tolerantia Ecclesiae hoc jus laicis competat, *c. 7. h. 1. ut, si videatur expedire*, possit Pont. gratiam revocare, & non expectata patroni praesentatione, Ecclesiae providere: praecipue cum non privative id jus sit concessum laicis, sed cumulative, concedendo quidem aliis eam potestatem, sibi tamen non auferendo. * Ubi distinctioe hac opus, quod ad derogandum juri patronatus laico necesse sit, exprimaturs clausula derogatoria, *Gl. in d. V. Apostolicis*. Et hoc, ne facile laicorum juri contraveniendo avertantur ipsi à benefaciendo Ecclesiae, qui metus non est in Clericis *Covarr. Pract. qq. c. 36. nu. 1. ubi per eum citat.*

63 Queritur autem, An sufficiat generalis derogatio? R. Minimè; cum quae specialiter sunt exprimenda, non possint dici contenta sub gene-

rali clausula, *cap. 2. ubi Gl. fin. De praeb. in 1. non sufficiat litteris expressum esse, ut dicitur alicujus praesentationem seu collationem non tenent; nam ea verborum clausula generaliter tenet, ut dicitur in c. Dilectus 6. sup. De off. leg. v. varr. d. loco: qui vult ne quidem centum denarium per clausulam specialem, si ad Regem, aut Marchionem spectet, nisi & hoc tenetur. Qui etiam vult non comprehendatur reservatione vacantium in Curia beneficiis, patronatus laici, non tantum si ad Regem, aut Marchionem spectent, sed etiam ad similes. Quod posterius licet displicet, tamen de resignat. benef. lib. 11. q. 4. n. 48. habetur reservationem, quod ista reservatio juris communi sit generalis, ut non adficiat ea, quae specialiter desiderant expressionem, ut in casu praedicti. Vid. Roch. V. Honorificum nu. 3. Azor. p. 1. lib. 23. Wam. Conf. 478. nu. 1. c. 2. h. 1. *De iure lib. 2. c. 34. Dubis. 9.**

Quid in patronatu Ecclesiastico sufficere derogationem generalem, Quod si contingat beneficium in Curia vacante, vacata erit praesentatio Pontificis, secundum quod in curia vacant a beneficiis illi sunt vacata, nec alià speciali opus erit derogationem illi juri, qui Ecclesiasticum, facilius derogat quam laico.

Quid si simul pertineat ad laicum & Ecclesiasticum? R. Flaminium, d. loco num. 49. *De iure lib. 2. c. 34. Dubis. 9.* etiam sapere potius naturam Ecclesiasticum tale censeri per *Gl. fin. in c. 7. eod. in 6.* Contrarium est dicendum, si licet non ei derogatum, nisi exprimaturs. Nulli tamen conjunctione Ecclesiastici, quae communi & privilegia cum laico communi, etiam dan na, quibus adhaeretur laicis derogationem generalem & reservationem. Et ita accipienda d. *Gl. fin. Covarr. d. 1. p. 1. v. 1. Tertio. secus alios, quos citat. Abb. in fin. in sine h. s. Wam. Conf. 479. nu. 1. c. 2. h. 1.*

Dicta de expressa derogatione Pontificis vera sunt, si ex donatione aut fundatione istud habeatur, non etiam si ex jure Pont. quia cessat ratio, ob quam praesentatio buerunt derogationem, quod licet non tenentur aliqui à dotando, cum nulla sit dotatio. Quod dicendum, si ex praesentatione

ne aut consuetudine jus istud sit obtentum. *Covarr. d. loco n. 6.*

67. Quantum ad Legatum à latere, potest ille præveniendo præjudicare patrono Clerico, non etiam laico, per textum in *c. Cum dilectus 18. h. t.* qui distinguit inter laicum & Clericum, cum adsignata ratione diversitatis, quod scilicet, Clericus subdit jurisdictioni Legati, non etiam laicus. Ad Episcopum quod attinet, illi non licet derogare juri patronatus sive Eccl. siastico sive laico, ut patet ex *can. Decernimus xvi. q. 7.* Adeo ut collatio non teneat, secundum ea, quæ dicta superius, *ead.*

68. Extinguitur jus illud, Primò, per cessionem alteri factam, qua de re sup. Quod & obtinet, si publicetur universitas, cui adhæret.

Secundò, per remissionem, *c. t. eod. in 6.* licet enim cuilibet jus suum remittere.

III. Si patiarur patronus Capellam communitati in Ecclesiam collegiatam, in qua non est locus præsentationi, sed electioni cui se non immiscet patronus: nisi quòd adensus ejus postuletur, & nisi aliter de sua jurisdictione obtineat, ut habet textus in *c. Nobis 25. h. t.* non quoad vocem præstandam electioni, hoc enim induci consuetudine acquirit, aut per Episcopum concedi: sed ut interponat partes suas in electionis tractatu. *Innoc. in d. c. 25.* Sunt autem patrono reliqua jura salva, *d. c. 25.*

IV. Si Ecclesia destruat, quia rei non existentis nullæ sunt qualitates. Quid juris sit, si Ecclesia destructa reedificetur, dictum est sup. *eod. nu. 6.*

V. Si Ecclesia obnoxia huic juri cum altera uniat, consensus etiam tacito patroni. *Joan. Andr. ad c. 2. sup. de relig. domib.* quia cum altera uniat Ecclesia censetur quasi extincta. Quod admittit specul. *De jure patron. in fine,* non tantum quando ex fundatione hoc jus competit, sed & si ex dotatione, ex ratione, quod non amplius ibi ordinetur Sacerdos.

VI. Per crimen, quod commisit patronus circa personam Rectoris, quem per se aut per alium occidere aut mutilare præsumpsit, *c. pen. inf. De pœnis.* Quo casu ad Ecclesiam revertitur jus patronatus, aut extinguitur potius ipsa Ecclesia manente liberâ. Ut hæredibus patroni nihil juris super sit quod præten-

dant: meretur enim factum hoc patroni, ut cum sua posteritate excludatur indignus, qui à loco, in quem commisit, beneficium expectet. Refertur etiam ad crimen, si jus patronatus fuerit adquisitum simoniacè, ut eo dicatur privandus comparans, *c. 6. h. t.* Facit & hæresis, in quem incidit patronus, eo privari, cum omnia ejus bona hoc ipso publicentur, ut dicitur inf. *De hæret.*

69. Quid si revertatur ad sanam mentem, abrenuntiat à hæresi? R. Ipso jure omnia ejus bona esse confiscata propter hæreseos delictum; quod non tollit penitentia quoad personam infictam ipso jure. Quia tamen ante sententiam, declaratoriam scilicet, non possunt bona apprehendi per fiscum, *c. Cum secundum De hæret. in 6.* videtur Glossa in *can. Maximum 1. q. 7.* remanere patrono jus suum saluum cum bonis: quæ sententia est benigna, qua de re latius agitur infra *d. tit. De hæret.*

70. Q. An excommunicatio privet patronum isto jure? R. Nusquam haberi, quod excommunicatus aliquo jure privetur, sed omnia sua salva habere: imò & ei posse adquiri justitiam de novo, fundando, dotando, succedendo, aut aliàs per universitatem acquirendo, cum & matrimonium valide ineat, & Religionem profiteatur, Nec facit, quòd ad beneficium Ecclesiasticum omnis illi sit præclusa via; nam hoc ideo, quia spiritualium est incapax: hoc autem jus tantum est dependens à spirituali, non etiam mere spirituale, Abbas in *d. c. Nobis 25. nu. 3. h. t.* Rochus V. *Competens nu. 20. c. segg.* Quantum ad exercitium præsentationis dictum de eo sup. *eod. nu. 19. c. 60.*

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, & Procuracionibus.

SUMMARIUM.

1. Censibus vocabuli varia significatio.
2. Censibus quid, & in qua moneta solvendus.
3. Solito major aut novus non imponendus Ecclesie, nec vetus augendus.
4. Exactionum nomine quid hic veniat.
5. Ab exactionibus Principum immunes Clerici.

Uu 2. 6. Pro-

6. Procuraciones quid, & modus earum.

7. Modum excedens tenetur ad duplum recipi.

8. Paena hoc an evitetur solvendo simplum intra mensem?

9. Istantium comitatus & expensa.

Spectant ad gravamen Ecclesiarum Census, Exactiones, Procuraciones. Census vocabulum est *πρόσφυαον*, id est variae significationis, ut videre est apud Molin. ad *Consuet. Paris. tit. 2. in princ. nu. 7. & seqq.* & Molinam *Delus. & iure tract. 2. Disp. 381.* Nam accipitur Primò, pro rerum & bonorum cujusque assimilatione, secundum quam tributa olim pendebantur, & cives in certas classes apud Romanos distribuuntur, ut patet ex Livio, & aliis. Secundò, pro tributo & publica pensatione, quae praestatur in recognitionem universalis domini, & auxilium rectae gubernationis, & tuitionis Reip. quae fit per Principem, quo modo accipitur passim in Jure civili, *Cod. Sine Censu vel reliquis fund. comparari non posse. c. De censib. & consitor. lib. 11.* Tertio, pro modico annuo canone, qui praestatur in recognitionem directi domini, & jurium dominicalium, qualem praestant emphyteuta. Quarto, pro annuo reditu, quem quis sibi reservavit ratione censi praedii, aut juris, ut *In c. Constitutus 6. sup. De relig. domib. aut ratione tradita pecuniae, qua de re sup. De empr. vend.* Quintò, pro eo, quod annuatim praestatur ratione, & in recognitionem subjectionis, quo modo hoc loco accipitur; aut etiam ratione foundationis aut dotationis, cujus tempore patronus sibi censum reservavit auctoritate Episcopi, ut colligere est ex *c. Praeserea 23. sup. tit. prox. aut etiam alia de causa.* Ut solutio census videatur indicare subjectionem, *c. 2. h. r. non tamen semper, ut patet ex c. Praecipimus 8. inf. De privil.*

Census itaque est reditus annuus, quem Ecclesiae debent suo Praelato, non in signum domini, sed in recognitionem subjectionis, *d. c. 2. h. r.* Praestandus in ea moneta, quae institutionis tempore erat in usu, *c. Olim, 20. h. r.* vel si non reperitur, in quantitate, quae erat tempore constitutionis. Abbas in *d. c. 20. nu. 4. c. pen. h. r.* nisi tempore 40. annorum, quo iudibus Episcopalis praescribitur, Abbas d.

loco nu. 6. solutus fuerit in alia moneta minoris valente, *d. c. 20. ** Major solutio ponitur Ecclesiis, nec antiquus augetur, *c. 1. 7. h. r.* Ut enim res Ecclesiae non alienantur nec ad censum novum obligantur, nisi quis augeri potest; quia quod juris est in eadem & in parte. Ubi nihil facit census Rectoris aut Clericorum, qui Ecclesiam volunt constituere censualem, sine voluntate Diaecetani, *c. Praeserea 8. c. Com. 11. h. r.* ut iuramentum super ea re ex parte relaxandum ab iis, qui exigerunt, *c. Spiritus vit 13. c. Gravus 15. h. r.* Dicta de censu, quem vocat tributum Ecclesiae Pont. in *c. 1. h. r. & Synodarium in d. r. 2. cedunt, nisi sit remissus, c. Com. v. 11. h. r. & d. c. 6. sup. De relig. domib. aut pen. exemptio.*

Exactiones sunt subsidium aliquod ordinarium, quod penditur Praelatis iusta causa id petentibus, *c. 6. §. 1. h. r.* quale vocatur diu charitativum. Sine ea modum, & causam excedant; alias restructe tenentur. *Ea qua 12. h. r.* Pauper Clericus his non gravandus, *arg. c. 4. h. r.* quod cum pauperis gravet, cujus proinde fit potius mulierum Divitem Clericum non habentem bonorum aut ordinatum ad titulum sui patrimonii teneri ad hoc subsidium videtur velle *hic Conf. 5. in fine.*

Sunt & Principibus suae exactiones, quae non nisi ab ipso Principe legitime imponuntur, ab aliis eas indici prohibetur, *sup. excommunicationis, c. Innovamus 10. d. c. ecclesiasticae personae ab iis sunt immunes, quoad res suas: ut à laicis personis imponi queant, & contra facientes; etiam excommunicationis ipso facto incurrant.* Nisi recognitionem exerceant; et tamen enim non est ut hac immunitate fruantur, *c. pen. ad Clem. fin. eod.* Uti nec quando exactiones tam in commodum Clericorum, quam laicorum, adhibita auctoritate Episcopi, Clericorum consuetudo debetur quidem & hac immunitas, sed de consuetudine iis ablati, quae sunt in ministerio Ecclesiae, uti dicitur *sup. foro compet.*

Procuracionum nomine hic veniunt pensae, quas vel Ecclesiae, vel Monasteria

ben Episcopo, vel altari, visitanti ex officio & quidem in propria persona, non alias, c. procuratorum 23. b. 1. Nisi privilegio Apostolico sint exempta ab earum visitatione: quod non facile creditur concessam quoad Nuntios Apostolicos, c. cum instantia 17. b. 1. Sint & hæ moderate, secundum locorum facultates, c. Conquerenti sup. de off. ordin. * Si modum excesserit visitans, tenetur ad duplum ejus, quod recepit, ei Ecclesie, à qua recepit. Quod nisi intra mensem solverit, Episcopo est interdictus Ecclesie ingressus: alii ab officio & beneficio sunt suspensi hoc ipso, donec persolverint, c. 2. eod. in 6.

Ubi disputat Nav. conf. 2. b. 1. An simplum solvendo intra mensem evitent dictam pœnam? Resp. Hoc videtur ipsum probare arg. Clem. 2. vers. à qua de hæret. ubi post incursum similem absolvi possunt restituentes simplum tantum, non etiam pœnam quadrupli, quam debebant ratione concussionis: ut magis id dicendum illi videatur ante pœnam incursum, cum difficilius tollatur jus quæsitum, quam impediatur quærendum. Quæ ratio ut non sit mala, tamen d. c. 2. expressè non alias vult evitari pœnam, quam duplum intra mensem sit redditum.

Ne autem comitatu suo Ecclesie sint graves visitantes, certus numerus est præscriptus, c. 6. b. 1. Visitantis verò nomine victualia tantum, non etiam pecuniam, olim accipere licebat: postea pecuniam accipere permissum, c. 2. eod. in 6. Monentur porro visitantes per Trid. Sess. 24. c. 3. de reform. ne cuiquam sint graves inutilibus expensis: victualia quidem accipiant sibi & suis frugaliter, non etiam pecuniam: nisi ita habeat consuetudo, & eam dare eligant, qui visitantur. Ubi autem gratis visitari solitum, ibi nihil accipiant.

TITULUS XL.

De consecratione Ecclesie vel Altaris.

SUMMARIUM.

1. Consecratio Ecclesiarum cur, à quo, & quando fieri debeat.

2. Ecclesia pollutæ reconcilianda, non vni consecranda de novo.
3. Ecclesia nomine quid veniat hoc loco.
4. Ecclesia pollutetur, I. Homicidio voluntario & injurioso.
5. An & suspensione ejus, qui ea dignus?
6. II. Seminis effusione injuriosa.
7. III. Sanguinis humani effusione.
8. An & per copulam conjugalem?
9. Pollutione occulta non redditur Ecclesia obnoxia reconciliationi.
10. IV. Sepultura fidelis excommunicati.
11. An & per sepulturam nominatim interdicti?
12. An & per consecrationem Episcopi excommunicati?
13. V. Sepultura pagani.
14. An & factus in utero materno existens?
15. Cæmeterium etiam pollutetur iisdem modis.
16. VI. Parietibus combustis & destructis.
17. Differentia inter priores quinque modos.
18. Effectus polluendi Ecclesiam in quo fundetur.

Sanctum & necessarium destinari loca publica, in quibus rectè colatur Deus, & populus Christianus opera religionis exerceat. Ea consecrari decens est, ex perpetua Ecclesie consuetudine, & quidem solemniter à proprio Episcopo, c. 2. & pen. h. 1. qua de re pulchrè Suarez p. 3. tomo 3. disp. 81. qu. 83. Sect. 5. vers. Tertio. Est enim consecratio ordinis Episcopalis, potest tamen alteri Episcopo delegari, non etiam non Episcopo. Non consecranda autem loca sacra nisi dotata, ut per ministros divino cultui possit satisfacere. Dos danda ab eo, qui consecrari jubet. Non dotatam consecrans tenetur ipse ad dotem, c. cum sicut 8. b. 1. Consecrantur & altaria, non unum tantum in una Ecclesia, ut velle videtur quidam hæretici olim moris fuisse, sed etiam plura in eadem Ecclesia, c. 5. b. 1. Quæ sint lapidea oportet, saltem quoad mensam superiorum, quæ sola consecratur, & debet esse tantæ quantitatis, ut possit capere pedem calicis, & hostiam. Fit consecratio tam Dominicis quàm profanis diebus, c. 2. b. 1. per oleum benedictum. Ubi nihil imminet consecrationem, si adjunctum fuerit oleum non benedictum, utrumque enim fit benedictum, cum potentius, scilicet benedictum, trahat ad se minus potens, scilicet non benedictum.

Uu 7 c. 3. in.

- 63 in fine h. s. Semel facta non est iteranda, etiam si tectum Ecclesie ruat, modo integru maneat parietes, quibus signum consecrationis est infixum, s. *Lignis 6. h. s.* Altare tum demum de novo consecrandum, quando lapis, cui benedictionis signum impressum, fuerit confRACTUS, aut deminutus enormiter, aut amotus c. 1. *3. h. s.* Polluta Ecclesia non indiget nova consecratione, sed tantum benedictione, quae facienda per aquam, cum vino & cinere benedictam, c. 5. *h. s.* non nisi ab Episcopo, non obstante contraria consuetudine, c. pen. *h. s.* Fiet autem reconciliatio ejus expensis, qui pollutioni & violationi causam dedit, c. 1. de off. ordin. in 6. cum dans damni causam teneatur ad ejus compensationem, s. *fn. h. s.*
- 3 Pollui contingit Ecclesiam variis modis, quos antequam recensamus, norandum Primò, nomine Ecclesie, quantum ad huic effectum, tantum venire Ecclesiam vel locum benedictum: nam cum pollutio inducat quandam privationem, debet praesupponi habitus, quem hac in materia ponit consecratio. Idem volunt de loco benedicto, & auctoritate Episcopi ad divina deputato. Secundò, Ecclesia comprehendit omne id spatium, quod pertinet ad interius corpus, à tecto interiori usque ad pavimentum, & à summa ara usque ad partem oppositam. Quo modo Capellæ intra Ecclesiam constitutæ comprehenduntur, non etiam Sacristia, non turris, nec cameræ Ecclesie adhaerentes, cum non sint deputatæ ad divinum cultum: ut per copulam ibi habitam, aut eadem factam non possit dici polluta Ecclesia, uti nec si supra tectum tale quid contingat, cum loca ea sint extra Ecclesiam, *Gl. in c. un. eod. in 6. Nav. in Sum. mac. 27. n. 51. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15.* Idem judicium est de loco sub Ecclesia constituto, cum non sit pars Ecclesie, uti cavea, spelunca, nisi sit fornix Ecclesie, ad eam spectans, deputatus ad sepulturam.
- 4 His praemis. polluantur Ecclesie, Primò per homicidium voluntarium & injuriosum, c. 4. *h. s.* Dico, voluntarium: quia casu commissum non potest videri violasse reverentiam Ecclesie, cum non ponat malitiam: nisi cum isto casu concutrat indirecta voluntas, nam & ea ponit culpabile homicidium, ut dicitur *inf.*

de homicid. quod sufficit ad effectum puniendi Ecclesiam, ex communi D. D. *Immo* Dico, injuriosum; quia, cessante injuria, sic Ecclesie irreverentia: cuiusmodi est commissum in ultam sui defensionem, aut per cui sensus deest. Sola mors in Ecclesia commissa minime eam violat, si causa sit deinde Ecclesiam. Sanguinis adstr effusio, vel non casu nihil interest; cum sufficiat homicidium injuriosum, quod etiam contingit per violationem, *Gl. in c. un. eod. in 6.* Percussio veritas citra sanguinem eam non violat, nisi percussione lequatur mors extra Ecclesiam, que enim potest homicidium censeri commatum in Ecclesia, nisi & in ea subsistat mors, cum poena non inferatur, nisi sit summato.

Q. An polluat Ecclesia per suspensionem ejus, qui ea dignus? R. Ominno, qui sit sic injuriosa mors ipsi reo, est tamen in sa loco, qui ideo polluitur. Quod & dicitur de eade Martyris, quæ non facit; quæ polluat Ecclesia, propter sacrilegiam nem, licet pretiosa sit in conspectu Sanctorum ejus.

Secundò, per injuriosam sanguinis effusionem etiam proprii, *can. Ecclesie 20. dist. 1. c. fn. h. s. c. un. eod. in 6.* Tergitur sanguis Ecclesie pavementum, nec nocet, *d. c. 4. h. s.* in quo sit mentio vulnere etiam maculationis, cum non tantum contactum sanguinis violatur Ecclesia, quæ violentiam effusionem. Vulnerans in Ecclesia, an extra eam, non refert, ut sit, vulnerationem sive effusionem Ecclesia fieri. Ut & contra, si non sit stans jactu lapidis vulneraverit ecclesiam, non dicitur polluisse Ecclesiam, vulneratio & effusio in illa non fit facta, nec potest videri Ecclesia polluta per sanguinis effusionem, cujus causa data est extra Ecclesiam.

Tertio, per effusionem seminis humani, *fn. h. s.* voluntariam publicam, & aliam quocumque genere turpitudinis, per pollutionem, aut aliam illicitam copulam. Quæ voluntarie contingit dormienti, aut vigilanti quia Ecclesie non injuriosa ea immo polluit.

Q. An polluat Ecclesia per actum conjugalem? R. Posse videri non pollui, cum in *c. 5. inf. de adul. & con. si motum de consecr. aist.* 2. raturum fiat mentio copule adulterine: & licet alii textus loquantur de seminis effusione, possent tamen accipi de illicita, pœnæ quæ sunt restringendæ, extendantur. Verum idem dicendum de copula conjugali, atque de aliâ feminis effusione, modo sit intemperans; cum licet in se non ponat peccatum, sit tamen sacrilega respectu loci sacri. Si verò sit licita, & vitari nequeat, propter periculum, quo in Ecclesia dormire coguntur conjuges, aut in ea sanis obsessi; aliud dicendum, cum per actum, qui cum reverentia & timore Dei fieri potest; non debeat dici Ecclesia pollui, *Cov. ad 4. Decretal. 7. c. 7. §. 2. n. 3.* Nec obstant superius adducta, quia loquuntur in casu speciali, nec decessunt, ob solum adulterium violari Ecclesiam; aliâ enim per simplicem fornicationem canoa violaretur. Vid. Sanchez *De matrim. lib. 9. disp. 15. n. 7. & Suar. De Religione tomo 2. lib. 3. c. 7.*

9 Dixi, publicam; quia per occultam pollutionem aut fornicationem non est Ecclesia reconcilianda; uti pro occulto crimine non imponitur pœnitentia solennis. Facit, quod Ecclesia de occultis non iudicat. Facit & textus in *d. c. 5. inf. De adul.* ubi vis ponitur in publica detectione, *Gl. in c. 1. sod. in 6.* Er hoc, quatenus pollutio occulta manet; nam ubi innoverit, habetur Ecclesia ex tunc polluta, & necessario reconcilianda. Navarr. in *Summa c. 27. n. 281. in fine.* per alios actus illicitos, qui sunt extra pollutionem, cujusmodi sunt aspectus turpes, inhœcista verba, quamvis minus deccant locum sacrum, is tamen non polluitur, ut benedictione nova nõ indigeat. Quantum ad Ecclesiam non consecratam pollutam sanguinis, aut feminis effusione, ea lavanda est aqua exorcizata, etiam per non Episcopum, *Gl. fin. c. fin. h. s.* quam approbat Navarr. *d. loco, ubi alios citat.*

10 Quattò, Si fidelis excommunicatus, uti hæreticus, in ea sepeliatur, *c. 7. h. s.* quod et si loquatur de cœmeteriis, eadem tamen & major ratio est in Ecclesia, cujus reverentia & puritas non minus læditur, sepeliendo excommunicatum, quam cœmeterium. Hac de re aliqua dicta supra de sepult.

11 Q. An per sepulturam hominis nominatim

interdicti polluat Ecclesia, ut indigeat reconciliatione? Resp. Hoc videri posse, ex eo, quod excommunicatio & interdictum æquiparentur, *c. 1. circa fin. Et ibi Gl. de sent. excom. in 6.* Contrarium tamen verius esse, cum id in iure non exprimat, nec pœnæ sine textu sint iudicendæ aut extendendæ, neque æquiparatio habeat locum in pœnalibus: ut non procedat decisio, *d. c. 1. præcipue,* cum excommunicatio sit multo gravior interdicto, prius omni communicatione, non ita interdictum. Et licet exhumandum sit interdicti cadaver, cum non liceat illud sepelire in loco sacro, *cap. is qui 2. de sent. excom. in 6.* tamen non polluitur Ecclesia ejus sepultura, cum hoc non sit expressum in iure, *arg. e. is qui 12. d. 1. ut nova reconciliatione non egeat.*

Quid dicendum de hæretico quidem notorio, non tamen denunciato, potest colligi ex iis, quæ dicta sunt supra, de sepult. *n. 9.* & tractat latius Navarr. *conf. 10. de hæret.*

Quæritur etiam, An Ecclesia censetur polluta per consecrationem aut benedictionem Episcopi excommunicati? R. Ita quidem videri Abbati, *c. 7. h. s.* & Hostiens. quos sequitur Navarr. *d. loco n. 253.* Verius tamen esse, eam minus pollui, quod legis pœnalis extensio extra suum casum non fiat, *c. Odis de R. I. in 6.* Facit text. in *c. à nobis sup. de sacram. non iteran.* ubi non polluitur altare, in quo celebravit excommunicatus.

Quintò, polluitur Ecclesia per sepulturam pagani, id est non baptizati, *can. Ecclesiam cum seqq. de consecr. dist. 1.* Nominè pagani etiam venit catechumenus, & infans ante baptismum mortuus, quando nimirum per se sepelitur.

Quæstio autem est in casu, quo est in utero materno? R. Si vivat, aut dubium sit, an vivat, factum esse excidendum, ne spes animantis cum gravida perimatur, *d. 2. D. de mort. inferend. aut saltem baptizatus salvetur.* Si verò nulla super sit vitæ spes, non opus esse incisione, & posse unâ cum matre sepeliri. Non obstantibus iuribus, quæ nolunt non baptizatum sepeliri in loco sacro, quia accipiendâ de infante separato à matre, non etiam conjuncto matri Christiana, cujus haberetur pars. Ita Hostien. *hic* & Hen. Bohic. in *c. Sacris sup. de sepult. Et c. Consulisti h. s. ubi alios citat contrarium sententia.*

Idem

15 Idem dicendum de coemeterio; nam & hoc per benedictionem Episcopi factum religiosum pollutur modis supra relatis, cujus tamen pollutio non adficit Ecclesiam: est enim accessorium, quod non adficit aut trahit ad se principale suum, *c. un. eod. in 6.* et si è contra coemeterium Ecclesiae contiguum, censetur pollui; sequitur enim accessorium suum principale. *Navarre, d. c. 27. n. 253.*

16 Addunt & sextum modum, quando paries combustus, vel ita destructus est, ut cum reedificari oporteat. Verum iste modus non tam infert pollutionem aliquam, quam aufert consecrationem, qua iterata eget Ecclesia reparata, quatenus parietes simul ruerunt, quia tunc perditur consecratio, destructa re, in qua fundatur. Nam si paulatim & successivè destruantur ac reparentur, non perditur consecratio, quia semper censetur eadem manere, & tunc id quod majus est trahit ad se minus. Tectum ruens, in integris parietibus, non facit consecrationem amitti, quae potissimum versatur circa parietes, in quibus linitio & cruces fiunt, *c. lignis h. f.* Benedicta Ecclesia non indiget nova benedictione, etiam destructis parietibus, cum tantum benedicatur solum, quod semper idem manet.

17 Est autem differentia inter praedictos quinque casus, quod in tribus primis casibus Ecclesia pollutatur per actionem quasi transientem, cujus vi relinquitur polluta, etiamsi actio omnino transierit, nullumque in ea reliquerit effectum physicum: in ultimis verò duobus pollutatur Ecclesia per effectum in ea permanentem, ex vi prioris actionis, scilicet per corpus excommunicati vel pagani hominis ibi sepultri. Unde est, quod in prioribus casibus ad purgandam Ecclesiam non sit necessarium aliquid ab illa extrahere, sed solum orationibus & aspercionibus juxta ritum Ecclesiae eam reconciliare. In posterioribus verò corpus humatum est extrahendum, & extra Ecclesiam projiciendum, & postea adhibenda benedictio aut purgatio. Sepultura talis contigerit per culpam, aut citra culpam, non interest, ut quia credebatur aut probabatur baptizatus non excommunicatus, durante causa violationis durabit & ejus effectus, *can. Ecclesia 27. cum seq. de consecr. dist. 1.* Si ramentum possint

ossa internosci, *c. sacris sup. de sepulc. sacris* daver sit confusum cum aliis & sic ignota reputatur quasi non esset, aut saltem occultissimum defectum, cujus permissio non impedit reconciliationem in parietibus Ecclesiae.

Unum hic superest quaerendum, An pollutendi Ecclesiam fundatur in terra sacro, an verò de se & natura in res solas junctam sacrilegi malitiam, eo quod in Ecclesia? Resp. Verius dicitur fundatur in Ecclesia statuto, cum moralis ille pollutendi effectus, per se, & ut sic, non sit culpa, sed poena, & ad modum censurae, in detestatur punitivè auctus repugnantis Ecclesiae, de excommunicatum sepelire in Ecclesia est de se malum, uti & non baptizatum in terra sepelire in Ecclesia, cum corpus illud fuerit propriis peccatis maculatum, quibus inferni tradendum, licet non reus, sicandum. Sic & catechumenus in baptisimum revera susceptum mortuus, sepeliendus in loco sacro, cum tamen possit: ut haec res tantum sit deinde in Ecclesiastica prohibitione fundatur in gratiarione.

TITULUS XLII

De celebratione Missarum, & dimento Eucharistiae, & divinis officis.

SUMMARIUM

1. Missa antiquitas.
2. Celebranda una tantum in die: & quibus plures uno die celebrari possunt.
3. Die Nativitatis Domini celebrari non an sit preceptum?
4. Quo tempore sit celebranda Missa.
5. Materia hujus Sacramenti.
6. Minister.
7. Celebranda Missa in Ecclesia & loco sacro.
8. Extra Ecclesiam celebrare licet in casibus specialibus, & ex causa privilegii.
9. Celebrare non licet in Ecclesia polluta.
10. Celebrans in loco polluto quam purgationem faciat.

21. Eucharistia cur & qualiter servanda in Ecclesia.
22. Hora Canonica recitanda, psallenda in Ecclesia qualiter, & à quibus.
23. Clerici quo iure teneantur ad Horas.
24. Religiosi professi non ordinati an teneantur?
25. An Novitii?
26. Tenentur Clerici beneficia possidentes.
27. An fructus non percipientes ex beneficio teneantur?
28. Excommunicatus suspensus &c. an teneatur.
29. Vi solus tituli an quis teneatur?
20. An & in casu controversa possessionis?
21. An in casu adempta possessionis fructibus alteri reservatis?
22. An fructibus à S. P. reservatis?
23. An possidens beneficium, cuius fructus percipiat parens?
24. An possidens beneficium, metu à patre eductus?
25. An habens beneficium tenet?
26. An habens manuale beneficium?
27. Ob plura beneficia an plures recitare teneantur?
28. An obligetur percipiens pensionem ab Ecclesia?
29. An habens prestimonium.
30. An habens pensionem ex causa resignati beneficii?
31. Hora qualiter decantanda.
32. Organorum usus & Musica an probanda?
33. Poena non recitantis Horas.
34. An quis teneatur ad Horas mox ab accepto beneficio.
35. Restitutio fructuum quando & cui facienda.
36. Restitutio qualiter facienda.
37. Causa excusantes à recitatione Horarum.
38. An teneatur ad parem, qui Horas omnes dicere nequit.
39. An loco earum quid aliud recitare.
40. Inversio & interruptio Horarum quatenus licita.

IN Ecclesiis consecratis ea, quæ ad cultum divinum spectant, peraguntur, uti est Sacramentorum administratio, Missarum celebratio: quæ sunt mysterium maximum, & sacrificium iacruentum, consistens in consecratione & communiione corporis & sanguinis Christi, non tam novitium, & nuperum inventum, atque modernos hæreticos, non tam veritatis,

quam vanæ arrogantia, malitiæ, odii, avaritiæ spiritu adductos adferere non pudet, cum ab initio Ecclesiæ celebrationem Missæ in usu fuisse constet ex iis, quos citat Bellarm. in *nupera sua Apologia* c. 8. & quæ tradit Baron, *tom. 1. Annal. ad an. 34. §. 52. & seq. & ad an. 64. §. 2. §. 50. & seq.* & patet ex actis Apostolorum, c. 13. ubi dicitur *Ministrantibus autem illis Domino*, Græcè *λειτουργουτων*, hoc est, sacrificantibus.

Celebranda autem Missa una tantum de die, cum non sit modica res unam facere, & valde felix sit, qui unam dignè celebrat, *can. sufficit de consecr. Dist. 1.* Ut iteranda non sit, citra damnationem, *à can. sufficit.* Sicut tamen casus, quibus eam iterari exigit necessitas, inter quos unus maximè est in usu, quando scilicet quis præest pluribus parochiis, quibus una Missa sufficere nequit: tunc enim licebit alteram addere, imò & tertiam, non sumpta tamen prius oblatione, ut eatenus videatur jejunus Sacerdos. Navarr. in *Summa* c. 25, nu. 87. & *cons. 2. h. t.* Permissum autem generaliter die Nativitatis Domini celebrare tres Missas, *can. nocte De consecr. dist. 1. c. 3. h. t.* ubi non est definitus numerus, ut ea res consuetudini sit attribuenda. Eius rei mystica significatio traditur à Gl. in *d. c. 3.* quod scilicet per tres Missas significetur status hominis ante legem, sub lege, & post legem, sive in lege gratiæ. Alii ad triplicem Christi generationem referunt, æternam scilicet ac divinam, temporalem ac humanam, & spiritualem. Dicitur autem prima media nocte, secunda diluculo, tertia de die.

Q. An sit præcepti celebrare tunc tres Missas? **R.** Non videri, cum dicta loca videantur loqui permissivè: ut non tam continent præceptum, quam indulgentiam, quæ non ponit obligationem & omittens non peccet, multo minus non audiens tres Missas eo die, cessante præcepto. Navarr. *Cons. 1. h. t.* Fuit & olim moris duas Missas celebrare in die Circumcisionis, unam de Virgine, alteram de mysterio. Guil. Durand. *Ration. divin. offic. lib. 6. cap. 15.*

Celebranda, ut dixi, Missa una in die, eoque naturali à media nocte usque ad mediam noctem computando, more Romano. Tempus tamen matutinum est præfixum, ejus celebra-

lebrationis; & quidem initium aurora; id est crepusculum diei, est terminus, ante quem non licet committere eam inchoare; terminus in quo de finit, est meridies. Putat tamen Navar. *d. loco num. 85.* usque ad tertiam pomeridianam posse dici Missam, cuius sententia non videtur regulariter; & absque causa servanda. Si itineris necessitas vel alia causet celebrari Missam post meridiem, videtur unius horæ spatium non excedendum.

5 Materia, quæ offertur, est panis & vinum. Panis ex farina triticea & sola aqua naturali coagmentatus. Azymus sit, an fermentatus, non videtur inter. Ille ad essentiam Sacramenti. D. Th. *p. 3. q. 74. art. 4.* neque enim recepta eorum opinio, qui negant in pane fermentato fieri consecrationem, inter quos est *Gl. in can. in sacramento 3. de consec. dist. 2. & c. fin. h. t.* In Ecclesia tamen Latina sive occidentali receptum, non nisi in azymo pane celebrare, non in fermentato, & piaculum haberetur peccet Sacerdos in eo celebrans, *d. c. fin. cum juxta legis præceptum, in azymo pane Pascha suam celebraverit Christus, qui non tam venit solvere legem, quam adimplere.* In Græca sive orientali Ecclesia in fermentato celebrare usus est, sæpè à Latina Ecclesia reprehensus, licet sine fructu. Retineri tamen consuetudo ibi potest. Vinum sit de vite, cui paululum aquæ admiscendum, *d. c. in sacramento.* Idque ex præcepto & usu Ecclesiæ. Adhibetur & in consecratione præscripta verborum forma, & alii ritus solemnes, de quibus, & eorum significatione agitur, *c. omnis Martha 6. h. 5. Navar. in summa c. 25. n. 55. & seqq.*

6 Ministrus est Sacerdos, qui etiam gestimus sacrificium perficit, *can. in 1. q. 1.* Neque enim peccata celebrantis impediunt opus operatum, quod ex divina institutione suam habet vim, nec mala ministri vita maculari potest, non magis quam Solis radius transiens per loca sordida, *can. fin. XV. q. fin. 6. 7. sup. tit. 2. de cohabit. Cleric. & mul.* Quorum ad opus operantis illud mentio um esse non potest coram Deo, nisi sit grata persona operantis: quo modo prudentis est commendare potius sacrificium Sacerdoti bono, quam malo.

7 Debito & præscripto modo hic Missam peraget, in loco facto, ad hoc specialiter deputato. Navar. *d. h. num. 81.* Quod visum Ecclesiæ,

tum ad debitum hujus Sacramenti reverentiam ut condigno tractetur honore, cum oblationem fidelium devotionem. Unde extra *lib. 1. c. 1. de consec. dist. 1.* Videtur tamen licitum esse, celebrare in Ecclesia benedicta tantum fundata Pont. aut Episcopi auctoritate ad ministranda Sacramenta, quod rite & debite sint consecrationes, ut colligitur ex *2. fin. prox. ubi Ecclesia benedicta, si polluitur, dicitur cont. nudo reconcilianda; ne suspensio divina laud. s. Unde evidens est, celebrari ibi posse, ut rectè colligit Abbas, cum Ecclesia habeat eadem ferè privilegia, quæ secreta. Erit autem eo casu necessarium altare consecratum, saltem portatile.*

Hæc ita communi & ordinario iure sunt casus, quibus extra Ecclesiam celebrare, in domo privata, sive Oratorio, consecrato, nec benedicto, idque auctoritate Episcopi, ut patet ex *can. Missarum de consec. dist. 1.* In verbis, *In locis ab Episcopo consecratis, ubi ipse permiserit.* Quæ licentia est bene negata per decretum Trid. *Sess. 22. de consec. celebrat. Missæ,* quod noluit celebrari nisi in Ecclesiis, & ad divinum tantum tantum dedicatis Oratoriis. Quod decreto non potest dici adimi licentiam istam Episcopi. Concilium simpliciter eam vetet, permissum Episcopis, ut tantum Oratoria designentur, tamen necessitas aliud postulet, quæ contra Ecclesiam, domum, quocumque terræ, etiam sub dio, dici Missas licet, *can. conc. concedimus de consec. dist. 1. q. 1. can. cum alter sit Gratiani, alter Condon. vincialis, licet parum urgeant, consecrationem tamen eorum dispositio probata ac receptioneque conformis. Suarez *ad p. 1. d. Th. disp. 87. Sect. 3.* Sic in bello rectè sub rectorum imò sub dio celebratur, modò ad hunc portatile, sive tabula lapidea consecrata, quæ neutiquam potest Missa fieri: ut & ab operantibus, si Ecclesiæ aut Oratoria de eadem ratione necessitatis, quæ legitur. Cui licentiæ non potest videri derogatum dictum Trid. decretum, ut tradit Navar. *d. h. 12.* cum non disponat in casu necessitatis, ut quocumque terræ loco, quia super mare flumine celebrare non licet, etiam in casu*

cessitatis, propter periculum effusiois ibi obvium. Facit & privilegium Pontificis alibi licite celebrari, quale olim habuisse Prædicatores & Minores patet ex *c. his 30. inf. de Privil. nisi postea revocatum fuerit, aut de novo concessum, uti Patribus Societ. Jesu.*

9 Quod dicitur, posse aliquot casibus extra Ecclesiam celebrari Missas, accipiendum, quatenus locus est decens: qualis non est Ecclesia polluta, in qua ideo non celebratur citra reatum mortalem, antequam purgata fuerit, propterea quod non respondeat reverentiæ Sacramento debitæ, tali loco Missam celebrare: ut justa & gravis sit ista prohibitio. Ubi nihil excusabit altare viaticum, quia locum non purgat.

10 Q. An aliqua sit pœna exterior aut censura celebranti in tali loco? R. Possè videri, talem fieri irregularem, quod celebret in loco interdicto, qualis incurrit irregularitatem, *c. is qui 18. in fine de Jerr. excom. in 6.* Verum in ejus cap. principio contrarium est, decisum, cum locus violatus non possit dici interdictus: ut nec pœna ista sit inferenda, quæ sine textu non inferitur, *d. c. 18.* Quamvis quid impedimenti aut inhabilitatis contineat locus, quod ne quidem suspensiois pœnam inducit, est temerè hoc aliqui contendunt, per text. in *c. Episcoporum 8. de privil. in 6.* cum is non loquatur nisi de celebrantibus in loco interdicto, qualis non est iste. Quod si contigerit Ecclesiam violari, Sacerdote celebrante ante incœptum Canonem, erit illi destitendum, propter Ecclesiasticum loci impedimentum. Post Canonem verò incœptum absolvenda illi est Missa, quod censetur quasi substantialiter sacrificium inchoatum, quod non interrompendum Vid. Suarez *d. loco sect. 4.*

11 Adservanda autem in Ecclesiis Eucharistia devotè & fideliter, ut, ubi opus, ejus sit copia deferendi ad infirmos, mundè & nitide decenterque cum lumine prævio: ad cujus delationem sive elevationem quilibet se inclinabit, *c. Janero. h. 1.*

12 Decantanda præterea in Ecclesia Laudes Dei, & persolvendæ ibi Horæ Canonice ab iis, qui Ecclesias sibi adsignatas habent, & qui Choro sunt destinati, & hoc suo tempore, *d. c. 1. h. 1. Nav. conf. 13. h. 1.* debitaque cum attentione animi & devotione, non syncopando, non transcurrando, non immiscendo vana, non

excitando frequenter, ut graviter Clericos reprehendit Clemens V. in Conc. Viennensi. *Clem. 1. h. 1.* Dicitur Horæ Canonice, quod unaquaque per se spectata sit officium pro certa hora designatum. Qui orandi certis horis actus, & Psalmodie Ecclesiasticæ usus sanè antiquus est, ab ipsis Apostolis ex Judæorum fontibus in Ecclesiam deductus. Baron. *temo 1. Annal. ad an. 34. num. 251. & an 60. num. 24. & seq.* Ad earum recitationem tenentur ex præcepto Clerici iuncti majoribus Ordinibus, etiam si beneficium non habeant, neque ex officio aut peculiari obligatione Choro assistere teneantur.

Ubi quaeritur, Quo jure teneantur? R. Institutionem recitandarum Horarum esse Ecclesiasticam, ut præceptum super iis recitandis sit ejusdem juris. Pro quo facit, quod sacri Ordines ordinentur quidem per se primò ad aliquos divini cultus actus externos, non tamen ad orationem, quatenus est distinctus actus à Sacrificio. Nec ratio ulla dari potest, quare ejusmodi obligatio ad jus divinum aut naturale referenda sit. Quo modo & Pontifex dispensat super ista obligatione; quod non faceret, si foret divini juris. De Sacerdote, cui ista obligatio imponitur, habetur *c. 1. h. 1. & can. Presbyter dist. 91.* De Diacono & Subdiacono non videtur præceptum jure expressum sed consuetudine extensum, vel declaratum, quæ legitime præscripta est sufficiens ad inducendum tale onus. Vid. Navar. *De Orat. c. 7. n. 2. Azor. p. 1. lib. 10. cap. 4. qu. 13.* Contra Covarr. *3. Var. 13. n. 10.* Multò minus dici potest, ex jure divino tenei Clericos in minoribus constitutos, quibus nec Ecclesiastico jure onus hoc impositum esse verius est. Si tamen habeat consuetudo, ut aliquid recitent, potest eos ad observantiam ejus cogere Episcopus, quod sit honesta. *Azor. d. lib. 10. c. 5. qu. 2.*

Quæritur II de Religiosis, An Professio non ordinati teneantur ad Horas? R. Professionem per se & ex necessitate non ordinari ad hoc ministerium, sed tantum ad perfectionem, quæ etiam haberi potest sine hoc medio. Præterea præter tria vota, ad quæ obligat, non invenitur ulla lex Ecclesiastica eos ad aliud obligans: uti nec datur universalis consuetudo, cum

sunt quaedam Religiones non deputatae ad Chorum, sed vel ad militiam, vel aliud ministerium. Ut haec res sit decidenda juxta receptas cujusque Religionis regulas, ex vi sui status obligantis ad Chorum; vel juxta receptam consuetudinem, quae praecipuum induxit, ut professus hoc solo teneatur Horas recitare, eaque omittens peccet mortaliter, cum sit materia gravis ad quam ex praecipuo iuste quis obligatur. Azor. d. lib. 10. cap. 6. q. 2. Excipiuntur Religiosi, quos Laicos aut Conversos vocant, qui licet emittant solemnem professionem, non sunt tamen deputati ad Chorum, Azor. d. c. 6. q. 4.

15 Quæstio item est de Novitiis, An hi teneantur? R. Id posse videri, ex eo, quod gaudeant privilegiis Clericorum, & aliquibus etiam loci ipsius, ex ejusque redditibus & elemosinis vivant. Verius tamen, ex sola habitus assumptione eos non teneri ad Horas, cum non habitus, sed professio obstringat regulam Monasticam: antequam liberum est illi ad saeculum reverti, & munia negotiaque secularia suscipere, c. consulti 20. 21. 23. sup. de Regularib. Nec obstat, quod fruantur aliquibus Ordinis privilegiis, videlicet: ubi habeant; hoc enim quia sunt in via ad Religionem, cujus disciplinae voluntarie se subjecerunt. Navar. De Oras. d. c. 7. n. 23.

16 Praeter ordinatos & professos tenentur etiam regulariter ad Horarum recitationem habentes beneficium Ecclesiasticum; idque ex institutione Ecclesiae, quae eam obligationem cui liber beneficio adnexit, correspondentem iustitiae naturali, quae cum propter officium detur beneficium, vult per habentem beneficium impleri officium, ne aliàs temere habeat stipendium. Ubi excusatio frustra caussabitur ex aliis oneribus, ut ne Episcopus quidem cui alia conera in juncta, praetendat ab hoc officio libertatem: & probatur communiter haec obligatio *can. si quis presbyter de consecr. dist. 92.* atque ita habet communis Ecclesiae consensus, & traditio. Dixi, regulariter; quia sunt quaedam beneficia, ut Praepositurae quaedam & Personatus quae non obligant ad Horarum recitationem, sed aliud quid in dies recitandum in junctum habent. Proceedit hoc indubie quando beneficiatus est in possessione, & fructus percipit, quia tum demum dicitur habere stipendium.

17 Quid si beneficium habens, ejusque posses-

sionem, non tamen fructus percipiat? R. Si fructus suo facto non percipiat, non excusatur quod culpa sua damnum sentiens, illud non deatur sentire, & quod non debeat quod sit se liberare ab obligatione, cui est obligatus. Si vero ei imputari non possit, quod fructus non percipiat, ut si ex consuetudine ventur fabricae aut praedecessori, nihil erit videtur excusari, cum per decretum *in extravag. de elect.* ei debeat in media tantum pars. Quod decretum licet salubre, tamen in locis de consuetudine non observatur, sed Clerici interdum primo, interdum secundo anno fructus nullos percipiunt: tamen ideo videtur liberari ab Horarum obligatione, cum residendo distributiones quotannis possint percipere, quas si negligant, sibi adscribant. Quod si alibi & haec de consuetudine tamen est, idem adhuc dicendum, cum licet pro praesenti nihil percipiatur, tamen sine percepturi; veluti in causa, quae videntur fructus praedecessori defuncto, quod dicitur post mortem suam eodem fructu, cuius haeres percipit ejus anni fructum, niigitur hujus spei ratione teneatur ad obitum, cum habeat stipendium? Sic tamen si referentur fructus primi anni, videtur accedere in exonerationem Canonici, qui liberatur ab oneribus fabricae, ad qua corpus Canonicorum, quibus placitum est isti oneri satisfacere. Si distribuatur fructus primi anni inter Canonicos, non est illi iusta causa subterfugendi recitationem, quia novo Canonico pro tempore fructibus carenti sit spes similis distributionis percipiendae per sequentes Canonicos; quae potestati emolumentum facit eum obstringere recitationi. Et ut spes pro illo tempore defectu tamen perfecte adquisitionem ad beneficium ad fructus, videtur sufficere ad obligationem recitandi, cum non sit verosimile, quod fructuum carentiam esse inducant in diminutionem divini officii, sed, eo semper in gravamen novi Canonici, a quo ex parte anticipatum officium pro aliquo tempore ante stipendii solutionem. Navar. d. cap. numer. 30. Azor. d. cap. 4. q. 4. Summ. de statu Religios. tomo 2. Tractat. 4. lib. 4. cap. 10. Quod si per casum fortuitum vel alienationem

nulli fructus percipiatur, non rectè excusatio ab hoc onere prætendatur, cum jus ad fructus ponat sufficientem rationem ad officium. Idem est, si per injuriam fructus auferantur, quatenus tamen ea oblatio est temporanea; nam si perpetua, cum spoliatio moraliter sit perpetua, cessare videtur obligatio recitandi Horas, quia videtur carere beneficio, quod jam redditum ei inutile, veluti si terra ab hoste occupetur.

18 Ex his patet solutio ad questionem, An excommunicatus, suspensus, teneatur legere Horas? Respondendum enim ad affirmativè; nam quod non percipiat fructus beneficii, sibi imputare debet, cum causam dederit. Facit, quod beneficii titulum & possessionem retineat; alias sua ei malitia prodesset. Et hoc, si iusta sit excommunicatio, nam si iniusta fuerit, cum non possit videri deesse causam; fructus exigere posse videtur postea, ubi constabit de innocentia, ne injuria alterius ei iniuste obstat. Idem juris est in depositis, & degradatis; neque enim degradatio ordinem sacrum auferit, cujus ratio manet obligatus ad recitandas Horas. Nav. d. c. 7. nu. 17. Covar. 3. Var. c. 13. nu. 8. vers. Duodecimè. Idem judicandum de Monacho fugitivo, cum maneat causa obligationis, nec ei fuga sua debeat prodesse. Idem & posse videri dicendum de ejecto, ex eadem ratione, & quia per eum stet, quo minus recipiatur, c. fin. sup. De Regul.

19 Unde venit resolvenda alia questio, An ex vi solius tituli teneatur quis ad Horas? R. Distinguendum esse inter jus ad rem, & jus in rem. Certum esse, jus ad rem non sufficere ad obligationem, de qua agimus propterea quod tale jus neutiquam ponat beneficium, aut beneficium; ut nec debeat ponere obligationem ex beneficii acceptatione resultantem. Probabilius quoque, non sufficere jus in rem, neque nudum titulum ante adeptam possessionem, cum moraliter loquendo talis perinde se habeat atque si beneficium non haberet, cum ejus fructus non possit percipere. Ut nihil faciat, quod ejus habeat proprietatem, quippe sibi inutilem; ut non debeat ad onus cogi. Si tamen per ipsum stet, quod minus habeat possessionem, dicendum, ipsum teneri ad onus, ne fructus sua cum releyer in detrimentum

Ecclesie, quæ debito officio privaretur. Azor. d. c. 4. qu. 12.

20 Quid si ergo possessio sit controversa? R. Probabile esse, non habentem possessionem non teneri ad Horarum recitationem, cum titulus, ut dictum, solus non sufficiat, & possessio sit dubia propter litem. Ut nihil subit, cujus ratione ad prædictum onus teneri debeat, cum fieri possit, ut causa cadat. Atque ita cum non detur ullus textus, qui litigantem ad hoc cogat, nec per illum, quo minus possessionem habeat, stet, in dubio pro eo judicandum. Ubi nihil faciet quoddam Ecclesia officio careat, quia hoc est per accidens. Contra vult Navar. d. loco nu. 28. & in Summa c. 25. num. 4. hoc argumento, quod fructus sequestrati servantur victori, ut sit, quare ad Horas teneatur litigans. Verum ea res est incerta, ut proinde, cum necdum beneficium habeat, non teneatur ad onus. Quod si tamen alter litiganti iure possessioni incumbat, quo in casu videtur loqui Navar. tenebitur recitare Horas, cum ratione possessionis actu fruatur beneficio, atque ita teneatur ad totam ejus administrationem, Vid. Azor. d. c. 4. qu. 9. Suarez d. lib. 4. c. 19. nu. 9. & 10.

21 Quid si quis possessionem quidem habeat beneficii, fructus autem omnes sint reservati alteri? R. Nihilominus cum teneri ad recitandas Horas, cum teneatur ad adstantium in Choro; quo nomine consequitur Chori distributiones & alia commoda: ut sit ratio, quare teneatur ad onus.

22 Quid si à Pont. qui beneficium contulit, sint reservati? R. Aliquorum esse opinionem, talem non teneri ad Horas, ex eo; quod ista reservatio faciat, non stare per ipsum beneficium, quod minus fructus percipiat; ut nec debeat teneri ad onus. Quam rationem approbare videtur Navar. d. nu. 28. Verum & hoc casu dicendum, num teneri, quod ejus voluntate plerumque reservatio talis fiat, aut eam factam sciens nihilominus beneficium acceptaverit. Et ut Pont. præceperit alicui acceptare beneficium, ejusque administrationem; cum ista reservatione, nunquam tamen ita præcipiet, ut sine ullo subsidio oneri accommodato acceptet. Etenim hoc est contra rectam rationem, atque ita saltem distributiones quotidianæ erunt salvæ, vel aliunde ei

providetur. Quod si non tantum fructus reservatur resignanti, sed & administratio penes eum maneat, nudo tantum titulo transeunte ad beneficiatum, tunc onus recitandi penes pensionarium manebit, penes quem est omne commodum. Navar. in *Summa d. c. 25. nu. 104. in fine.* Vid. *Flamin. d. resignat. benef. lib. 1. qu. 9. Azor. d. c. 4. qu. 5. Suarez d. lib. 4. c. 20. nu. 3. & 4.*

23 Consequenter quaeritur, An beneficium habens cuius fructus parens percipit, teneatur? R. Nihil est causa, quare non teneatur; cum per alium fructus capiens, ipse illos percipere videatur. *arg. e. Qui per alium De R. l. in 6.* Quod olim frequens fuit, cum filiisfam. etiam secundum puberibus fuerint concessa beneficia: hodie non in usitatum in puberibus quibus est parens, qui fructus colligit, & ab eo aluntur. Navar. *d. 7. nu. 28.*

24 An & qui iusto metu inductus à parentibus beneficium accepit? R. Non tenetur, si fructus accipere nolit; quod & acceptatio & retentio videatur coacta: ut non sit æquitati consentaneum, gravare aliquem hoc onere, qui non cupit frui stipendio, Tenetur tamen talis, quam primum commodè poterit resignare beneficium, & fructus perceptos restituere. Navar. *d. loco nu. 28.* Si pater illos perceperit, non tenetur nisi pro rata hæreditatis, quia eatenus tantum ad eum censetur perv. nisi.

25 An habens tenue beneficium? R. Communionem habere sententiam, beneficii tenuitatem non liberare ab hac obligatione, cum tenuitas non faciat, quod minus sit verum beneficium, & habeatur jus spirituale: quod cum detur propter officium indistincte, sive sit tenue, sive pingue, est & ei adnexa indistincte obligatio officii, quod comitatur eum, qui accepit beneficium; accessorium enim sequitur principale, Facit eò *can. Clericus Dist. 91.* ubi Clericus vicium & vestimentum sibi parare debet sine detrimento officii: ut per tenuitatem non excusetur. *Gl. in d. can. Clericus Dist. 91. Covarr. 3. Var. 15. nu. 8. vers. Duodecimo Navar. d. c. 7. nu. 27. Azor. latè d. lib. 10. c. 3. qu. 3. Suarez. d. lib. 4. c. 21.*

26 An habens beneficium manuale? R. Causam dubitandi in eo esse, quod ad nulum revocari possit per eum, qui contulit. Verum, ut

hoc non facit, quo minus pro tenuitate pendium habeat, ita non facit, quo minus teneatur ad onus, cum hoc incumbat ei, commodum sentit, cui onus adscribitur. In mento militis, qui ad tempus tantum tenetur pro eo & commoda recipit, & conceditur. Facit, quod habitu & potestate sit percipiens beneficium, qui illud possit habere vitam permissu collatoris DD. in *Clem. supplem. neglig. Pralat. Azor. d. lib. 10. qu. 2.*

An plura beneficia habens teneatur recitare? R. Hoc videtur Navar. *De Orat. 60. nu. 2. 3. & 4.* ex ratione, quod cum quodque beneficium habeat adjungitur recitandi Horas Canonicas, & quædam habentem toties tenetur recitare, locutum vulgare, qui sentit commodum de se recusat onus. Facit, quod alias solent fraudaretur suo officio ex iustitia ratione stipendii. Contra tamen generalis consuetudine receptum, satisfacere recitatione: cum enim hæc obligatio imponatur ex jure natura; sed ex iustitia humani, si suppositis stipendiis possit videri esse recitanda; non tamen nisi supposita humanitate, quæ cum super ea sit nihil dispensatione, contenta una recitatione, nihil habendum; præcipue accedente consuetudine optima uti legum, ita & institutorum est. Nihil movet titulorum multiplicatio per eam non semper multiplicatur, sed augetur, ut pluribus quidem onerari debeat, quibus tamen satisfacere non debet, aut si obligatio multiplicetur, non tenetur circa idem, ut eam tollat una solutio. *178. D. de verb. oblig. ubi Cujac.* Quo iustitiam, quod habens ordines, & beneficia est duplex obligationis causa, tenetur legendo satisfaciat utrique. Sic & cum eam audiendo satisficit in casu, quo plurimum eundem diem incidunt: & jejunando satisficit, si in diem quatuor temporum vigilia alicujus Sancti indicens jejunium hac de re vide apud Azor. *d. c. 4. qu. 10. lib. 4. c. 18. nu. 6.*

An teneantur habentes possessionem ecclesia? R. Si habeant eas sine titulo habentibus hac obligatione recitandi non tenentur.

crifta, custos licet reditus ab Ecclesia habeant, non tamen eo solo nomine sunt obftituti dicendis Horis, cum reditus illos non capiant tanquam beneficii fructus, fed tanquam ftipendia proportionata officijs & fcrvitijs. Idem dicendum de alijs, quibus alio titulo quam beneficii ex bonis Eccle. fia: quid adftgnatum, uti magiftris, c. 1. inf. de magiftr. & alijs per modum gratitudinis, aut aliam ob cauffam, aut fcrvitiium speciale: ut celfet ratio Eccle. fia:, obligantis tantum habentes beneficia.

29 Quid in habentibus Præftimonium? R. Si fumatur pro portione ex bonis quidem Eccle. fia: aut beneficii alicui concessa, fed tanquam mercede ob profanum ministerium, non teneri eos ad Horas, quod non habeant beneficium, aut quid sibi datum propter facrum ministerium. Si vero pro portione, que dari folet Clerico in titulum, tunc esse loco beneficii, c. fin. De concess. prab. in 6. ubi adnumeratur alijs beneficiis: & ita tenet Oldrad. Conf. 81. nu. 2. dicens ex Hostien. præftimonium esse dictum, quasi præstans musium. Tenet & Menoch, arbit. 2. casu 201. nu. 56. c. 58. dici beneficium, quando datur in titulum perpetuum: ut tunc necessario obliget ad Horas, cum posita causa sequatur ejus effectus, Vid. Azor. d. c. 3. qu. 4. Suarez, d. lib. 4. c. 12. nu. 7.

30 Quid in habente pensionem ex causa resignati beneficii? R. Habentem Pensionem etiam ratione beneficii resignati non teneri ad Horas, quod non possit dici habere beneficium, cum pensio ista sit quid merè temporale, reservata occasione spiritualis beneficii in alium translati. Gigas De pensionib. qu. 31. pium tamen V. imposuisse tali pensionario onus recitandi Officium B. Virginis, sub eadem pœna, que imposta beneficiatis non legentibus Horas, de qua mox. Nav. d. c. 7. nu. 25. Azor. d. c. 4. qu. 3. c. 14. qu. 12.

31 Recitandæ itaque Horæ ab ordinatis, professis, beneficia habentibus, & quidem decantandæ etiam aliquibus in Choro, discretis & stans suis horis, versibus alternis, secundum antiquum in Ecclesia receptum morem, non tantum voce, sed & corde, & in timore, ut ait Hieron. can. 1. Dist. 92. qui non vult audiri in Reclesijs theatrales modulos,

Unde disputatum, An Organorum usus & cantus Musici sit probandus in Ecclesijs? R. Esse, qui absolute cum improbet, quod ad lasciviam potius, quam ad devotionem excitet, quod est contra finem orationis. Quæ ratio procedit, quando cantus est lascivus & profanus, secundum d. can. 1. qui indecens est in Ecclesia, & propter irreverentiam non est sine gravi peccato, Et ita videtur improbare istum usum Navar. De Orat. c. 16. nu. 46. & 47. Si vero pia contineat & gravis sit, provocans ad devotionem, non est quod damnetur sive cantus cum Musica instrumentorum suavitate, sive Organorum usus: facit enim ad levandos fidelium animos, ut facilius ad devotionem adsurgant aut disponantur. Vide Baron, tomo 1. Annot. ad an. 60. nu. 29. & seqq.

Pœna non recitantis officium, præter mortale peccatum, propter gravem materiam & justum præceptum, est, quod fructus pro rata temporis omiffæ recitationis non faciat suos beneficiatus, sed eos restituere teneatur; ex ratione, quod accipiens mercedem, omisso opere, cujus nomine datur beneficium, c. fin. De rescript. in 6. peccet contra justitiam commutativam, ex qua oritur obligatio restituendi.

Quæritur autem, An continuè ab accepto beneficio teneatur quis ad Horas? R. Navar. velle, non teneri intra sex primos menses, nec novitio imputari omissionem recitandi. Probat hanc suam opinionem ex Conc. Lateranensi sub Leone X. Sess. 9. ubi post sex menses ab accepto beneficio non legens Horas, cessante legitimo impedimento, beneficiorum suorum fructus pro rata temporis & officii non facit suos; ut videatur antè suos facere, ex regula, quod inclusio unius sit exclusio alterius. Ita Navar. De Orat. c. 7. nu. 31. c. 21. nu. 58. adducens Bullam Pii V. in qua id, quod statutum erat d. Sess. 9. confirmatur. Nitiur hoc argumento, quod omittens Horas legere non peccet ex natura rei contra justitiam commutativam, nec ullo jure anteriore fuerit obligatus ad restitutionem. Dicendum tamen, ex natura rei sequi obligationem restituendi, nec ab ea excusari beneficiatum, omittentem intra sex primos menses recitationem Horarum, quippe qui ratione

bene-

beneficii teneatur ad officium, per jura antiquiora, c. 1. h. 2. & Dist. 91. cujus potissima pars in pluribus est hæc recitatio, imò ferè sola. Quo facit quod Abbas in d. c. 1. licet hanc sententiam dicat rigidam, fateatur tamen in animæ judicio esse tutiorem, cum sine causa teneatur stipendium, qui omittit officium, propter quod est datum: ut non possit negari peccare eum contra justitiam commutativam Covar. 3. Var. c. 13. nu. 10. Ut ista obligatio, cum ex natura rei procedat, continuo obliget. Nihil obstante statuto in d. Sess. 9. quod videtur tantum obligare non recitantes post sex menses: neque enim hoc accipiendum, quasi impunè ante illud tempus omitti possit recitatio, cum lex ista nihil novi inducat quoad primos sex menses, sed reliquat eos in statu quo ante erant; erat autem ante obligatio recitandi Horas continuè ab accepto beneficio, quia continuè stipendium habet. Nec facit, quod ait Abbas *ubi sup.* Clericum accipere beneficium ut vivat; nam non simpliciter; ut vivat, sed ut vivat, quia servit Ecclesiæ: ut non serviens non mereatur ab altari vivere, atque ita teneatur restituere, quod sine causa percipit. Communiter tamen volunt sex illos menses esse datos beneficiario tanquam inducias, ut interea divinum officium bene & convenienter addiscat. Convincitur saltem ex ratione hujus secundæ sententiæ, cum peccare mortaliter etiam intra sex menses, nisi ex causa excusetur non recitans Horas, aut notabilem earum partem omittens. Vid. plenius de hac materia Azor. d. c. 14. qu. 2. & seq. Suar. d. lib. 4. c. 29. Malder. De Inst. & Inve. tract. 10. De Orat. c. 2. Dub. 3. art. 4. Menochi, 2. Arbitrar. casu 429.

Est autem restitutio facienda ab omittente, etiam ante sententiam, quippe quæ non tam consueat poenam, quæ non obligat in conscientia ante sententiam, ex communi sententia, quam concernat illicitam detentionem rei non suæ; cum, omisso officio, non fiant fructus beneficiati, qui proinde eos derinet injustè, qualis teneatur ad restitutionem, non expectat sententia. Facienda verò vel loci, fabricæ, vel fructus distribuendi in pauperes. Reus, si pauper fuerit, videtur licitè eos sibi reservare posse, de consilio sui confessorij. Nav. d. c. 7. nu. 34. præterea d. Sess. 9. dicitur

privandus beneficio non legens Horas, quæ tamen poena non ipso jure intelligitur præviâ monitione, cui non acquiescit legere instigenda.

Explicat autem Pius V. in sua Bulla de restitutionis, ut videtur est apud Nicæno loco. Scilicet quod omittens Horas non pro rata respondentes fructus non faciat Matutinum tantum, dimidiam enim tantum; cæteras Horas omittens, reliquas dimidiam; singulas verò, earum tertiam partem. Nihil excusabit à restitutione recitanti quenti die duplicata, vel pridie cum hæc recitatio sit diurna, singulis diebus persolvenda, quotum lapsu cessat, præterea & ex eo obligatio. Ut quod non impedit effectu postea suppleatur, neca restitui liberet, ad quam hoc ipso, quo omittitur, gatur. Sicut qui omittit ante die festam, non satisfacit die sequenti, quia tum non obligatur: nec omittente re uno die, teneatur altero jejuniis satisfacit jejunando Peccatum enim consummum ita non eluitur, sed poenitentia de orat. c. 10. nu. 52. Receptum ratione, sequentis diei Matutinum dimidiam anticipare, pridie dicto ejus die Officium tempus Completorii. Eiusdem quoque sine gravi culpa Horæ anticipatur, præter prandium dicantur reliquæ Horæ, ut Vesperas, aut etiam Completorium, videtur posse petitti, si causa sit, alias, quod ad nocturnum Officium Postponere Horas omnes, & post prandium legere, si causa sit, non cogitur: rum: alias inordinatum foret Prandium prope noctem, nec caret istiusmodi periculo vel omittendi, vel celebrandi debita attentione percurrendi. Vid. Nav. lib. 4. c. 26. nu. 13. & seq.

Dicta de necessitate Horarum recitatum procedunt, nisi sic causa arcedant in primis ponit ægritudo corporalis, sicut legendi impotentiam. Quam non excuset cæcitas, si alias cæcus ex longæ moriæ teneatur Officium; uti nec cæcitas assistentia in Choro, Surditas non excuset, cum non impediatur lectionem. Si talis infirmitudo, quæ sine gravi detrimento, &

dolore vexationeve corporis non permittat le-
 sionem, omnino excusabit. Excusat etiam
 superveniens necessitas, defectus Breviarii, dis-
 pensatio Pontificis, cum, ut ex superioribus
 patet, hæc obligatio sit inducta ex humana
 institutione, super qua dispensat ille, qui super
 eam est, scilicet Rom. Pontifex. Istitis autem cas-
 ibus, quibus aliquis excusatur per se legere, non
 tenetur legere per alium, quia hæc obligatio
 est personalis, quæ per alium non suppletur:
 quo modo legens per substitutum, cui stipen-
 dium dat, non tenetur etiam. Non tenetur etiam
 istis casibus alium audire legentem, cum ad
 hoc nullus Canon obliget, Navar. *De Orat. c. 11.*
Azor d. l. 9. c. 13. Suarez d. lib. 4. c. 27. Malder. d. c.
2. Dub. 5.

38 Q. An qui non omnes Horas dicere potest,
 saltem partem teneatur persolvere, ad quam il-
 li non est impedimentum? R. Hoc adfirmare
 Navar. *d. c. 11. nu. 9. Et seqq.* ex eo, quod, cum in
 parte recitanda cesset causa excusationis, debe-
 at etiam cessare excusatio; & quod præceptum
 Ecclesie, si non possit impleri in totum, im-
 plendum saltem sit quatenus potest. Nam
 licet totum Officium unius diei sit integra ma-
 teria præcepti recitandi, constat tamen ex ho-
 ris distinctis, quarum singule sunt per se quoti-
 dam totum, & continent quamdam oratio-
 nem, quæ per modum officii Canonici conven-
 nienter dicitur. Ut ab ea dicenda non excusa-
 tur, licet totum officium dicere impediatur;
 cum qui non potest solvere totum debitum,
 non excusetur à parte, quam præstare potest,
 quia in quavis hora salvatur ratio præcepti.
 Quid si unam horam integre persolvere ne-
 queat, non tenetur ad partem, cum unaquæque
 hora præcipiatur, ut actio perfecta, quæ salve-
 tur ratio præcepti, in parte autem salvari ne-
 queat, ut ita non nascatur obligatio ad illam
 dicendam. Sanchez *ad Decal. lib. 1. c. 19. num. 4.*
Et seqq. Suarez d. lib. 4. c. 27.

39 Est & dubium, An qui Horas dicere nequit,
 teneatur quid aliud earum loco recitare? R. Vel-
 le quidem Navar. *d. c. 11. nu. 19.* non teneri jure
 humano, sed tantum jure divino naturali ad ali-
 quam compensationem; eum tamen non aude-
 re imponere obligationem sub reatu mortali,
 sed ex bono & æquo ita consulere. Verum di-
 cendum in distincte non teneri, cum nullum jus

specialiter hoc onus imponat, & ex jure com-
 muni lex specialiter obligans ad opus deter-
 minatum, si impleri non potest eo modo, quo
 implendum, non inducat obligationem alteri-
 us operis in compensationem.

Denique quantum ad inversionem Hora-
 rum, uti si ante Primam dicatur Tertia, aut Psal-
 morum, illa secluso contemptu, non ponit gra-
 vem materiam, quæ sufficiat ad peccatum mor-
 tale, cum in substantia compleatur præcep-
 tum. Missam dicere ante Matutinum plures
 mortale judicant: secluso tamen contemptu
 non videtur includere mortale, cum hæc de re
 nullum sit præceptum, nec consuetudo in con-
 trarium recepta. Rectius tamen præmittitur
 Matutinum. Suarez *d. lib. 4. c. 24. n. 6. Azor*
d. lib. 10. c. 10. Quantum ad interruptionem
 inter Psalmos ejusdem Horæ, si ea brevis sit,
 culpam non habet, cum pro nihilo reputetur:
 si vero notabilis, non est sine peccato, si desit
 rationabilis causa. Ratio est, quod unitas cu-
 jusque horæ pertineat ad formam præscriptam
 in recitandis Horis: unitas autem tollitur per
 interruptionem. Unde rectius Horæ omnino
 iterantur: non est tamen sine peccato, leviter
 Horas interrumpere etiam cum animo iteran-
 di, propter irreverentiam. Vide Navar. *De*
Orat. c. 16. nu. 66. Et seqq. Suarez d. c. 24. nu. 10.
Azor. d. lib. 10. c. 8.

TITULUS XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1. Baptismi necessitas & finis.
2. Materia.
3. Immersio seu abstersio an totius corporis faci-
 enda, an partis tantum?
4. Manum vel pedem tantum apparentem an
 baptizare sufficiat?
5. Baptizare an censeatur quis projiciendo pue-
 rum in flumen.
6. Forma Baptismi.
7. Minister.
8. Ab hæretico, excommunicato &c. in casu ne-
 cessitatis an petere baptismum liceat?
9. Plures simul baptizare non possunt.
10. Subiectum baptismi homo non baptizatus.

Y

11. Cam-

11. Campana benedicuntur, non baptizantur.
12. Hominem verè natum esse oportet.
13. Et natum perfectè, extra casum necessitatis.
14. Item vivum, non mortuum.
15. Adulti capaces baptisimi.
16. An & infantes?
17. Morientes sine baptismo salvi esse nequeunt.
18. Infantes infidelium, hereticorum, paganorum an & quando baptizandi?
19. An amens, furiosus?
20. Baptismus coactè susceptus an teneat?
21. Qui nescitur baptizatus rectè baptizatur: ut & in dubio sub conditione.

Baptismus est omnibus necessarius, ex institutione Christi, cum sine eo nulla super sit salutis spes, *Ioan. 3.* Institutus est ad tollendam maculam peccati originalis contracti per primos parentes. Tollit etiam peccatum actuale, *c. 3. §. verum h. t.*

2 Materia eius est aqua simplex, non ea, quæ ex herbis, fructibus, aut floribus distillata est, cum non sit elementaris, uti requirit ipse institutor Christus. Ut non debeat censei baptizandi, qui aqua rosacea sunt abluti, ut quibusdam scolis hæreticis, veritatis & sanctæ antiquitatis osoribus mosis est. Non ponunt etiam materiam lachrymæ, sputa, grando, glacies, nix, quia non est in his actu proprietas ablutiva. Quantitas ea desideratur, quæ ad ablutionem corporis, per asperersionem vel immersionem est sufficiens.

3 An autem totus puer immergendus sit aquæ, an vero tantum eius pars ablucenda, sequenda est consuetudo locorum, quæ varia. In quibusdam enim totus aquæ immergitur, nisi obster infirmitas. In quibusdam sufficit abluti partem principalem, scilicet caput, *arg. l. Cum in diversis D. de relig. & sumptib. fun.* Quod & sufficit abluti in casu, quo caput tantum apparet.

4 Ubi quaeritur, An sufficiat baptizare manum vel pedem tantum apparentem? Hoc aliquos velle, quod anima sit in toto corpore, & qualibet eius parte, *Gl. pen. in can. Proprio 13, De consecr. Dist. 4. Navarr. Cons. 2. h. t.* Quæ opinio videri posset procedere in casu, quo periculum est in mora, propter occultam Spiritus sancti operationem. Res alias est dubia. Unde si infans vadat periculum, & perfectè nascatur, iterum

ablucendus est sub conditione, ex communi Theologorum sententia.

Alia hic quaestio est, An quis periculum flumen projiciendo censeatur cum rectè baptizari? *R.* Videri tutam & probabilem esse opinionem, qui adfirmant, ex eo, quod in tali baptizazione non invenitur defectus essentialis; supposito, quod minister habens sufficientem intentionem baptizandi, & contrahat integram formam, de qua mox, immo eo tempore fiat contractus aquæ sufficiens baptismum, antequam puer moriatur. Non obstat, quod ista immersio tendat ad mortem corporalem; qui satis est servari talis intentionis rationem ad vitam spirituales, *Abbas 5. in fine h. t.*

Forma est in verbis, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & in immersione seu asperzione, c. Preter 8. Canon. et Dist. 4.* quæ designatur una divinitas, & una, pro consuetudine, *can. De trinitate. Abbas 5. in fine h. t.* In hac tamen convenientius, propter expressam Trinitatis & tridivinitatis Christi repræsentationem; *text. in d. can. De trinitate. Postquam vos 28. d. Dist. 4.* Contra ritum, nem facies, peccat quidem, non tamen tamen sacramenti efficacia. Error autem in syllabarum non impedit formam, si causa per ignorantiam linguæ Latinæ, & ab ignorantibus, aliisve error, uti in hac specie, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, responsum. Responderunt 86. d. Dist. 4.* Addidit Ecclesiæ sollemnitates, quæ tamen omittantur, non tamen actum, licet omittentem reddat illum peccato, nisi eum excuset necessitas, tamen nihilominus postea suppletur.

Minister ex officio suo est proprius, *can. Const. 19. d. Dist. 4.* Absente vero impedito potest baptizare Diaconus vel Clericus; mo & laicus, & foemina, *text. necesse. can. Sanctum, can. In necessitate d. Dist. 4.* Seipsum nemo baptizat, ne quidem in necessitate; *Gl. in can. Baptismi 34. Dist. 4.* qui debet esse distincto inter agentem & patientem, *c. 4. h. t.* Tenet etiam baptismus contractus ab excommunicato, schismatico, hæretico, *can. Si ve hereticis. can. Ostenditur, can. Nullus Dist. 4.* neque enim minister malitiam peccati Sacramento, *can. Baptismi, can. Abbas*

Dist. 4. licet non sine peccato petatur aut fiat: imò etiam à pagano, modo intendat citra simulationem id, quod intendit Ecclesia, *can. Soler. d. loco.* Non obstat *can. Quos à paganis* *sz. d. Dist. 4.* quia accipiendus de eo, qui baptizatus est à Sacerdote Jovis inhaerente idololatriæ, qui non potest videri habuisse intentionem salutis remedium impendendi.

8 Ubi queri possit, An in casu necessitatis sit extra periculum, petere baptismum ab hæretico, excommunicato, aut simili ab Ecclesia abscesso: R. Esse, qui negent licere hoc argumento, quod à tali non rectè conferatur sacramentalis absolutio, Verùm est non desinat, qui putent in extrema necessitate eum non esse validum, quos citat Covarr. *ad c. Alma p. 1. §. 6. nu. 9.* tamen eorum opinio est improbata. Nec facit illud argumentum quo minus contrarium sit dicendum & tenendum, scilicet baptismum rectius su: i à tali, quam omiti, per textum expressum in *can. Si quem fortè* *XXIII. q. 1. ubi D. Augustin.* laudat eum, qui in articulo mortis, non habet copiam Catholici hominis, ab hæretico baptizari petiit, ut hac potius via salvaretur, quam petiret. Non obstat argumentum in contrarium, quia in eo causat impedimentum defectus jurisdictionis, quæ in baptismo non desideratur, sed sufficit adfuit intentio, servetur debita forma & materia. Covarr. *d. loco* & *Gurierrez. Can. Quæst. lib. 1. c. 1. nu. 55.* Extra casum necessitatis petere à tali baptizari non est citra peccatum, ut & ab alio indigno, nec extra peccatum ipsi baptizans, indigne tractans sancta.

9 Plures simul baptizare non possunt, uno proficiente verba, altero abluciente; quia in persona ministri debet representari persona Christi, & ideo unica esse debet, sicut unus est Christus. Præterea si proficiens verba, *Ego te baptizo*, simul non abluat, non evitabitur falsitas, cum revera non baptizet. Si autem dicat, *Nos te baptizamus*, forma substantialis mutabitur.

10 Subiectum baptismi est homo rationalis tantum non baptizatus: neque enim iterandus baptismus, cum character semel impressus sufficiat, quia indelebilis, *sup. De Sacram. non iteran. c. Cod. Ne sanctum baptis. iteretur.*

11 Quod de campanarum baptizazione fertur, à vulgo est profectum, cum non baptizentur,

sed benedicantur. *Nec facit*, quod nomen ipsi imponatur, uti in more est Christianis die lustrico baptizando nomen alicujus Sancti imponere, quo ejus patrocinio fulcus excitetur sectari ejus vestigia; nam hoc vel ea ratione tantum, ut à cæteris distinguantur, vel quod magis conducatur ad pietatem, si voce alicujus Sancti, dicatur populus ad Ecclesiam convocari. Præterea ceremoniæ, quæ adhibentur, nihil commune habent cum Sacramento baptismatis; sed magis cum aliis valorum benedictionibus in Ecclesia Catholica antiquo usû receptis, *Vid. Del Rio. De Magia lib. 6. c. 2. Sect. 3. qu. 2. circa fin. vers. Observa.*

Sit vere natus; nam licet in ventre existens habeatur pro nato, ubi subest ejus commodum *l. Qui in utero D. de statu hom.* non tamen hac in materia: ut baptizari non possit, cum requiratur contractus & ablucio per aquam, quæ non habent locum in eo, qui aqua contingi nequit; matris autem baptismus illi prodesse nequeat, cum revera sit persona distincta ab illa, & animam habeat propria & distincta peccati macula affectam. Facit, quod renasci dici nequeat, qui non est natus, *can. Si quidquid, can. Qui in matris utero. De consecr. Dist. 4.*

Oportet autem, extra casum necessitatis, perfectè sit natus. In necessitate baptizati posse eam partem, quæ apparet, paulo ante dictum est. Non est autem necessaria propria nativitas; satis est homo baptizandus appareat. Quo modo effectus ex ventre defunctæ matris rectè baptizatur. Dico, defunctæ; nam mater non est incidenda, licet morti proxima & subit merus mortis infantis, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Nisi fortè mater sit damnata ad supplicium, quod licet sit differendum in gratiam foetus, *l. Pregnantis 2. D. de poenis* ne innocens una cum facinorosa matre luat; ut & quæstionibus graviora non subicitur, ne foetus quid detrimenti adferatur, *Paul. 1. Sent. tit. 12. §. 5.* Si tamen dilatio appareat obfutura foetus, videtur accelerandum supplicium. Cum enim dilatio sit in favorem proles indulta per legem, si ejus operatura videatur detrimentum, rectè aufertur, ne quod inventum in cõpendium operetur dispendium; qua in re prudentis, & experti Medici judicio est utendum.

Nec potest hic ulla videri matris injuria, cum sic damnata.

14 Præterea oportet sit vivus: neque enim mortuo potest prodesse baptismus, licet altero pro eo respondente, qui sit quasi fidei jussor, cum pro eo, qui non est, nemo fidei jubeat. Facit, quod dixerit Christus: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, Docete omnes gentes,* & similia, quæ ad vivos referuntur. Estque certum fidei principium, solum præsentis vitæ tempus esse destinatum omnibus hominibus, ut in eo gratiam & omnium peccatorum remissionem consequantur, per rectam fidem, & bona opera, sine quibus fidem esse mortuam, Catholica & vera habet sententia.

15 Baptismi capacem esse adultum extra dubium est: cui ut dignè baptismus conferatur, præter voluntatem eum suscipiendi, necessaria est dispositio conveniens sanctitati Sacramenti. Conferitur enim per baptismum gratia, quam non participat nisi debite dispositus; licet ad characterem Sacramenti ista dispositio non desideretur, nec voluntarius consensus sit necessarius, cum & character imprimatur metu coactis, ut inferius dicitur.

16 De infantibus quaesitum, An sint capaces baptismi? R. Hæreticos quosdam negare, ante usum rationis hominem esse capacem baptismi: quem errorem suum probant. Primò, ex D. Marco, c. fin. in verbis *Qui crediderit, & baptizatus fuerit;* quæ præsupponunt fidem, quæ nequit esse in parvulis ratione carentibus. Secundo, quod non expedit eos baptizari, ex eo, quòd, cum ad rationis usum pervenerint, debeat iis esse liberum, permancant in fide Christi, nec ne, cum fides sit libera. III. Quod nullibi in sacra Scriptura præcipiatur parvulorum regeneratio, nec nullibi legantur, inveniantur à Christo aut Apostolis ejus baptizati. Verum Christiana & Catholica sententia habet, rectè eos baptizari, *can. Baptizari 3. Dist. 3.* quam vetus traditio, generalis consensus & definitio Ecclesie approbavit, cui potius standum, quam quorundam novatorum somniis, quorum opinio damnata, *can. Placuit 153. De consecr. Dist. 4.* & per Trid. Sess. 7. c. 13. *De Baptis.* Suarez ad 3. p. D. Th. qu. 68. Dist. 25. Sect. 1. Pro hac sententia adducitur argumentum sumptum à circumcissione, quæ fuit figura baptismi, cujus capaces e-

rant parvuli in lege veteri, quatenus circumcisi sunt in mentum legis veteris. Ut multò magis paces baptismi in lege nova, qui facit circumcisi, cum circumcisi, juxta argumens gatorum; præcipue cum lex gratie sit magis & universalior, neminem excludit hoc beneficio, quod est remedium necessarium ad vitam æternam. Quo modo rectè *can. c. 3. h. t. Ad sit,* inquit, *ut univ. parvuli, quorum quotidie tanta multitudo nascitur, quin & ipsi misericos Deum, qui non vult perire, aliquod remedium præcipiat salutem.*

Non obstat primum argumentum, quod ibi dicitur, ad adultos quidem præcipitur, non exclusivè parvulis. Illis enim præcipitur erat Evangelium, ut converterentur, ad Ecclesiam venirent, secum adduceres parvulos, qui licet per se non possent credere tamen per offerentes, quorum prodest, *can. Parvuli 73. cum seq. d. Dist. 3.* quidem per modum necessitate dispositi, sed quia per eum sit, ut iis applicetur sacramentum fidei.

Non obstat secundum; quia rectè parvuli per baptismum subjeiti Ecclesie, in vitam fidei sine eorum injuria: tum quia ipso, quo nascuntur ex Christianis parentibus sunt subditi Ecclesie: tum quia hoc negotium cedit in eorum bonum & salutem, sine ullo onere, cum teneantur in vino Christi fidem profiteri, ubi ad baptismum pervenerint.

Non procedit etiam tertium; tum quia argumentum ab auctoritate negativè procedit, ut tradit Everardus in *Loco ad an. 17.* ut satis sit non haberi contrarium, quia satis id ipsum colligitur ex aliis locis, quibus mentio aliquot millium baptismorum, etiam integrum familiarum, ut non sit verisimile, inter alios fuisse parvulos, qui non habent totius Ecclesie auctoritas & solus sufficit ad delicta hæreticorum decidenda.

Ex dictis patet, in utero matris conceptos, aut jam natos sine baptismo salvos non posse; quod adserit S. Augustinus *can. 3 & can. Regenerante d. Dist. 4.* propter generale dictum Christi, *Nisi quis renatus fuerit*

qua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Joan. 13. qua generalitate nec sexum nec ætatem excludit, ut ait Pont. in c. 3. b. 1. Non desunt tamen naturalis quidam, omnia suo cerebro metientes, qui infantes negant sustinere poenam damni, eò quòd non respondeat divinæ misericordiæ, damnare eos quos necessitas excludit à baptisinate. Sed meminerint eius, quod dicit Apostolus, natura nos esse filios iræ; unde necesse est, ponatur aliquod medium, per quod fiamus filij gratiæ. Illud autem tantum est hoc Sacramentum, ideo etiam parvulis necessarium, in eorum quippe etiam gratiam institutum à Deo, secundum Innoc. in d. c. 3. ut recte Augustin. adserat, nullum Christianorum dicere, inaniter infantes baptizari, *can. Baptismi 34. de consecr. dist. 4.* Quòd legantur aliqui sine baptismo salvati, ut latro, & alij, est, quòd per baptismum flammis & sanguinis sint consecuti salutem, *d. can. 34. & sic per medium aliquod prius consecuti gratiam.* Quo posito, conveniens est, non nimium differre baptismum infantium, propter periculum, nisi sit causa.

18 **Q**uestum & de infantibus infidelium, an sint baptizandi? Resp. Possè baptizari, si saltem alter parentum sit Christianus, quia ejus conditionem sequitur proles. Quod ita decretum per Canones in favorem filij, uti dictum sup. de convers. in fidel. num. 3. Ut Ecclesia habeat jus compellen. i. parentem Christianum, ut prolem baptizari curet, quæ sequatur religionem Christianam, *can. In d. c. XVIII. q. 1.* Et hoc, si proles fuerit intra annos discretionis; nam si eos attigerit, relinquenda est suo arbitrio, nec ad fidem cogenda. Nemo enim usum habens rationis cogendus ad fidem suscipiendam, quæ libera esse debet; faceretque coactio exterius & simulatè videt. susceptam fidem, sine effectu interiore, & non sine detrimento publico. Si parentes fidem semel susceptam deseruerint, ut ipsi possunt cogi ad Ecclesiam redire, propter jurisdictionem spiritualem semel in eos acquisitam, etiam poena mortis proposita, ita etiam cogere eos licet, ut liberos baptizari curent, ijsque etiam invitis eos baptizare. Si neuter patens sit subiectus Ecclesiæ, verius est, non posse baptizari eorum liberos, nisi saltem eorum alter

consenserit, qui hac in parte præferetur renucenti, *c. sicut inf. de Judais.* Nam cum parentes cogendi ad fidem nulla sit ratio, non etiam est eos privandi suis jurebus, inter quæ ponitur patria potestas, citra cujus injuriam non rectè conferetur liberis baptismus; cum eorum liber usus non foret parentibus, à quibus essent avocandi. Neque enim sine sacrilegio apud istos baptizati relinquerentur, cum moraliter loquendo non possint sub cura parentum infidelium educari, quin eorum imbibant errores. *D. Th. 2. 2. q. 10. art. 12. cui contradicit Zafius in tract. de Judais, à plerisque reprobat.* Ipsi liberi, ubi ad discretionis annos pervenerint, rectè baptizari petunt, etiam parentibus invitis, quorum potestati aut arbitrio, quoad hanc rem, non subjacent. Servorum infidelium liberos verius est à parentibus separatos posse per dominos baptizandos dari, ex vi potestatis & domini in servos. Dico, separatos; quia si talium parentum curæ relinquuntur, periculum foret apostatandi à fide per baptismum suscepta, propter conversationem & familiaritatè cum ijs, quos verisimile est non cessaturos à superstitiosis actionibus & ritibus suæ religionis circa filium. Pagani sub principibus Christianis degentes, ijsque subiecti quoad jurisdictionem temporalem, ad baptismum per eos cogendi non sunt, cum fides sit libera, & sine fructu quis invitus ad baptismum transiatur. Quorum etiam liberi, ijs invitis, non rectè per principes dantur baptizandi, ex causa jam dicta: retinent enim dominium rerum suarum, quo non privandi sine causa, quam non ponit baptismus, ad quem se non extendit politica potestas. Quin autem servi, invito domino; subditi, reclamante Principe rectè baptizentur, non est dubitandum, cum eatenus non sint subiecti, & graviter delinquant impediens profectum alicujus spirituale. Vid. de his latius Suarez. *d. disp. 25. Sect. 3. 4. & 5.*

19 **Q**uod amens & furiosus sit capax baptismi? Resp. Cum distinctione: nam vel ante amentiam aut furorem constitit de voluntate recipiendi baptismi & rectè confertur *c. 3. §. item quaritur h. 1.* quod regulariter homo in ejusmodi eventibus maneat in eadem dispositione voluntatis, in qua reperitur, *l. Patre in fine D. de*

D. de his, qui sunt sui juris: vel de voluntate non cohibita, & baptismus ei nihil proderit, cum habeatur in vitis, d. 6. item quaritur.

20 Denique querat aliquis, An reneat baptismus coacte susceptus? R. Tenere, *d. c. 3. & can. De Iudaeis dist. 45.* quatenus non est collarus vi praecisa, quae voluntatem omnino impedit, sed conditionata tantum, quae metum quidem ponit, non tamen voluntatem auferit, secundum *d. c. 1. sup. de his, qui vi &c.* ut sufficiat ad susceptionem characteris baptismi, & fidei professionem ponat.

21 Baptizatus itaque est non baptizatus, non etiam baptizatus. Quod si tamen nesciatur puer baptizatus, veluti si sit expositus, recte illi conferatur baptismus, cum non possit intelligi iteratum, quod nescitur collarum, *can. Parvulis no. cum seq. de consecr. dist. 4.* In dubio quoque, an baptismi forma debere sit adhibita, uti frequens hoc tempore, quo circa formam & materiam sectarii nostri variant, poterit sub conditione iterari, *c. 2. h. t.* Ceremoniae omittae ex causa necessitatis, quae suberat postea recte suppleantur.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

SUMMARIUM.

1. Ordinari non baptizati nequeunt.
2. Baptizatum se probabiliter credens habetur pro baptizato.
3. Martyrium supplet baptismi effectum.

Reliquorum Ordinum janua est baptismus; ut inutiliter conferantur non baptizato, cum characterem non imprimat eorum collatio, baptismus non praevio, *c. 1. & fin. h. t.* ut taliter ordinatus sit baptizandus, & de novo ordinibus initiandus.

2 Probabiliter baptizatum se credens, si sine baptismo moriatur, cum sufficienter Christum sit confessus, & baptismum non tam contemptu (qui omnino amoveret conversionem cordis) quam necessitate omiserit, pro baptizato habetur, *c. 2. h. t.* Idem in iis, quos temporis angustia excludit, *can. Baptismi 34 de consecr. dist.*

4. Et qui propter confessum Christum moriuntur ad martyrium, quod supplet baptismi effectum. Quod facit, quod ait Christus, *Quicumque perdidit animam pro me, vivificabit eam.*

TITULUS XLIV.

De custodia Eucharistiae, Chismatis, & aliorum Sacramentorum.

SUMMARIUM.

1. Eucharistia & Chisma cur serventur.
2. Vestimenta Ecclesiae, vasa &c. mandantur vanda.

Servandum hic dicitur Eucharistiae sacramentum in Ecclesia nitide, cum reverentia, ut, ubi exigit necessitas, praejus sit copia, Servandum & Chisma, id est sacramentum Unionis, quod conficitur piscopo in die coenae Domini, *c. Tertio sup. de celebrat. Missae* & huius sit copia, praesente necessitate aegrotorum, ad quos dandum decenter, lumine praevio, Ceterum duo haec Sacramenta jubentur in custodia, ne quid nefarium circa ea committatur. Incaute ea relinquens, tribus mensibus officio suspendendus, & si nefarium circa illa commissum, gravius puniendus, *1. h. t.*

Sunt & munde adservanda vestimenta Ecclesiae, vasa, & caetera ornamenta, peccatim generis habitis contemptus, uti ad idem, *de rebus inducatur, c. 2. h. t.* ubi prohibetur lecti laica, propria sive aliena, onerare Ecclesiam, nisi iocundus hostilis aut repugnancia id exigant.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & veneratione Sanctorum.

SUMMARIUM.

1. Sanctorum corpora honoranda.

2. Sanctorum reliquia in altari consecrato an necessario recondenda?
3. Sanctorum intercessio adserta à Patribus.
4. Reliquia SS. qualiter adseruanda, & quando quis pro Sancto habendus ac colendus.
5. Decretum Concilii Triid. circa hanc rem.
6. Sanctorum cultus & imaginum veneratio probatur.
7. Sarsis objectionibus sectariorum.

1. Sanctorum hominum corpora digna esse honore, nemo recti sensus ambigit, tum quod spiritus Dei in iis habitaverit; tum quod eorum intercessione non paucos sublevatos à suis angustijs, & corporum actaucta sanatos fuisse constat. Si enim Iudaus, & semicinctus D. Pauli, etiam à corpore eius separatis, tantam vim attribuerit Deus, ut faceret recedere languores, egredi spiritus nequam, *Afor.* 19. si umbræ corporis D. Petri datum, ut ab infirmitatibus liberaret, *Afor.* 5. quidni & ipsis corporibus tantum attribueri potest, ut eorum tactu redeat pristina sanitas, hoc modo honorando eos, qui eius secuti sunt vestigia? Quo modo & eorum reliquias pretiosas dicit Basilii Magnus: & Leo Imp. *Decernimus* 26. *Cod. de Episcopis & Cler.* eas non in locis voluptatis, sed religionis templis reponi iussit, & Catholica Ecclesia à sui initio summa cum reverentia est prosecuta. Vide Azor. *Instit. Moral.* p. 1. lib. 10. cap. 8. qu. 2. & seqq. Sanch. in *Decal.* lib. 2. c. 43.

Fuit & in usu, Sanctorum Martyrum reliquias poni in altari consecrato, quod eorum patrociniis sæpè loca defendantur.

2. Ubi quaeritur, an hoc sit essentiale? Resp. Esse, qui id velint, motos per *can. Placuit.* 26. *de consecr. dist.* 1. quo iubentur altaria per agros & villas ditui, in quibus non probantur condita Martyrum reliquias: alios velle, cum desunt reliquias, recondi debere particulam hostiæ consecratae. Verum hoc esse indeceus & improbabile, nec posse fieri, respondisse consultum Innoc. Pa am, tradit Abbas, in *cap. 1. num. 2. sup. De consecr. Eccl.* Attamen licet decens sit, ut, si haberi possint reliquias, recondantur, non tamen est de substantia consecrationis, etiam supposito præcepto, quod non ponit substantiam, & cessaret in tanta

templorum & altarium multitudine, ut impleri non possit. Suarez in p. 3. *D. Th. qu. 83. disp. 81. Sect. 5. circa fin. vers. Sed ulterius.* Nihil facit *a. can. placuit*, qui tantum vult altaria, tamquam memorias Martyrum constituta, si in iis nullum corpus Martyris aut reliquias sint, everti, idque ne falsæ religionis intuitu decipiatur populus.

De intercessione Sanctorum quam magnifice senserint non tantum Patres occidentales, sed & orientales, videre est apud Bullatm. in *Apologia pro Respons. sua ad lib. Jacobi Anglia Regis cap. 1.* ubi refert eorum testimonia, & in *Contra-versis, Contr. 7. de Sanctis lib. 1.* atque, ut SS. Patrum testimonia prætereamus, docet quotidiana experientia Deum operari mirabiles effectus in locis, ubi reliquias Sanctorum sunt reconditæ. Ut iudicandi sint spiritus in sanæ & furoris præcipites fetti vigilantius, & alii, ejus & nostri temporis sectarii, etiam regiâ fulgentes dignitate & potius exorcismo quam refutatione indigere, istos effectus arti magicæ attribuentes.

Voluit autem Ecclesia antiquas reliquias adservari decenter in ipsis Ecclesiis, atque in capsulis suis, venerationis ergò, certis diebus publicè exponi, non tamen extra capsam ostendit, *c. 2. h. s. Mandat* caveri abusus, quæstus causa, qui non rarò audaciam hominum eo adducit, ut etiam sanctissima quæque violare non vereatur, cum gravi tamen scandalo & sacrilegii reatu. Unde & veritum ne quisquam reliquias inventas venerari publicè præsumat, nisi per Rom. Pont. approbatas, *d. cap. 2. aut aliquè pro Sancto habere vel colere*, etiam si miracula appareant vel potius facta dicantur, nisi quem, præmissa diligenti inquisitione super vitæ & factorum probitate, ac miraculorum veritate Pontifex solemnè ritu, quem *à pro Deo* sive Canonizationem vocant, Sanctorum numero adscripserit, *cap. 1. hoc tit. c. Venerabili se. sup. De testibus*, ne contingat diabolica fraude pro Sanctis coli, quos vita non commendat, ut in *d. cap. 1.* Quod accipe quoad cultum publicum: nam privatim quis coli potest, & variis privatus cultus exhibitus ante canonizationem, propter vitam præviam, & subsequenti miracula. Et hoc, ut de novo quis loco Sancti colatur.

5 Circa quod an quid sit mutatum per Trid. quaeritur. Resp. Id posse videri ex *Sess. 26. in decret. de invoc. Sanct.* licet scilicet Episcopo reliquias Sancti antiqui nondum canonizati approbare, atque eas publicè venerandas exponere, quia quando certum est, esse canonizatum, licebat id Episcopo jure communi, ut tradit Abbas in *c. 2. in fine h. r.* Ut nisi Trid. accipiamus de privilegio Episcopis dato, de novo inventas reliquias Sancti alicujus non canonizati approbandi, sit futurum frustraneum, ut nihil de novo concedens, cum privilegii verba alicuius debent operari, *c. si Papa 10. de privi. in 6.* Verum dicendum, nullum privilegium esse Episcopis concessum quoad approbationem reliquiarum Sancti non canonizati, & earum venerationem, quando quidem Concilium Generale sub Innoc. III *cap. 2. h. r.* expressè statuerit, nullas reliquias venerandas esse, nisi Rom. Pontificis auctoritate approbatas. Cui non potest dici derogatum per decretum Conc. Trident. cum nulla contineat verba derogantia: ut cum correctio juris veteris sit evitanda, potius secundum *d. c. 2.* continens jus vetus, sit intelligendum dictum decretum continens novum, si expressè non adverterit, *arg. 1. sed & posteriores D. de legib.* Potest autem hoc in casu commodè intelligi jus novum de reliquiis novis alicujus canonizati, non etiam necdum canonizati, ab Episcopo approbandis, eo quod in *d. c. 2.* posterius tantum detur Rom. Pontifici. Ut ita commissum sit Episcopis reliquias noviter inventas & miracula alicujus canonizati, aut de cujus sanctitate ex universali Ecclesiae consensu constat, approbare. Est enim intentio Concilii formam præscribere Episcopis, quam servant, inquirendi super reliquiis & miraculis novis & Sancti jam approbati, & ea approbandi, non etiam jus pristinum immutandi, concedendo; ut Episcopi canonizare de novo possint. Vid. Sanchez *d. c. 43 n. 10. & seqq.* Suarez in *p. 3. D. Th. q. 53. dist. 15. Sect. 2. vers. Sed quaerit aliquis.*

6 Ex eo autem, quod Sanctorum invocatio multos solatio fuerit, eorum memoriam ab initio celebravit Ecclesia, permisitque imagines Sanctorum sculpi, in templis collocari, iis defertur signa submissionis, non ut talibus, quia sunt ligna & lapides, sed ut representantibus

sanctos Dei amicos, ad quos ut protegere currunt honores, & per eos ad Deum, qui illis suis colitur. Permisit etiam templea Deo dedicari in memoriam & honorem Sanctorum supra eorum reliquias & corpora alicujus sculpi, super quibus non ipsi Sancti, sed Dei crucentum sacrificium offeratur: ut ea celebrare & Deo pro illorum victoriis gratiantur, & nos ad imitationem talium erudiantur, & palmarum, eodem in auxilium nostro, excitentur. Excitat enim ad virtutem Dei cultum memoria illorum, qui in celluere. Nec est, quod Hagiomachi & claustra impii, Deo & publicè quietate hominum seductores, mendaci & blaspheore effutiant, nos simulacra colere, maniacorum, qui dolis suis, quæ non erant, in lapides, argentum & aurum, operantur hominum, quibus erant autres os, oculos, manus, pedes, non tamen loquebantur audiebant, non videbant, non odorabantur, ambulabant, juxta Regum Deorum Psal. 113. qui inquam, idolis talibus buebant divinitatem, iis supplicantes, sito, illa adorantes, victimas cedentes, in men fabros, qui illa fecerant, contemnit ait Seneca, in *Moralibus*, cuius fragmentum refert Lactant. *lib. 2. Divin. instit.* cap. 10. nos nihil divinitatis iis attribuemus, nec edocemur, cultum latrice soli Deo, illique soli deberi agnoscamus, nec emus: dulcia tantum cultu Sanctorum quentes, arque imagines honorantes tantum, quia representent ipsum Deum nobis crucifixum, & Sanctorum ejus, & gesta. Edocti enim sumus Carthagine, ceur indies, quod secundum vulgare siculum:

*Hoc Deus est, quod imago docet, (sicut) ipse
Hanc videas, sed mente colas quæ
ipsa.*

Si quid in imaginum veneratione & superstitionis per simplicitatem aut demeritum irreperit, hoc omnino tollerandum, & districtè mandatum est Episcopis, & tendendum, ne quid inordinati, profani, & honesti circa illas depingendas apparet.

Con. Trident. Sess. 25. de invocat. & venerat. Sancti. Ut abulum frustra culpantes, usum abominentur ineptissimè nostri sectarii: qui sciant nos memorie causa imagines Sanctorum habere, eo modo, quo veteres Romani parentum suorum imagines in Thecis servabant & quidè fumosas, ad excitandos scilicet animos suos ad virtutis eorum imitationem. Pulcher locus est apud Salustium de bello Inzurb. in pr. quem ethnicum licet audiant isti novatores, qui sacros & Christianos audivere tenuerunt: Sapè, inquit, audivi Maximum, P. Scipionem, praterea civitatis nostrae praefatos viros solitos ita dicere, cum majorum suorum imagines intuerentur, vehementissimè sibi animum ad virtutes accendi scilicet non ceram illam, neque picturam tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregii viris in pectore crescere, neque sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. Si ita propter gloriam hanc mundanam & perituram illos excitaverunt imagines, quidni nos excitent, propter gloriam perpetuam.

7 Non rectè obijciunt nobis sectarii primum Decalogi præceptum, Non facies tibi sculptiles, subiungitur enim, ut adores illud, cultum scilicet latræ attribuendo, quem minimè iis attribuimus, tantum deferentes cultum dulciæ, uti expressum eam. Venerabilis 28. de consec. dist. 3. quem ne ipsi quidem deferre dignantur. Nec malè, cum eorum imitari exempla nolint, sed potius per fas, per nefas ad quævis ferri, sacra profanis miscendo, ut docet experientia, quasi non foret Deus. Mirum, quam multum sibi placeant in statuto Concilii Eliberitani, quod habet non esse adorandas imagines, & quo reprobatur etiam picturæ, eam 36. nam illud tantum est Provinciale, per paucos celebratum, & dubiæ fidei, cum illius temporis & loci Scriptores imaginaibus adversantes ejus mentionem non fecerint, quam non neglexissent, si bonæ fidei fuisset. Baron. i. Annal. an. 57. num. 120. Ad Francofurtiense Conc. quod attinet, quo damnatur septima Synodus Generalis, quæ admittebat cultum imaginum, non est approbaturum quo ad eam partem, imò reprobatur ab Hadriano Pont. Bellarmin. tomo 1. de Concil. lib. 1. c. 7. in suo Quarto ad duo Concilia sub Leone III. & Constantino Coprobymo Imp. Iconoma-

chis, non Concilia, sed conciliabula fuere, in quibus impiorum Imp. dominabatur volugas, non ratio aut Spiritus sanctus, ut merito fuerint reprobata.

TITULUS XLVI.

De Observatione Jejuniorum.

SUMMARIUM.

1. Jejuniorum usus in Ecclesia Catholica.
2. Jejunium Quadragesimæ, & quatuor Temporum.
3. Obligant hac subreatu mortali.
4. Nisi parvas materia excuset.
5. Jejunia peculiaris loci quos obligent.
6. A quibus abstinentiam.
7. Die Dominica non jejunandum.
8. A jejuniis minoribus quos excuset.
9. Non excusat at as illa professos juniores.
10. Senium quando & quos excuset.
11. Causa alia excusantes à jejunii observatione.
12. Refectio una de die quando sumenda.
13. Refectio uncula Vesperina.
14. An ea prandii tempore uti liceat, prandio dilato in vespeream?
15. Jejunium naturale SS. Eucharistia pramittendum.
16. Jejunium Vigilantium.

AD placandum divinum numen orationes & jejunia valere, tenet Catholica Ecclesia, nec est ambigendum nisi iis, quibus opera bona displicent. Strictè ea observantur Judæi, ut videre est apud Baron, Tomo 1. Annal. an. 34. num. 154. & seqq. Apud Gentiles quoque in usu fuisse, ad divinum numen placandum, tradit Halicarn. lib. 1. Uffel, ad Covar. 4. Var. c. 20. n. 6. Observavit & Ecclesia ab ortus sui initio strictissimè, ut patet Act. 13. ubi dicitur. Jejunantibus autem illis, &c. Ut curandum non sit Catholicam Ecclesiam trideri hac in parte à reprobi sensus hæreticis, quibus omnia gratiora, quam opera pia carnem mortificancia, quibus divinum placetur numen, Qui tamen verè illi digni, quòd cum jesuino di Ecclesie statuta per plurima sæcula observata abjiciant, tamquam hominum inventa subjiciant, tamen se mandatis perditissimorum quorum-

dam & vilissimorum homuncionum, indigentium pro suo lubitu orationes & jejunia credo, hoc meliora, quo magis nova mandata, quae vulgariter appetunt.

2 Observat autem Ecclesia jejunium in Quadragesima, ex Apostolica institutione, ut videre est ex Canone Apostolico LXXIII. Covarr. d. c. 20. num. 4. Joan. Filesc. *Tract. De Quadragesima Christiana* cap. 1. Item quatuor anni temporibus, quibus Ordines conferuntur, etiam ex Apostolica institutione, *can. 1. & 4. dist. 76.* ut probat Baron. *tomo 1 an 67. num. 206.* Covarr. d. c. 20. n. 9. Azor. *Instit. Moral. p. 1 lib. 7. c. 14.* Praecipit & Ecclesia jejunia in profestis quorundam Sanctorum, c. 2. h. r.

3 Tenentur ad ea omnes, sub reatu mortali, ut tradit Covarr. d. c. 20. n. 10. quod Canones & constitutiones Ecclesiasticae, *can. Non liceat, can. non oportet de consecr. dist. 3. can. Quadragesima dist. 5.* jejunia indidentes contineant praecipuum, cuius in materia gravi, uti haec, transgressio mortalem ponit culpam, secundum omnes, etiam secluso contemptu. Abbas in *Rub. hic num. 11 & 12.* Azor. d. lib. 7. c. 8. qu. 2. Sanchez in *Decal. lib. 1. c. 4. num. 11.* Excusabit tam in a mortali parvitas materiae: nisi modicus cibus saepe iteratus notabilem comestionem ponat per continuationem singularum partium, quae plures parvae faciunt notabilem violationem. Diversis diebus modica comestio non ponit continuationem, atque ita non magnum reatum.

4 Sunt & jejunia quaedam consuetudine locorum inducta, aut diocesano statuto, quae tantum obligant ibi existentes, licet non incolas, modo ibi maneant, quia quisque obligatur legibus loci, Navar. in *Summa c. 23. n. 120.* L. *il. late de Inst. & iure lib. 4. c. 2. dubit. 7. num. 50.*

5 Non mandat autem jejunium, de quo agimus, abstinentiam omnis cibi, sed certi generis tantum uti carnis, lactimorum. Quod & obtinet in feriis sexta & Sabbati, nisi in eas indicatum Nativitatis Domini; tum enim ex generali Ecclesiae consuetudine licitum vesci carnibus, propter Festi excellentiam: exceptis iis, qui voto aut regulari observantiae sunt adstricti. Vide dicta sup. ad *tit. de voto n. 56.* & *Sum. eod. Tract. lib. 4. c. 20. n. 5.* Extra reprehensio-

nem tamen suat & alii ob devotionem nentes, c. *fin. h. r.*

Die Dominica jejunium superstitiosum dicitur, ob gaudium resurrectionis, *can. presbyter dist. 30. Baron. Annal. Tom. 1. n. 202.* In quem si incidit jejunium, pro profestis alicujus Sancti, incidens in festum

Feriam, removebitur in diem Sabbati. Excusat ab hac jejunii observantia bilis causa, quam primo ponit minor Innoc. *hic in Rub.* vult pueros doctores, neri legibus: cuius dictum verum est, quod stincentiam a carnibus, alias communitate est S. Thomae 2. 2. q. 242. art. 2. tunc adolescentes ad jejunium ante vigintiimum annum exactum, qui tertium jejunium completum, quod ad eam partem soleant adulescere, ut indigentibus sumpto. Nav. in *Summa c. 21. n. 16.* Azor. d. c. 17. n. 2. Less. d. loco *dub. 6. n. 40.*

Quid si profestis ante eam aetatem obstringat jejunare? R. Eos tenent, etiam lae, quae non minus obligat, quam si stincte postea etiam comprehendat. Nav. Azor. d. c. 17. q. 4.

Ab iis jejunii, quae indicuntur a Romae causa jubilaei, non sunt exempti jejunia commodo jubilaei stui velint, quia causa loco conditionis, quae necessitudo in partem consequendum finem.

Excusat & senium. Ubi dubitatur, quod no senes eximantur ab hac obligatione. Istud non esse definitum, alios enim septuagenarios tantum; alios etiam senarios; quorum opinio benignior, favore ejus aetatis sunt, quae jam prolabi incipiunt, ut nequeant simul totum alimentum turae sufficiens sumere, illudque obcoquere, ut proinde a priori cibo indigeant, eo quae saepius sumptum hoc quoad frequentiam, nam a carnis abstinentia abstinere debent. Nav. d. loco *Tract. c. 17. q. 4.* Haec ita in viris, etiam si valent, antur, ut non tam praesenti quam Juniorum tui consularat. Formis, cum civitas maneat, civis habilis sint ad generandum, tuis etiam cessent & senescant, anno quinquagesimo aetatis, cum vir habilis que ad annum sexagesimum, videtur per-

benda minor aetas, scilicet 30. annorum, qua solvantur a jejunandi obligatione. Verum ut hoc sit probabile, tamen in discriminatum recepta sexagenaria aetas. Vid. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 32. n. 16. & 17.

Excusat & aegritudo, & infirma valetudo, dolores capitis, oculorum vertigines, si sint notabiles, quas auget abstinentia, qua in re Medicorum consilio standum. Excusantur item praegnantae foeminae, quae cibo indigent frequentiore, non tam suo quam foetus nomine. Idem est in nutriendis infantibus. Idem & in iis, qui graves labores sustinent, ut agricola, faber ferrarius, lignarius, cementarius, & similes laboriosas artes exercentes. Facit enim immodicus labor non sufficere iis semel sumptum cibum: ut quibus est ars non laboriosa, nequaquam excusentur, cuius ordinis sunt sartores, pictores, barbitonsores, Advocatos, Scholasticos, Notarios, Scribas, non recte exceperis, quod eorum labor non cessatur magnus. Si tamen & hi non possint alias oneri, quod iis incumbit & perficere est necesse, satisfacere, videntur futuri extra culpam. Excusantur etiam mendicantes, si comedentes, si nequeant tantum contrahere, quantum uni comestioni sufficit, Vid. de his Navar. d. c. 21. nu. 16. Azor. d. c. 17. qu. 5. & seqq. Less. d. dubit. c. n. 40. & seqq. Sic & excusantur illi, quibus cibum alium non supererit, quam interdictus, si illo vescantur, quia non habet necessitas legem, modò evitetur scandalum: & ita expressum in c. 2. h. r. quod habet, indulgeri quoque posse esum carniuum diebus prohibitis, etiam in Quadragesima si necessitas exigat. Excusat praeterea consuetudo, aut privilegium, permittens licentiam vescendi lacticiis in diebus Veneris & Sabbathi, etiam in Quadragesima, aut ovis: item exitis aut exterioribus animalium partibus, quibusdam in locis, ut in Hispania diebus Sabbathinis.

Hac ita de jejunio Ecclesiastico, quod unam tantum refectiorem admittit de die, qua non sumenda ante tempus prandii, vel non nisi sub meridie. Quod tempus non sine peccato quis avertit & quidem letali, si sit notabile, scilicet unius horae; nisi iusta causa excuset ut iter instans, aut alia iusta occupatio, aut causa Navar. d. c. 21. n. 27. Covar. 4. Var. c. 20. n. 14. in fine. Rectè tamen quis refectiorem distule-

rit in vespere, etiam sine causa; nam quò tardius prorogatur, eo corporis afflictio est gravior. * De consuetudine inductum fuit, ut vespere quid sumatur, ne potus noceat, quod quia exiguum & modicum excusationem primo dedit, cum modica pro nullis reputentur. Hodie consuetudo ista recepta passim excusat. Receptum quoque, herbis & fructibus uti licere in ista refectiuncula. Quidam pane negant, quia nutriat; sed communius receptum, pane vel solo, vel cum fructibus, aut edulsiis levioribus vesci licere, pro usu locorum. Sit tamen modicus. Vid. Azor. d. l. 7. c. 8. q. 4. 5. 6. & 7.

Quaeritur dilato prandio in vespere, liceat uti refectiuncula prandii tempore? R. Id absolute negari licitum esse, nisi causa excuset, eo quod jejunium solvatur, cum vespertinam refectiunculam non jus, sed consuetudo excuset; & quidem contra jus, ut non tam sit laxanda, quam restringenda. Aliquibus tamen videtur, istam mutationem nihil derogare lege jejunii, cum, uti nunc de mote servatur, unum sit prandium cum refectiuncula: ut translato in vespere prandio, & contra refectiuncula translata in meridiem, tantum fiat mutatio temporis, salvo jejunio. Quae opinio ut sit probabilis, prior tamen tutior & verior. Vid. Azor. d. q. 6. c. c. 11. qu. 4. & 5.

Est & jejunium naturale, quale praemittendum sumptioni Eucharistiae, interdicens omni potu etiam aquae, & omni cibo, ut simpliciter oporteat aliquem esse jejunum.

Fuit & olim moris in profectis solemnium dierum cum jejunio vigiliare, unde dictae sunt Vigiliae, quarum nomen remansit, res, exceptis paucis diebus, in desuetudinem abiit, propter flagitia nocturnis coctibus committi solita ab iis, quibus non est timor Dei. Cov. d. c. 20. n. 8. verj. Idem Burchardus. c. c. 19. n. 10.

TITULUS XLVII.

De Purificatione post partum.

SUMMARIUM.

1. Mulier à partu quatuordecim diebus prohibetur ab ingressu Ecclesiae.
2. Non obstante lege Moisaica hac de re.

Zz 2

Legc

L Ege Moisaicâ post partum mulier ab ingressu Ecclesiæ arcebatur ad tempus, *Diff. 6. in princ.* quæ, quia ceremonialis erat, evanuit, postquam legis Evangelicæ veritas illuxit. Ut hodie non prohibeatur mulier etiam statim à partu ingredi Ecclesiam, Deo actura gratias, ne necessitas & dolor vertatur in culpam, *can. Si mulier Diff. 5.* Non est tamen reprehendenda, quæ ad tempus abstinerit, *can. h. t. & can. fin. dist. 5.* qui præcipit, ne viri commisceantur mulieribus ante purgationis tempus.

2 Nec potest objici, quòd ceremonialis præcepta sint abrogata per legem Evangelicam, ut proinde eorum observatio induci non possit, nam hoc intelligendum de iis ceremonialibus præceptis, quæ non tantum sunt mortua, verum & mortifera: qualia sunt, quæ ordinata ad præfiguranda Christi mysteria, uti futura, ideoque observatio præjudicaret fidei veritati, juxta quam confitemur ista præfigurata mysteria jam contigisse atque completa esse. Nam quoad ea, quæ magis pertinent ad quandam devotionem, ac ritum sacrificiorum, eorumque ornatum; quàm ad futuræ legis Christi que nascituri præfigurationem, observatio eorum nihil in se mali continet: quòd spectat tempus purificationis, decimæ, oblationes, & similia, *Covarr. 1. Var. c. 17. n. 1. Suar. de relig. Tomo. 1. Tract. 2. lib. 2. c. 1.*

TITULUS XLVIII.

De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

SUMMARIUM.

1. Ad Ecclesiæ reparationem tenetur, qui damnatum dedit.
2. Cujus eo nomine bona tacite sunt pignori.
3. Tenentur & non impediunt destructionem.
4. Ecclesias vetustate aut casu collapsas quis reparare tenetur.
5. Decimarum possessores an teneantur?
6. Ecclesiarum restitutio qualiter faciendâ.
7. Ecclesia nova quando & unde ædificanda.
8. Parocho nova Ecclesia portio debita unde supplenda.

9. Leprosi propriam Ecclesiam habent
10. Ecclesia secularis converti potest in
venit.

V T ad divinum cultum Ecclesiæ ædificanda sunt, ita ad eundem conservandum si destrui aut collabi eas contingat, reparanda aut fulcienda, sumptibus ejus, quæ destructioni causam dedit; ita dicuntur quæ damni reparatione tum gravat, tum salutum. Ut eo nomine non male dicatur petere Ecclesiæ tacita hypotheca in bono qui damnatum dedit, *Tiraq. de privi. Privi. 163. Everard. in Loco à Fyca ad Peckius de reparan. Eccl. cap. 4. non. 1. c. 5.* non male sustinet, etiam mulieris partum esse Ecclesiam tempore priorum, cum sicut hoc jure gaudeat, ut prior sit & potior, *l. 2. C. de privi. fisci*, quod Ecclesiæ tribuitur; cum quòd datum reparatum, alteri non sit denegandum, uti ubi eadem invenitur ratio quæ major est, ex majore Ecclesiarum & datus favore.

Dicitur etiam non male, eos quoque qui ad reparationem, qui, cum tenentur, consent, non impediverunt destructionem, et factores Ecclesiarum, Magistratus loci, fanaticos hæreticorum ausus, aliorumque as avertere à domo Dei, *can. sicut 48. X. Dico*, & possent; nam non nisi qui parati obviando favere dicitur, *can. Nihilominus 9. 7.*

Vetustate aut casu collapsarum Ecclesiarum reparatio spectat ad fabricam: nullam habeat consuetudo, quæ in primis inspecta observanda, *can. detrevimus 9. n. 1. Adhuc cam inf. de simonia. Bertrand. Conf. 41. n. 1. 4. & Conf. 306. vol. 8. D. Wamel. Conf. pr. Conf. 511. n. 5. & seq. & Conf. 513. n. 1. & h. t.* Si Ecclesiæ fabrica nulla fuerit, non sufficiens, tunc Clerici, & alii beneficiarii fructus Ecclesiæ recipiunt, ad reparationem sunt cogendi, quatenus superest contentio, *e. 4. b. t.* Si nec hi sufficientem contributionem cogendi parochiani quæ gratia ædes sacra instauranda est. *Tud. de e. 7. de reform.* Qui si sint inopes, retribuat Ecclesia ad matricem, vel maxime vicinam.

5. Q. An possessores decimarum teneantur ad reparationem? R. Hoc posse videri, per d. c. 4. h. i. ubi dicitur, ex bonis Ecclesiarum faciendam esse reparationem: spectant autem de jure ad suas parochias locorum decimæ. Quod facit, quod Trid. d. c. 7. ex fructibus Ecclesiarum reparandis dicat Ecclesias, & per patronos, & alios, qui fructus Ecclesiarum colligunt. Peck, d. loco c. 14. Posset tamen rectè contrarium alicui videri, cum nusquam decimis, earumque possessoribus imponatur hoc onus, sed iis, qui percipiunt Ecclesiarum fructus. Decimæ autem jam separatæ, & alteri Ecclesiarum concessæ, non possunt computari inter fructus loci ipsius Ecclesiarum; Sereniss. tamen Principes nostri in ultimo suo Edicto possessoribus decimarum cum aliquo moderamine onus illud imponunt, si fabrica non sit sufficiens, nec per fructus Ecclesiarum subveniri queat, priorumque oblationes non sint rantæ.

6. Facienda autem testaturatio pro Cleri & populi, qui convenire solet, multitudinem: cujus frequentia facit veterem Ecclesiam esse augendam sumptibus eorundem, cum ampliatio sit quedam reparatio. Quamvis in casu, quo quis oneratus Ecclesiam reficere, strictè verbum illud interpretetur, ut gravatus non teneatur nisi ad opus, quod ante fuit, reparandum, non etiam de novo faciendum; cujus generis est ampliatio. Si remotior fuerit pristina Ecclesia, quam ut plerique parochiani divino cultui interesse tempore possint, extruenda nova est Ecclesia ex redivitis antiquæ, si inde illi, ejusque ministris, non accedat grave detrimentum, c. 3. h. i. Quo casu non obligabit juramentum Prælati de non alienandis rebus Ecclesiarum, cap. fin. h. i. cum istud non sit trahendum ad causam novam & necessariam, c. Clericus 35. sup. De jur. rejur.

7. Quæsitum fuit, Quid juris, si Parochus novæ Ecclesiarum non habeat debitam portionem, à quo illa petenda? Consultus super hac re respondit, Si Ecclesia matris abundet, non esse questionem, quin illa teneatur supplere: sin minus, tum agendum cum iis, qui decimas in loco novæ parochiæ percipiunt. Ita tamen, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, provideri non possit; tum enim demum decimarum possessores teneri vult Conc. Trid. Sess.

24. c. 13. De reform. Quod autem illi teneantur, sive laici sive etiam Clerici, est, quia decimæ ad hoc reservatæ Deo, ut proficiant iis, qui spiritualia seminant; ut sunt Parochi, illorumque causa potior: ut concessio facta aliis semper sit intelligenda, salva portione decente Parochis. Et hoc non tantum in iis parochiis, quæ hæcenus sunt, etiam separatim à matrice Ecclesia ante Trid. aut ante illud existentibus, sed etiam post erectis, cogente populi necessitate & commoditate, ex eadem ratione.

Leprosi concessum habere suam propriam Ecclesiam, cum presbytero, separatim à veteri Ecclesia, ita tamen, ut illi non sint injuriosi de jure Parochiali, c. 2. h. i.

Potest etiam Ecclesia secularis converti in regularem, Diocæsani consensu; ita tamen, ut Clericis secularibus ibi existentibus, quoad vivunt, de alimentis provideatur, c. 5. h. i.

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, cæmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

SUMMARIUM.

1. Immunitas quid, & quotuplex.
2. Personalis quibus & ex quibus causis competit.
3. Realis bona Clericorum & Ecclesiarum eximio à tribus & gabelis.
4. Localis vetat exerceri profana in locis sacris.
5. Locis sacris competit & jus asyli.
6. Immunitas hæc quo jure Ecclesiis competit.
7. Competit & Ecclesiis non consecratis.
8. An competit Ecclesia interdicta?
9. An polluta?
10. Ecclesia nomine quid hic veniat.
11. An detur confugiendi ad Sacerdotem deferentem SS. Eucharistia Sacramentum?
12. Datur omnibus fidelibus baptizatis.
13. Non datur Iudæis.
14. Non infidelibus.
15. Datur excommunicato & interdicto.
16. An & hæretico?
17. An Clericis?
18. Habet locum in causa civili, veluti debet.
19. Item



19. Item in caussis omnibus criminalibus exceptis latronibus & nocturnis agrorum depopulatoribus.
20. An & crimina a quibus gratia excipienda?
21. Excipitur & crimen homicidii aut mutilationis in ipsa Ecclesia commissum.
22. An & alia delicta in Ecclesia commissum?
23. In Ecclesia delinquere dicitur, qui de loco profano latet existentem in Ecclesia.
24. Item ex Ecclesia latens existentem foris.
25. Ut & latens quem in ostio Ecclesia.
26. Excipitur praeter ea homicida proisitorius.
27. Non tantum Clericus, sed & laicus.
28. Proisitorius homicida quis dicitur.
29. An & pugnans cum amico aut ad sine occidens?
30. An occidens per industriam non incautum & provocatum?
31. Quid si voluntas non habeat effectum?
32. Fures an excipiantur?
33. An mandans occidi?
34. An raptores virginum?
35. An qui effraeto carcere aut elapsus de ministrorum manibus fugit ad Ecclesiam?
36. An qui captus ducitur per Ecclesiam?
37. An qui dimissus de carcere iuravit se reversurum?
38. Effectus huius immunitatis est impunitas in ipsa Ecclesia.
39. An in casum, quo non competis immunitas, reus extrahi possit per iudicem laicum.

AD maiorem Ecclesiarum venerationem concessae iis immunitates. Immunitas idem est quod vacatio à muneribus, id est oneribus. Hic sumitur pro libertate quadam & exemptione ab oneribus concessa Ecclesiis, earumque ministris & rebus. Estque triplex, Personalis scilicet, Realis & Localis.

1 Personalis, personis ipsis competens, circa ea, quae corporis labore, animi sollicitudine, vigilantia perficiuntur, ut tutela, cura, portarum, murorum custodia, defensio: à quibus vacant Clerici, nisi aliud exigat necessitas; ut quando omnium agitur salus, c. 2. h. t. aut aliud postulat Dei timor, circa viduas aut alias miserabiles personas, quae maxime Ecclesiastico indigent ad munitio, *can. fin. in fine Dist. 86.* Est & exempta Clericorum persona à jurisdictione laicorum, quam exercere volens in Clericum

incidit in excommunicationem. Hae Navarr. in *Manuali* c. 27. nu. 69. quae dicitur supra *De foro compet.*

Realis bona Clericorum & Ecclesiarum certis, quibus tributa, vectigalia non tribuantur à laica potestate, cui non tribuantur, mel enim Deo dicitur non est amplius ferendum ad usus humanos, c. *Quia in R. l. in o.* Imponentes Clericis collectas communicantur, cum suis auctoribus, si non desistant, c. 4. h. t. Excepta casibus sitatis, quae merito facit Episcopum & condescendere in contributionem, tanta sit, ut laicorum non suppetat facili consulto tamen prius. Rom. Pontifici *Warnel Conf. 328. nu. 2. hoc. tit. Molin. & Iure Tract. 2. Disp. 672. nu. 1.* Quae Praelati lucra sedantes quaesierint potestatem quam subsidium, & extorserint, solverint, extorta praeter causam restituantur, & ultra tantumdem elargiantur, *Quia plerique 8 h. t.* Fiet & tunc à Clericis nomine earum imperatorum eorum concernunt. Hae ita in bonis & eiusque nomine possessis à Clericis, aut monialia Clericorum bona non habent immunitatem, cum non sit destinatum cultum, sed usibus serviant praedictas in c. *fin. num. 11 sup. De vita & bonis Navarr. Conf. 5 nu. 1. h. t. Covarr. Par. nu. 3.* Clericus conjugatus nequaquam vilegium sibi abrogare potest, cum illi sit concessum privilegium fori & canonice gaudeat bonis Ecclesiae. Covarr. *Pract. 31. nu. 9.*

Localis ipsas Ecclesias, earumque territoria respicit: quae à profanis usibus veterum Canones esse aliena, in reverentia dei facti & cultus. Unde contractus, iudicia, & Ecclesiis habita etiam nulla sunt, maxime quidem attingentia) & alia quae sacrosanctum minime respondent, ex ceteri habita, c. 1. & 4. h. t. c. 2. eod. in 6. Ecclesiasticum iudicia in iis recte habentur, *can. h. t. num. 11. q. 2.*

Est & locis sacris jus asyli: quod nonnumquam esse multis docet Covarr. *Par. 2. nu. 2.* locumque etiam apud Ethnicos haberi patet ex Corn. Tacito 3. *Annal. c. 11. q. 2.*

tuisseque perjugium tribus generibus hominum, servis, oberatis, maleficis, ut ibidem notat Lipsius.

6 Quæritur autem, Quo jure competat hæc immunitas Ecclesijs? R. Non videri competere jure divino: nam vel esset juris divini naturalis, vel positivi. Illud dici nequit, quia non est intrinsece malum, extrahere malefactores per vim è templo, cum hoc non contineat formalem tempi irreverentiam, seclusa prohibitione. Hoc etiam dici non potest, quia vix tale neque scriptum, neque ab Apostolis traditum, neque talis traditio ex patribus, aut alia probabili via ostendi potest: ut dicendum sit humano more id inductum esse, secundum Innoc. in *e. o. h. t.* Vid. Suarez. *de Relig. Tomo 2. lib. 3. c. 8. nu. 9.*

7 Constat autem hoc jure in eo, quod ad Ecclesiam confugiens invitus inde abstrahi nequeat, ne violetur loci sanctitas, & divinus turbetur cultus, *c. 2. §. h. t.*

8 Competit Ecclesijs non autem consecratis, sed & non consecratis, destinatis tamen per Episcopum ad cultum divinum; nec tantum in quibus divina celebrantur, *c. pen. h. t. §. ibi Abbas, Gl. in c. fin. sup. De consecr. Eccl.* sed & in quibus necdum celebrare coepta ex frequentiori Interpp sententia: propterea quod satis sit, apertam esse Ecclesiam ad eum finem. Et facit text. in *c. Ad hæc sup. De reliq. domib.* ubi locus ad usum hospitalitatis destinatus, non est mundanis usibus deputandus: neque enim domus officijs dedicata divinis, a usibus temerarijs profananda. *c. pen. h. t. Covarr. d. loco nu. 4. Suarez. lib. 3. c. 9.*

Quid si interdicta sit Ecclesia? R. Nihilominus competere: cum inter effectus interdicti non ponatur privatio istius immunitatis, pro tempore interdicti; neque ullo jure hoc sit expressum, Interdictum autem, uti quælibet alia censura, non operatur ultra, quam expressum, cum spectet ad pœnam, cujus extensio non admittitur, *Ordia De R. I. in 6. Abbas in d. l. pen. nu. 8.* ubi argumentatur à simili, Clericum interdictum suspensum, aut excommunicatum retinere nihilominus privilegium Canonis & fori. Deinde Ecclesia non delinquit, sed Clerici, quorum delictum non debet, ultra servitium à Clericis exhibendum, ei nocere,

Quid si polluta fuerit? R. Nec talem Ecclesiam delinere simpliciter esse Ecclesiam, etiam necdum reconciliatam, nec privari alijs immunitatibus, à mercatu esse liberam, à tributis, nec esse diminutam sua sanctitate in se: tantum ex institutione juris pollutam censeri in ordine ad divina officia, & funera fidelium, in terrorem Christiani populi, ut concipiat majorem circa loca sacra reverentiam; atque ita tantum habere locum effectus jure expressos, non alios, cum non peccaverit, nec pœna sine textu augetur, aut induatur.

Ecclesia autem nomine non tantum venit interius ejus ambitus, sed tota fabrica, *can. Constitutum, can. Si quis contumax xvii. q. 4.* ubi etiam porticus, atria domus Episcopalis hæc immunitate gaudere dicuntur, cum quæ religiosis adherent, religiosa habeantur, *l. de religiosis D. de rei vindic.* Quo modo portus Ecclesiæ clausis adherens hoc privilegio gaudet Covarr. *d. c. 20. nu. 18.* Suarez *d. loco nu. 7* pro quo facit, quod privilegium extendatur in circuitum ad 40. passus in majoribus Ecclesijs, 30. in minoribus, *can. Sicut eam. Destinavit vii. q. 4.* Verum ea in re standum consuetudini. De cœmeterijs non est dubitandum, si juncta sint Ecclesiæ, aut si intra illud spatium sint, vel etiam non sint, cum vel sint benedicta, vel pro loco sacro ab Episcopo deputata, ut hoc nomine mereantur exemptionem. Habent & hanc immunitatem loca alia, quæ religiosa in jure reputantur, ut Hospitalia, Monasteria, etiam quoad sua claustra, cum & illa censeantur religiosa, uti potest colligi ex *can. Ligna De consecr. Dist. 1. Vid. Covarr. d. c. 20. Peck. De jure sisten. d. c. 6. nu. 2.*

9 Q. An eadem immunitas detur confugiendi ad Sacerdotem deferentem augustissimum Eucharistia Sacramentum? R. Textum quidem ea de re non esse, rationem tamen id velle, *arg. d. c. pen. cum non minor debeatur reverentia corpori Christi, quam Ecclesijs,* quibus Christi nomine id concessum: ut procedat regula. Propter quod unumquodque est tale, ipsum magis tale, Covarr. *d. c. 20. num. 6. Peck. d. loco.*

10 Competit hæc immunitas jure civili tantum confugiens ad Ecclesias ex causa civili, non etiam ex criminali, ut patet ex *Nov. De*

De mandatis Princ. 17. §. Negue autem. Canones, quos hac in parte sequimur, omnibus fidelibus baptizatis confugientibus ad Ecclesias istam immunitatem concedunt, sive sit liber, sive servus, c. Inter 6. h. r. d. can. Si quis construmax xvii. q. 4. quae loca indistincte loquuntur, ut univertaliter sint intelligenda; quia apud Deum non est acceptio personarum. Traditur autem d. c. 6. servum, qui ex timore domini confugit ad aras, compellendum redire ad dominum, praestita tamen prius per dominum impunitate, idque jurato. Sio atrocitas domini major arguatur, major cautio ab ipso praestanda; vel potius cogetur vendere servum, arg. §. Inj. De his qui sunt sui vel al. juris. In libero homine non habet locum ista compulsio, verum de ejus causa agatur coram iudice, & citatus comparebit, per se aut per procuratorem, fierique executio in bonis, l. Praesenti 6. C. De his qui ad Eccel. confug. Quod si nec perse, nec per alium compareat, missio in bona decernatur, si ve agatur de causa civili, sive de criminali; nam & in hac debita poena corporalis vertetur in pecuniariam: hoc quippe consequitur iure asyli, Abbas in d. c. 6. nu. 8. §. 9. ubi vult, si non sit sufficiens, debere servire perpetuo ei, quem laesit, can. De raptoribus XXXVI. q. 1. ubi hoc statutum. Verum ista poena inter graviores est; ut non possit videri inflexenda, cum accedat ad corporalem, qualem Ecclesia non vult inferri. Nec obstat dictus textus, quia loquitur in crimine gravissimo, ut non sit extendenda eius decisio. Vel dicendum, illum Can. esse provincialis tantum Concilij, nec obligare totam Ecclesiam, sed tantum loca, ubi receptum. Vid. Suarez. d. lib. 3. c. 12. nu. 5. §. 6.

Ex dictis patet, cum tantum fideles baptizati hac immunitate gaudeant, non competere eam Judaeis, de quibus est expressus textus civilis in l. 1. C. De his qui ad Eccel. confug. quem videtur approbasse Pont. in d. c. 6. Ratio est, quod frustra expectant auxilium ab Ecclesia, cujus contemnunt auctoritatem; nisi verè ei se subiciant, quod judicandum est Praelatis Jul. Clarus §. ult. qu. 30. nu. 17.

Ad infideles quis rectè idem traxerit, ex rationis paritate, ut sine noxa extrahantur ab Ecclesia. Covarr. d. c. 20. nu. 11. Vers. Decimo scario, possit tamen dubitari, ex eo, quod Ca-

nones non distinguant, sed indifferenter concedant immunitatem seis confugientibus ad Ecclesiam; ut non videantur atcedere ad hoc privilegio infideles. Verum, ut dictum, nonnes hac in re approbant leges civiles, excludunt Judaeos & simulantes se velles legi Christianae; ex ratione, quod non sunt Ecclesiae, quae non iudicat de ijs, qui sunt. Quae ratio & obtinet in infidelibus, & idem jus sic statuendum. Vid. Suarez. d. 3. cap. 20. nu. 9.

Excommunicatum gaudere hac immunitate verus est, cum licet contra Ecclesiam quaerit, non tamen directe eam contumaciter. Varr. d. loco, Clarus d. qu. 30. num. 18. Accedit in interdicto tum quia excommunicatus est interdictio gravior, tum quia nullatenus amittit inter ejus effectus hae poena.

Quid censendum de heretico? R. Ponderari nec eum gaudere immunitate, ut allata rationis paritate, & quia contumaciter sit indignus. Quo modo talem poenam ex Ecclesia abduci posse traditum refert Boet. Decis. 210. Quod procedit, si propter haeresim ad Eccel. confugerit, tum propter criminis atrocitatem, tum quia causa illa est Ecclesiae non valere autem ista immunitas ad Ecceliam, si vero ex alio crimine, quod est, ei non esse denegandam hanc paritatem, cum nec textus Canonici adducitur, nec d. l. 1. videtur ad eum pertinere, quia loquitur de non baptizatis, qui extendenda ad baptizatos, Silvest. 7. de unitas 3. q. 3. Suarez. d. c. 10. nu. 13.

Quaestio etiam est, An Clericis concessa haec immunitas? R. Hoc dicendum esse, si iura non tantum loquuntur de laicis, sed generaliter de omnibus reis, liberis & servis, c. can. Definivisti cum can. seq. xvii. q. 4. Clerici sub iis contineantur, cum non possint deterioris esse conditionis quam laici. Quod procedit in iis Clericis in quibus secularis potest manus injicere, quibus tamen in ministerio sunt Ecclesiae. tunc eadem in iis ratio, quae in laicis, Quod si sublin. Judicia Ecclesiae

dentur posse extrahi ab eo, utpote agente non tam ex vindicta quam ex zelo disciplinae, quæ non impedienda Abbas *d. c. 6. nu. 13.* Suarez *d. c. 10. num. 5.* Deinde hoc iudicium est magis medicinale, quam vindicativum, & potius spirituale, quam temporale, ut possit intra Ecclesiam fieri; nec sit, quod prohibeat illud circa personam Clerici fieri, extrahendo illum ab Ecclesia. Facit, quod alias non possent incarcerari Monachi in Monasterio delinquentes, cum illud totum sit locus immunitatis. Ubi Bern. Diaz. in *Pract. crim. c. 123.* vult, si crimen commiserit digna depositione & traditione, brachio seculari vel extrahi non posse, vel extractum brachio seculari tradendum non esse, propter loci immunitatem, *d. c. 6.* quo poena corporalis remittitur. Verum si tale sit delictum, quod Ecclesia non defendit, videtur hæc immunitas ei non profutura, secundum Covarr. *d. c. 20. nu. 16.* & Navarr. in *Manuali c. 10. n. 21.*

18 Habet locum prædicta immunitas in causa & civili & criminali. Quamvis de civili dubitent aliqui, propterea quod Canones passim loquantur de reis, quales propriè sunt, qui criminibus obnoxii, & de maleficis, ut *d. c. 6.* Verum cum lex civilis etiam iis det immunitatem, quos debitorum pondera premunt *l. 1. §. l. Praesens C. De his qui ad Eccles. confug. eamque approbet Canonica lex, d. can. Id confirmamus xvii. q. 4. §. d. c. 6.* dicendum, etiam competere ex causa civili. Ubi excipiunt aliqui debitum nomine publicorum tributorum propter textum *Nov. De mand. Princip. 17. §. Neque autem vers. publicorum.* Verum non admittenda ista exceptio, cum præjudicet immunitati per Canones concessæ, ut vult Cov. *d. loco n. 14. vers. Sed profecto.* Et rectè intuenti non videtur *d. Nov.* contraria Canonibus, cum non loquatur de extractione talis debitoris, sed de procuranda solutione, ad instar aliorum: & hoc placet Abb. *ri d. c. 6. n. 24.* Vid. Suarez *d. lib. 3. c. 11. n. 1. §. seqq.*

19 De criminalibus generalis est regula, propter nullum crimen posse reum ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus jure exceptis, ut patet passim per jura citata, quæ generaliter loquuntur, & habent exceptionem adjunctam, cui est vis firmandi regulam in contrarium. Excepe-

runt autem jura duo crimina, publicos scilicet latrones & nocturnos agrorum depopulatores, *d. c. 6.* Et hoc ita in odium delicti, non etiam in diminutionem reverentiæ Ecclesiæ debita: noxium enim magis hoc hominum genus, quam ut defensionem aliquam mereatur.

Quæritur autem hic, I. An & alia æquè gravia excipienda fiat? R. Hoc velle eos, qui rationem paritatis volunt locum habere in poenis; sed improbabilem esse eorum opinionem cum *d. c. 6.* post generalia verba, *quantumcumque gravia*, subjungatur exceptio duplex continens duo crimina, ut ad alia non rectè extenderis istam exceptionem, quæ alias non tam foret exceptio confirmans regulam, sed tam potius destruens. Deinde in poenis non datur extensio propter solam similitudinem, eo quod jura non sine causa loquantur in particulari. Vid. Gl. in *c. In poenis 49. De R. I. in 6. §. dicta in simili D. De liberis & post. hered. instit. n. 13. §. 14.* Suarez *d. c. 11. n. 5.*

Q. II. An præter istas duas exceptiones sint & alia? R. Esse. Prima est in *c. fin. h. t.* quando scilicet est commissum in ipsa Ecclesia homicidium aut mutilatio, quod indigni sint beneficio legis ipsam committentes. Ubi textus videtur se fundare in eo, quod spe immunitatis deliquerint: ut aliqui velint eos gaudere immunitate, qui citra spem istam deliquerint in Ecclesiis. Sed dicendum indistinctè, Pontificem ibi non fundare se in ejusmodi spe, sed in qualitate delicti & injuria Ecclesiæ. Suar. *d. c. 11. n. 6.*

Q. III. An & alia delicta gravia in Ecclesia commissa censeantur excepta? R. Videri non excepta, quod *d. c. 6.* tantum in particulari loquatur de homicidio & mutilatione membri. Verum verius, & communius receptum, etiam alia delicta esse excepta, cum *d. c. 6. in princ.* agatur de excessibus generaliter, ut particulariter de homicidio & mutilatione mentio postea fiat, exempli tantum gratia, quod non limitat legem. Deinde ratio subjecta est generalis, ut etiam alia crimina comprehendat. Ideoque & qui in Ecclesia, ad quam confugit, furtum committit, ob illud inde extrahi potest, Gl. in *can. Frater in V. Sacrilegium xvii. q. 4. Wamels. Conf. 514. n. 1. h. t.*

Censetur & in Ecclesia delinquere, qui extra Ecclesiam stans in ea stantem læserit, cum

delictum executionem habeat in Ecclesia, cum eius injuria: ut ibi commissum recte dicatur, & habeat locum decisio, *d. c. fin. Covarr. d. c. 20. n. 15. vers. Vicefimo septimo*, Suarez *d. c. 11. num. 7. & 8.*

24 Quid si in Ecclesia stans lædat existentem foris? R. Idem dicendum esse, quia licet effectus delicti extra Ecclesiam consummetur, dicendus tamen talis absolute in Ecclesia delinquere, cum ibi exerceat actionem suam, cum gravi injuria Ecclesiae: ut secundum rationem *d. c. fin.* in eo sit puniendus, in quo deliquit. Quod & dicendum de eo, qui in Ecclesia consistens mandat famulo, ut extra eam existentem lædat, cum & ille graviter in Ecclesiam peccet.

25 Quid si in ostio Ecclesiae quis aliquem occiderit vel læserit, an careat hac immunitate? R. Ita videri, ex eo; quod prohibitum fieri in Ecclesia, censetur etiam prohibitum in ejus ostio, atrio, porticu: & expressum in *d. can. Id constitutum xvii. q. 4.* abstrahi quem non posse ab atrio Ecclesiae aut domo Episcopi. Ut habeantur quasi pars Ecclesiae, atque ita inibi delinquens habendus sit delinquere in Ecclesia. Facit, quod statutum puniens aggredientem in domo, puniat etiam aggredientem in ostio, quod continetur appellatione domus *arg. l. Si aqua auctus 47. D. De contrab. empt.* Facit etiam, quod, ut ante dictum, hæc immunitas debeat majoribus Ecclesiis in ambitu usque ad 40. pedes, minoribus ad 30. secundum jura antiqua. Verum id passim moribus non est receptum.

26 Est & exceptus homicida proditorius, *cap. 1. inf. De homicid.* ubi talis dicitur ab altari avellendus, ut moriatur. Nisi facit, quod *d. c. 6.* tantum duo maleficorum genera excipiantur: nam hoc ideo, quod his presumantur subesse subsidia, juxta Innoc. Vel dici potest, Pontificem ibi tantum agere de duobus generibus, quæ non sunt excepta jure divino sed tantum humano: vel potius, illas exceptiones ibi positas non esse cum exclusione aliarum, ut patet ex *d. cap. fin.* ubi alias exceptiones ponit Pont. & probat dicti *cap. 1.* decisionem Trid. *Sess. 14. c. 7. In reform. ac consuetudine generali Christiani orbis* ita receptum esse tradit Covarr. *d. c. 20. n. 7. in princ. Wamers. Conf. 315. h. 4.*

Ubi quaesitum, An istius *Cap. decisio* spectet ad Clericos? R. Ita velle. Abbatis summarij eius dat, Homicidum non debere deponi ab altari missam tradi brachio seculari, ut moriatur, intelligendum de Clerico: sed sine fine, cum *d. c. 1.* loquatur generaliter, & cum locus, unde sumptum, *Excelsus* loquatur de quocumque occidente per cuius sensum non immutat Pontificis, *Can. n. 7. vers. Tandem his prænatis*, *Sec. 11. num. 10.*

Proditorius autem homicida vocatur ex proposito & animo deliberato sine perniciam & insidias occidit, sine rixâ & commota, aut post eam cellantem de re latius Menoch *Arbitr. Quest. 20. & Lud. Peguerra Decis. 34. S. 1.* maleficos etiam excipi rectius dicens, curatione, quia insidiosè occidunt.

Q. An & censendus proditorius, qui cum amico aut affine subreptus occidit? R. Si penitus res insidias videri, cum desit animus deliberatus situm enim homicidium videri nequaquam qui in defensionem alterius accurrendum impulsione, quæ deliberatum animo insidias excludit, pugnantem occidit *Cap. d. loco num. 9. & 10.*

Quid si per industriam occiderit incautum & revocatum? R. Probabiliter non contineri talem sub exceptione, *Cap. d. c. 1.* requirat duo conjunctim, scilicet industriam & per insidias, id est per insidiosam: ita enim verba illius *Cap. ponenda*, ut, cum alterum deest, non locum exceptio. Et facit, quod sit eadem que ideo restringenda, ne casum excipiat *var. d. c. 20. n. 7. circa fin.* Suarez *d. c. 11. Nee dici potest otiosè sic poni, per insidias quia si omne homicidium per industriam peretur, non deberet poni per insidias, sed duo conjunctim requirantur, & unum sine exceptio alterius.*

Quid si voluntas non habeat effectum Aliquos velle, nihilominus carere hâc immunitate, Peguerra *decis. 62. alios 111. 112.* Certe tamen verius esse de rigore juris, cum de præse loquatur de illo, qui occidit, nec

verborum requirat ad eum consummatum cum subsecuto effectu. Neque enim dici potest occidisse, qui tentavit quidem, sed sine effectu. Facit, quod leges pœnales sint restringendæ.

32 **Quæsitum & de furibus, An excipiantur?**

R. Non contineri verbis, *d. c. 6. aut fin.* uti nec *d. c. 1.* Ut dicendi sint non excepti, atque ita gaudent immunitate, cum lex pœnalis non sit amplianda. Consuetudine tamen aliud obtentum esse tradit Covarr. *d. c. 20. n. 13. vers. Decimo nono*, quæ potest exceptionem inducere & immunitatem negare: ut furi etiam simplici illa non profit; quo minus confugiens ad Ecclesiam inde extrahatur ad pœnam; quam Ecclesia tacitè approbasse censetur in odium delicti, non etiam in diminutionem reverentia Ecclesiæ debitæ. Vid. Suarez *d. c. 11. num. 4.* Posito autem, furi esse immunitatem, dicendum, eam non amitti per eum ex eo, quod cum re furtiva in Ecclesia existat; quia non potest mortaliter videri in Ecclesia peccare, aut contra eam, illi injuriam inferendo, quæ nulla est: nisi velit illa abuti, rem ibi occultando, tunc enim eatenus non gaudebit immunitate, secundum rationem *d. c. fin.* quia est Ecclesiæ injurius, Suarez *d. c. 11. num. 8. in fine.*

33 **Quid de mandante occidi? R. posse videri,**

eum non excipi, quia non occidit, ut requirunt verba *d. c. 1. ne fiat extensio legis pœnalis.* Contrarium tamen verius esse, quod faciens per alium petiote sit, ac si per se faceret: neque enim hæc tam est extensio legis pœnalis, quam interpretatio ab ipso jure facta. Ubi rectè dicitur, ipsum mandatarium nihilominus venire puniendum, occiderit, secundum verba *d. c. 1.* Alia huc spectantia de assassinis tradit pluribus Covarr. *d. c. 20. n. 9.*

34 **Quid de raptoribus virginum? R. Eos sub exceptionibus**

inductis per jus novum non contineri; ut contineantur sub regula, quæ concedit immunitatem. Firmat enim exceptio regulam, quoad non excepta: & facit eod. *casu.* De raptoribus xxxvi. *q. 1.* qui concedit immunitatem. Verum canon ille non est universalis Concilii: ut Covarr. *d. loco n. 8.* velit excipi tales, quod rapinam committant, gravissimum eo in genere crimen, spectans ad latrocinium. Cujus opinio procedet de consuetudine, quæ istam exceptionem admisit, non etiam de ju-

re, quo pœnalia non extenduntur, Vid. Hippol. de Marfil. in *unic. n. 109. C. de rapto virg.* Suarez *d. c. 11. n. 17.*

35 **Excipi & aliqui volunt eum, qui carcere ef-**
fracto fugit ad Ecclesiam. Verum nullo jure nitiur hæc sententia nec rationi probabili, cum tale delictum sit excusabile, propter naturalem inclinationem ad evitandam pœnam. Chassan, *ad Consuet. Burg. Rub. l. §. 5. V. S'il n'a grace n. 116.* Covarr. *d. loco n. 13. vers. Decimo octavo.* Sic & non rectè denegatur immunitas illi, qui captus & clapsus è ministri manibus ad Ecclesiam confugit: ut nec illi, qui, dum ministri eum insequuntur, prius pervenit ad loca sacra. Chassa. *d. loco n. 116. in fine.* Covarr. *d. loco n. 12.*

36 **Quid si captus ducatur per Ecclesiam, an**
gaudeat immunitate? R. Non gaudeat, secundum plerosque, quos rectè sequitur Covarr. *d. num. 13. in princ.* posseque abduci eadem viâ, quâ abductus, cum nulla vis ei inferatur, quia non intraverit Ecclesiam tamquam in locum refugii, sed per aliam ducatur tamquam per aliam viam, ut sua libertate eum non attingit, sed potius coactè. Nec faciunt paulò ante allata, quia agunt de eo, qui in sua libertate constitutus, licet non sine delicto, Ecclesiæ protectioni se commisit.

37 **Quid si aliquis è carcere dimissus juraverit**
se reversurum? R. Talem fugientem ad Ecclesiam nihilominus gaudere immunitate. Nec obstat, quod sit petiurus; quia non facit perjurii crimen, ut Ecclesia jus suum amittat ad tuendum illum. Volunt tamen restituendum esse Judici, sed cautione de impunitate pœnæ, Abbas in *d. c. 6. in fine.* Covarr. *d. n. 13. vers. Decimo octavo.*

38 **Effectus hujus immunitatis est, quod non**
possit fieri violentia in Ecclesia ei, qui eo confugit, sive in corpore, sive in rebus, quas secum adduxit; nec ei deneganda sint alimenta, aut alia necessaria, quia ea res incidere in manifestam coactionem; nec ibi existens possit ad mortem aut aliam corporalem pœnam damnari, sed ad aliam legitimam, quam præstabit, scilicet pecuniariam, juxta *d. c. 6.* quod vult eum puniri legitimè, quia non debet delictum manere impunitum. Potest & ab Ecclesia sibi injungi pœnitentia delicto conveniens. Quod si ab Ecclesia sponte abierit, dam-

nari potest etiam ad mortem, quia tantum subvenitur existenti in ea. Extrahens tenetur crimine majestatis, & capitaliter puniendus, *l. 1. §. 6. C. De his qui ad Eccl. confug.* Verum ea non est in usu, Jure Canonico volunt incurri excommunicationem ab extrahentibus, per *d. can. Definiunt xvii. q. 4.* quam tamen alii recte putant esse sententiæ ferendæ potius, quam lætæ, per *can. Id constitutum d. q. 4.* Cessat poena, quando licentia Rectoris Ecclesiæ extrahitur reus; quæ dari potest, promissâ vitæ & necis indemnitate reo.

39 Q. An in casu, quo non computat immunitas, possit reus extrahi per Magistratum secularem? R. Loci quidem reverentiam postulare, ut non extrahatur, nisi obtentâ licentiâ ab Episcopo Salic, *ad Auth. Si quis Cod. Ad L. Tal. de adult.* Aliter tamen secundum jus dicendum videri, & servari, ut tradit Covarr. *d. locum. 18.* & Clarus *§. fin. qu. 30. n. 10.* propterea quod non possit dici agi contra immunitatem, quæ non competit; nec loco fiat injuria, cum ab eo reus non mereatur defendi, propter criminis enormitatem, juxta *d. c. 6. §. fin. h. t.* Quæ posterior opinio procedet in locis, ubi non est recepta Gregorii XIII. Constitutio, quâ prohibuit, etiam in casu, quo cessat immunitas, extrahi reum sine licentiâ Episcopi. Est autem in casu licitæ extractionis vel abductionis cavendus omnis tumultus. Extractus taliter etiam poenâ corporali plectendus videtur, cum *d. c. 6.* non detur aliis remissio, quam qui merentur immunitatem.

TITULUS L.

Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

SUMMARIUM.

1. Clerici quibus negotiis se immiscere nequeant.
 2. Tutelam rectè suscipiunt.
 3. Juri civili aut Medicina operam dare vetitum.
 4. Gradum in jure civili sumere & docere licet.
- C**um à secularibus negotiis immunitas sit concessa Clericis, non debent ea ipsi ad-

fectare, aut iis se immiscere, per quædam divino avocentur: cuiusmodi sunt Principibus laicis, quoad laica, *cap. 4. de lites laicorum nomine prosequi, c. 1. de ram laico postulare, sup. De populo, de sanguinis exercere; quales sunt depro & nisi desistant, excommunicandi, c. 1. Eandem poenam subeunt, qui seculari dictionis officium, quod habent, exerunt, *d. c. 4. §. 1.* Præterea mercatorum exercere, *c. 6. eod.* quamvis iustum non sit iis denegandum ex necessitate, Chirurgiam exercere, sententiam dictare, aut proferre, interesse vidualguinis, purgationi vulgari, *c. pen. h. t.* Telam tamen miserabilium personarum suscipiunt, cum illæ indefensæ marceant adminiculo Ecclesiastico, propriam Dei, *can. fin. Dist. 80.* Non potest etiam Religiosi illis adistere, præter Superioris licentiâ, *arg. c. 2. De re Navarr. Conf. 1. n. 3. h. t.**

Ut autem vocationi suæ promoveant Clerici, & animarum salutem rebus mundanis minimè implicari, non nisi Theologiæ aut Juris Canonici incumbere. Physicam, id est medicinam audire vetitum; uti & Leges, sub communicationis; quæ Religiosi per qui Claustrum exeuntes ad audiendum aut Leges, intra duorum mensium non redeunt, *c. 3. h. t.* Quæ poena extenditur ad Archidiaconos, Plebanos, Cantores, Personarum huiusmodi presbyteros denique, si intra annum stiterint, *c. fin. h. t. §. c. 1. eod. in 6.* Quæ accipiendum desist, qui principibus operam dant, non item minus propter, ad majorem Canonum intelligentiam non ita facilis, nullo præmissio juris canonico Abbas in *c. fin. in fine h. t.* quo non potestur contineri privatim Legibus operatur. Quæritur, An habeat locum in sum gradum in Jure Civili, aut doctoribus R. Non videri habere locum in sum gradum, cum Canon tantum loquatur de studentibus, qui cum sit pœnalis, non attendendus. De docentibus postea dicitur propter *c. 3. h. t. v. Legenti;* quod

accipiendum esse de audientibus, patet ex *d. c. fin.* in quo Honorius Papa explicat *d. c. 3.* non facta mentione nisi audientium, ut docentes non videantur hac pœna teneri. Navar. in *Manuali c. 27. num. 16. & Conf. 2. h. t.* Abbas *d. loco.* Nisi forte participent in crimine, non recipientes Leges, vel Medicinam, si com-

modè eos expellere possint. Esse autem prædictam excommunicationem juris, patet ex *textu d. c. fin.* Cujus dispositio non habet locum hic Lovanii, ex privilegio Martini V. concessio tempore erectæ Academiæ, in studiorum promotionem.

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. QUARTUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.

De Sponsalibus & Matrimoniis.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Matrimoni necessitas, antiquitas, dignitas.
2. Sponsalia unde dicta.
3. Sponsaliorum definitio.
4. An requisita ad sponsalia.
5. An eam suppleat malitia?
6. Septennium an debeat esse completum?
7. Sponsalia nudo consensu inveniuntur.
8. Eoque verbis aut signis exterioribus expresso.
9. An his verbis, Volo tecum contrahere, te ducere?
10. An his, Habebo te uxorem; Promitto, quòd te habebo?
11. An & his, Volo te uxorem?
12. An hac forma, Non habeo aliam uxorem nisi te?
13. An hac, Ducam uxorem, & nullam aliam nisi te.
14. An ista, Accipio te in crastinum.
15. Sponsalia an ceaseantur iniri per verba de præsentibus impuberes?
16. Sponsalia obligant ad implementum.</p> | <p>17. Intra quod tempus implenda.
18. An quis cogi possit ea implere?
19. Promissio facta, animo non implendi an obliget?
20. An sub spe ejusmodi promissionis deflorans virginem teneatur?
21. An si deflorata postea cum alio fornicetur?
22. Sponsalia per copulam subsequentem ante Concil. Triad. transibant in matrimonium.
23. An & in casu, quo quis ex pluribus unam ducere promisit?
24. Copula præcedenti, aut conatui ad eam non erat idem effectus.
25. Sponsalia dissolvuntur mutuo partium consensu.
26. Item parte altera invita, I. Per ingressum in Religionem.
27. Idque per solam adsumptionem habitus.
28. An & ex parte ingressi, in casum, quo egreditur.
29. Sponsalia jurata, an dissolvantur hoc modo?
30. Intellectus c. Commissum, 16. h. t.
31. An liceat ingredi Religionem, obstante copula</p> |
|--|---|

Aaa 3 post